indemnatum necasti. Cic. part. 15 non sane: -m *eqs.* Sen. contr. 10, 5, 16 non, inquit: -m *eqs. al.*). Men. 372 te unum ... Venus me voluit magnificare, neque id haud immerito tuo; -m ecastor solus ... me florentem facis (*item post* immerito: Ter. Hec. 760. Val. Max. 3, 4 ext. 1 neque i. *al.*). Ter. Andr. 673 *fortasse putas* non posse iam ad salutem convorti hoc malum. :: immo etiam: -m satis credo, si advigilaveris, ex unis geminas mihi conficies nuptias (*item post* etiam: Cic. Tusc. 5, 111). Cic. Verr. II 1, 60 audimus aliquem tabulas numquam confecisse; quae est opinio hominum de Antonio, falsa, -m fecit diligentissime (*item explicatur locut. apposita e. g.* Tusc. 3, 50 queruntur quidam Epicurei, viri optimi – -m nullum genus est minus malitiosum – *eqs.* Sall. Iug. 85, 12 scio, Quirites, qui postquam consules facti sunt ... militaria praecepta legere coeperint, praeposteri homines: -m *eqs.*). Arch. 24 et vere; -m *eqs.* (*item post* vere: leg. 2, 57). dom. 37 idcirco adoptari, neque id obscure; -m adoptatum emancipari statim (*cf. l. 24*). off. 3, 74 in talibus rebus aliud utile interdum, aliud honestum videri solet; falso: -m eadem utilitatis quae honestatis est regula (*item post* falso: Nep. Alc. 9, 2 in Threciam se ... abdidit, sperans ibi facillime suam fortunam occuli posse, f.: -m Threces ... insidias fecerunt. Qvint. inst. 2, 17, 12). fam. 1, 2, 2 ut Volcacio adsentirentur multi rogabantur, atque id ipsum consulibus invitis: -m ii Bibuli sententiam valere cupierant. 12, 22, 1 etiam de te contionatur, nec impune; -m sentiet quos lacessierit (*cf.* Petron. 81, 6 sed non impune; -m *eqs.* Sil. 14, 216 haud impune quidem [*eadem* 16, 66]). Catvll. 21, 5 pedicare cupis meos amores, nec clam; -m simul es, iocaris una, haerens ad latus omnia experiris, (7) frustra; -m insidias mihi instruentem tangam te prior irrumatione (*item post* frustra: Hirt. Gall. 8, 3, 4 in finitimas civitates ... confugerant; f.: -m Caesar ... omnibus locis occurrit. 8, 5, 3 pedites in omnes partes mittit ...; nec f.: -m *eqs.* Hor. carm. 3, 7, 21. *al.; cf.* nequiquam: Hirt. Gall. 8, 19, 6 hostes ... fugam quaerunt; n.: -m *eqs.* Val. Fl. 8, 139). Lygd. 4, 43 salve, cura deum: casto -m rite poetae Phoebusque et Bacchus ... favent. *al.* Ⓒ *enunt., ad quod explicatio spectat, potius ad eam introducendam quam pro se positum est: varia exempla*: Plavt. Mil. 134 *erus* non sprevit nuntium *a me missum*; -m et venit et is in proximo hic devertitur. Ter. Hec. 822 his rebus anulus fuit initium inveniundis; -m memini *eqs.* Haut. 365 in tempore *ad suasionem apto* ad eam veni ...; -m quendam misere offendi ibi militem eius noctem orantem. *al.* Cato orig. 83 dii immortales tribuno militum fortunam ex virtute eius dedere; -m ita evenit: cum saucius multifariam ibi factus esset, tamen vulnus capiti nullum evenit *eqs.* Cic. carm. frg. 11, 36 quae quondam ... ediderat ... haruspex, omnia fixa tuus glomerans determinat annus; -m pater altitonans ... Capitolinis iniecit sedibus ignis (*item narrantur omina sim. e. g.* Verg. Aen. 3, 27 horrendum et dictu video mirabile monstrum: -m, quae prima solo ... arbos vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttae. Liv. 1, 55, 3. 10, 31, 8. 22, 36, 7). Cluent. 12 repente est exorta mulieris importunae nefaria libido ... scelere coniuncta; -m Sassia, mater huius Habiti *eqs.* Nep. Dat. 5, 6 *non* quicquam fecit, quod fide sua esset indignum: -m Mandroclen Magnetem exercitui praefecit *eqs.* Ov. met. 2, 572 forma mihi nocuit: -m cum per litora ... spatiarer ..., vidit ... pelagi deus *eqs.* Liv. 10, 20, 13 memorandum deinde edidere facinus: -m Staium Minatium ducem adeuntem ordines hortantemque invadunt; *eqs.* 22, 42, 10 di prope ... distulere ... inminentem pestem Romanis: -m forte ita evenit, ut *eqs.* 24, 7, 1 omnia in eo *rege* praecipitia ad exitium fuerunt; -m cum *eqs.* 24, 41, 1 eodem anno in Hispania varie res gestae: -m *eqs.* *al.* *narratio sequens nuntiata est* (*exempla pauca selecta*): Plavt. Amph. 120 (*loq. Mercurius*) antiquam rem novam ad vos proferam, propterea ornatus in novom incessi modum; -m meus pater intus nunc est ...; in Amphitruonis vertit sese imaginem. Capt. 872 nunc hanc laetitiam accipe a me, quam fero: -m filium tuom modo ... salvom et sospitem vidi. Cist. 83 Poen. 1265. Trin. 108 id ita esse ut credas, rem tibi auctorem dabo: -m postquam *eqs.* Ter. Andr. 51 rem omnem a principio audies; eo pacto et gnati vitam et consilium meum cognosces ...: -m is postquam excessit ex ephebis *eqs.* Cic. inv. 1, 52 dicam, quid uterque *vestrum* cogitet: -m et tu, mulier, optimum virum vis habere et *eqs.* Cluent. 66. off. 1, 4 ab eo ordiri maxime volui, quod ... aetati tuae esset aptissimum ...; -m, cum multa sint in philosophia ... copiose ... disputata, latissime patere videntur ea, quae de officiis tradita ... sunt. Bell. Afr. 84, 1 non videtur esse praetermittendum de virtute militis veterani v legionis; -m, cum ... elephans vulnere ictus ... *lixam* enecaret, miles hic non potuit pati, quin se armatus bestiae offerret. Nep. Paus. 4, 3 non est praetereunda gravitas Lacedaemoniorum hoc loco: -m ne huius quidem indicio impulsi sunt, ut Pausaniam comprehenderent *eqs.* (*cf.* Lys. 4, 1 hoc loco non est praetereundum factum Pharnabazi ...: -m, cum Lysander *eqs.*). Pel. 3, 1 hoc loco libet interponere ..., nimia fiducia quantae calamitati soleat esse: -m magistratuum Thebanorum statim ad auris pervenit *eqs.* Verg. georg. 4, 287 altius omnem expediam prima repetens ab origine famam; -m qua Pellaei

*[N. H.]*

gens fortunata Canopi accolit ... Nilum, *eqs.* VITR. 10, 11, 3 quae ... accepi ... exponam ...; -m, quae *eqs. al.* Ⓓ *explicatur divisio* (*exempla selecta*): RHET. Her. 2, 20, 31 cognitio vitiosarum argumentationum duplicem utilitatem adferet; -m et vitare in argumentatione vitium admonebit et ab aliis non vitatum commode reprehendere docebit. 2, 30, 47 conclusiones ... tripertitae sunt; -m constant ex enumeratione, amplificatione et conmiseratione. 4, 26, 35 proficit haec ... exornatio ad duas res: -m et quid dixerit commonet et ad reliquum conparat auditorem. CIC. inv. 2, 86 *remotio criminis* fit bipertito: -m tum causa, tum res ipsa removetur. off. 1, 8 alia divisio est officii; -m et medium quoddam officium dicitur et perfectum. 1, 96 est ... eius *decori* descriptio duplex; -m et generale quoddam decorum intellegimus ... et aliud huic subiectum. LVCR. 1, 420 natura duabus constitit in rebus; -m corpora sunt et inane. CAES. Gall. 7, 61, 5 copias in tres partes distribuerunt: -m praesidio ... relicto *eqs.* VARRO ling. 5, 155 curiae duorum generum: -m et ubi curarent sacerdotes res divinas, *sc. sunt,* ut curiae veteres, et ubi senatus humanus, ut curia Hostilia. Ov. fast. 4, 172 in amplexum sex *Pliades* ... venere deorum: -m Steropen Marti concubuisse ferunt *eqs. al.* Ⓔ *inducitur exemplum* (*pauca selecta*): RHET. Her. 2, 16, 24 *quaeretur,* utrum casu nescierit *reus, quid faceret,* an culpa; -m qui se propter vinum ... aut iracundiam fugisse rationem dicet, is animi vitio videbitur nescisse. CIC. inv. 1, 32 saepe eadem res alii genus, alii pars est: -m homo animalis pars est, Thebani aut Troiani genus. Lael. 33 *Scipio* nihil difficilius esse dicebat, quam amicitiam usque ad extremum vitae diem permanere; -m vel ut non idem expediret incidere saepe, vel ut de re publica non idem sentiretur. off. 1, 32 potest ... accidere promissum aliquod et conventum, ut id effici sit inutile vel ei, cui promissum sit, vel ei qui promiserit; -m si ... Neptunus quod Theseo promiserat non fecisset, Theseus Hippolyto filio non esset orbatus. LVCR. 2, 317. 3, 85 *formido mortis* pietatem evertere suadet; -m iam saepe homines patriam ... prodiderunt vitare Acherusia templa petentes. GAIVS inst. 3, 36 -m, si verbi gratia *eqs.* (*eadem*: 4, 86. 109. *al.*). *al.*

**β** *potius illuminatur expositio obscura sim. dictis claris*: (I) *exempla varia*: PLAVT. Asin. 612 cur ... minitaris mihi, te vitam esse amissurum? -m quid me facturam putas, si istuc quod dicis faxis? Stich. 142 certumne est neutram vostrarum persequi imperium patris *divortium suadentis*? :: persequimur: -m, quo dedidisti nuptum, abire nolumus. *al.* TER. Phorm. 529 (*loq. leno*) immo ... hic me decipit: -m hic me huius modi scibat esse, ego hunc esse aliter credidi. LVCIL. 162 haeret verticulis adfixum in posteriore parte atque articulis: -m, ut nobis talus genusque, est **(***obscurum; sed item inducit* -m *similitudinem ad priora illustranda e. g.* 830 CIC. fin. 1, 3. CATVLL. 68, 119 tuus altus amor barathro fuit altior illo ...; -m nec tam carum ... parenti una caput seri nata nepotis alit ..., nec tantum niveo gavisa est ulla columbo *eqs.* LVCR. 2, 55**)**. CALP. hist. 8 dicunt *Romulo modicum bibenti*: 'Romule, si istud omnes homines faciunt, vinum vilius sit'; his respondit: 'immo vero carum, si, quantum quisque volet, bibat; -m ego bibi, quantum volui'. MET. NVM. or. frg. Gell. 12, 9, 4 quanto probi iniuriam facilius accipiunt, quam alteri tradunt, tanto ille vobis quam mihi peiorem honorem habuit; -m me iniuriam ferre, vos facere vult. RHET. Her. 2, 25, 39 vitiosa confirmatio est rationis, cum ea re, quae plures res significat, abutimur pro certo unius rei signo, hoc modo: 'necesse est, quoniam pallet, aegrotasse' ...; -m haec sua sponte certa signa non habent (*item explicatur, quomodo exemplum vitium vel figuram illustret: ibid. iterum.* 2, 26, 40. 4, 32, 43. *al. apud eundem*). *al.* CIC. Lael. 85 *in amicis deligendis et colendis* praeposteris ... utimur consiliis et acta agimus ...; -m implicati ultro et citro ... officiis, repente in medio cursu amicitias ... disrumpimus. *al.* CATVLL. 74, 5. *al.* (II) *explicatur iocus, aenigma sim.* (*exempla selecta inde a* CIC.): NAEV. com. 129 haec ... opinor, praefica est; -m mortuum collaudat. PLAVT. Capt. 962 (*erus ad servum*) faciam ut pudeat *te,* -m in ruborem te totum dabo, *sc. plagis.* Cas. 498 quid opust *lingulacis,* quando uxor domist? ea lingulaca est nobis; -m numquam tacet. Mil. 423 quid nunc taces? tecum loquor. :: immo edepol tute tecum; -m haec nil respondet. 823 (822) an dormit Sceledrus intus? :: non naso quidem; -m eo magnum clamat. *al.* ENN. sat. 61. TER. Haut. 1021 (*antea p. 13, 34*) -m illi nil vitist relictum, quin siet itidem tibi. *al.* PAPIN. epigr. Varro ling. 7, 28. CIC. Att. 2, 3, 2 scito te *Κῦρον παιδείαν* reprehendere; -m cum ego idem istuc dicerem, Cyrus aiebat *eqs.* 13, 42, 1 hoc loco ego sumpsi quiddam de tua eloquentia; -m tacui. CAEL. Cic. fam. 8, 6, 5 quod tibi supra scripsi Curionem valde frigere, iam calet; -m ferventissime concerpitur. CARM. Suet. Iul. 20, 2 non Bibulo quiddam nuper, sed Caesare factum est; -m Bibulo fieri consule nil memini. MART. 2, 20, 2 carmina Paulus emit, recitat sua carmina Paulus: -m quod emas, possis iure vocare tuum. *al.* (III) *explicatur translatio vel alia figura* (*exempla selecta post* CATONEM): PLAVT. Asin. 135 (*ad lenam et meretricem*) mare haud est mare, vos mare acerrumum: -m in mari repperi, hic elavi bonis. Bacch. 485 tibi sodalis periit, huic filius; -m ego illum periisse dico, quoi quidem periit pudor. *al.* TER. Haut. 399 tu nunc sola reducem me in patriam facis; -m dum abs te absum, omnes mihi labores fuere ... leves praeterquam tui carendum quod erat. *al.* CATO orat. 81 auditis, non auscultatis, tamquam pharmacopolam: -m eius verba audiuntur, verum se nemo committit, si aeger est. CATVLL. 13, 11 accipies meros amores ...; -m unguentum dabo, quod meae puellae donarunt Veneres Cupidinesque. LVCR. 3, 998. HOR. epist. 1, 1, 76 (*ad populum*) belua multorum es capitum: -m quid sequar aut quem? pars hominum gestit conducere publica, sunt qui *eqs.* (*vix ad caput alterum*). *al.*

**γ** *potius expletur expositio lacunosa sim. factis nondum prolatis* (*multa sub b allata persimilia sunt, e. g. p. 14, 15 sqq.*): (I) *exempla varia* (*selecta inde a* CIC.): PLAVT. Capt. 94 postquam meus rex est potitus hostium – ita nunc belligerant Aetoli cum Aleis; -m Aetolia haec est *eqs.* Merc. 954 pacem componi volo meo patri cum matre: -m nunc est irata ... propter istanc. Mil. 1430 ei mihi. :: magis dicas, si scias, quod ego scio; -m ille ... nauta non erat. Pseud. 733 opus est argenti minis mutuis, quas hodie reddam; -m huius mihi debet pater. Truc. 78 *Phronesium meretrix* suom nomen omne ex pectore exmovit meo, ⌊phronesi[u]m, -m phronesis est sapientia⌋ (⌊ ⌋ *secl. pars edd.*). *al.* TER. Andr. 85 rogitabam: 'heus puer, dic sodes, quis heri Chrysidem habuit?' -m Andriae illi id erat nomen. Hec. 640 natus est nobis nepos; -m abducta a vobis praegnas fuerat filia. Haut. 43 (*loq. prologus senex*) mea causa causam hanc iustam esse animum inducite, ut aliqua pars laboris minuatur mihi; -m, nunc novas qui scribunt, nil parcunt seni. Ad. 654 is venit, ut secum avehat: -m habitat Mileti. *al.* GRACCH. or. frg. Gell. 11, 10, 4 qui ... tacent, hi vel acerrimi sunt; -m ab omnibus pretium accipiunt et omnis fallunt. RHET. Her. 1, 1, 1 illa, quae graeci scriptores inanis adrogantiae causa sibi absumpsere reliquimus; -m illi ... ea conquisiverunt, quae nihil attinebant. *al.* NIGID. Gell. 13, 26, 1 voculatio qui poterit servari, si non sciemus in nominibus, ut 'Valeri', utrum interrogandi an vocandi sint? -m interrogandi secunda syllaba superiore tonost quam prima ..., at in casu vocandi summo tonost prima. CIC. Quinct. 16 *dixit Naevius* sibi nummorum facultatem esse, quam ... communem existimaret *Quinctius* ... pro ipsius affinitate: -m P. Quincti consobrinam habet in matrimonio Naevius. Verr. II 2, 71 discedunt omnes; -m ceteri quoque impetrant, ne retineantur. Att. 1, 17, 9 ego princeps in adiutoribus *equitum* atque adeo secundus; -m ... Crassus eos impulit. CATVLL. 68, 87 scibant Parcae *Protesilaum moriturum* ..., si miles muros isset ad Iliacos: -m tum Helenae raptu primores Argivorum coeperat ad sese Troia ciere viros. VERG. georg. 4, 92 alter *apium pugnantium* erit maculis auro squalentibus ardens; -m duo sunt genera *eqs.* EPIST. imp. Aug. Gell. 15, 7, 3 spero *te* laetum ... celebrasse quartum et sexagesimum natalem meum; -m, ut vides, *κλιμακτῆρα* communem seniorum omnium tertium et sexagesimum annum evasimus. *al.* -m *inducit parenthesin* (*exempla selecta inde a* SALL.): CIC. Verr. II 1, 90 C. Malleolo quaestore Cn. Dolabellae occiso duas sibi hereditates venisse arbitratus est, unam quaestoriae procurationis – -m a Dolabella statim pro quaestore iussus est esse –, alteram tutelae – -m, cum pupilli Malleoli tutor esset, in bona eius impetum fecit. Arch. 4 *v. p. 26, 5.* Brut. 308 oratorum aut interitu aut discessu aut fuga – -m aberant etiam adulescentes M. Crassus et Lentuli duo – primas, *sc. partes,* in causis agebat Hortensius. *al.* POMP. Cic. Att. 8, 12[a], 1 quod *Domitius* ... cohortis in tribus oppidis distributas haberet – -m partim Albae, partim Sulmone collocavit – neque *eqs.* CAEL. Cic. fam. 8, 9, 3 GALBA Cic. fam. 10, 30, 1 CAES. Gall. 2, 16, 3. *al.* BELL. Alex. 13, 5. *al.* SALL. Iug. 101, 6 *Iugurtha* latine – -m apud Numantiam loqui didicerat – exclamat *eqs.* VERG. georg. 1, 144 tum ferri rigor atque argutae lammina serrae – -m primi cuneis scindebant fissile lignum – ... venere. Aen. 1, 308 *Aeneas,* quas vento accesserit oras, qui teneant – -m inculta videt –, hominesne feraene, quaerere constituit. PROP. 4, 6, 28 Phoebus linquens stantem se vindice Delon – -m tulit iratos mobilis ante Notos – *eqs.* Ov. met. 1, 318 hic *in Parnaso* ubi Deucalion – -m cetera texerat aequor – ... rate vectus adhaesit *eqs.* LIV. 1, 15, 1 belli Fidenatis contagione inritati Veientium animi et consanguinitate – -m Fidenates quoque Etrusci fuerunt – *eqs.* 10, 1, 5 altero specus eius ore – -m pervius erat – invento. *et saepe.* (II) *aliqua res, quae antea obiter memorata est, esse vel adesse sim. clarius vel fusius dicitur* (*haud raro resumpta voce antea allata, e. g. l. 72. p. 13, 1. 4; saepe in parenthesi, e. g. l. 69 sqq. p. 13, 7 sqq.*): PLAVT. Merc. 981 *homo,* quem ..., in exilium cum iret, redduxi domum; -m ibat exulatum. CIC. Tull. 20 rogat Fabius Acerronium – -m ibi tum erat –, ut secum simul veniat. Scaur. 7 explicabo tibi, quae fuerint opiniones in Sardinia de istius mulieris morte – -m fuerunt duae – *eqs.* fam. 2, 13, 3 Caesarem nunc defendit Curio? quis hoc putaret, praeter me? -m – ita vivam – putavi. *al.* LVCR. 2, 261 si semper motus conectitur omnis ..., unde est haec, inquam, fatis avolsa voluntas, per quam progredimur quo ducit quemque voluptas ...? -m dubio procul his rebus sua cuique voluntas principium dat. 4, 61. *al.* CAES. Gall. 1, 12, 4

[N. H.]

is pagus appellabatur Tigurinus; -m omnis civitas Helvetia in quattuor pagos divisa est. 1, 18, 10 initium … fugae factum a Dumnorige atque eius equitibus – -m equitatui, quem auxilio Caesari Haedui miserant, Dumnorix praeerat – *eqs. al.* VERG. catal. 5, 12 ite … dulces Camenae – -m fatebimur verum, dulces fuistis – *eqs.* Aen. 1, 755 dic hospes … insidias … Danaum … erroresque tuos; -m te iam septima portat omnibus errantem terris et fluctibus aestas. 12, 206 'ut sceptrum hoc' – dextra sceptrum -m forte gerebat – 'numquam fronde levi fundet virgulta *eqs.*' (*cf. e. g.* OV. ars 2, 131 ille levi virga – virgam -m forte tenebat – *eqs.* 3, 53 dixit et e myrto – myrto -m vincta capillos constiterat – folium … dedit). OV. met. 4, 43 illa quid e multis referat – -m plurima norat – cogitat. 13, 843 (*loq. Cyclops*) non est hoc corpore maior Iuppiter in caelo; -m vos narrare soletis nescioquem regnare Iovem. *al.*

**b** *affertur causa, origo sim.* (*cf. p. 8, 5 sqq. nec non* RHET. Her. 2, 23, 35): **α** *ipsarum rerum*: Ⓘ *variarum* (*exempla selecta inde a* CIC.): Ⓐ *explicatur status quidam*: LIV. ANDR. carm. 23 *poetae passim honorantur*; -m diva Monetas filia docuit (*subesse vid. Hom. ϑ 480 οὕνεκ' ἄρα*). PLAVT. Amph. 101 is nunc Amphitruo praefectust legionibus; -m cum Telobois bellum est Thebano poplo. Mil. 193 *mulier* domi habet animum falsiloquom, … domi dolos …; -m mulier holitori numquam supplicat, si quast mala: domi habet hortum … ad omnis mores maleficos **(***item adducitur regula generalis sim.*: Pseud. 576. *al.* TER. Hec. 308. CATO agr. 111 si *vinum in vas hederacium missum* habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit, -m non continet vinum vas hederaceum. 157, 7. *al.***)**. 1182 apud hunc senem omnia haec sunt *maritima*; -m is piscatores habet. Poen. 986 ecquid commeministi Punice? :: nihil edepol: -m qui scire potui …, qui illim sexennis perierim Carthagine? *al.* TER. Hec. 301 matrem … me aut uxorem in culpa inventurum arbitror; quod, quom ita esse invenero, quid restat, nisi porro ut fiam miser? -m matris ferre iniurias me … pietas iubet; tum uxori obnoxius sum. 572 hoc … relicuom fuerat malum, si *vir* puerum ut tollam cogit, quoius nos qui sit nescimus pater; -m … forma in tenebris nosci non quitast. Haut. 457 (*antea p. 17, 20*) -m, ut alia omittam, pytissando modo mihi quid vini absumsit! 1020 convinces facile ex te natum; -m tui similest probe. Phorm. 182 impendent mala …; -m non potest celari nostra diutius iam audacia. *al.* CARM. Rhet. Her. 2, 24, 38 inuria abs te adficior indigna, pater; -m si inprobum esse Chrespontem existimas, cur me huic locabas nuptiis? (*fort. Ennii, v. Jocelyn, The Tragedies …, 1967, 272 sqq.*). RHET. Her. 1, 4, 7 dociles auditores habere poterimus, … si attentos eos faciemus; -m docilis est is, qui adtente vult audire. 1, 9, 15 rem dilucide narrabimus …, si sequemur ea, quae de brevitate praecepta sunt; -m quo brevior, eo dilucidior … narratio fiet. 2, 25, 40 (*exemplum argumentationis vitiosae*) in mentem mihi si venisset, Quiritis, non commisissem, ut in hunc locum res veniret; -m hoc aut hoc fecissem. 3, 22, 37 *imagines diutius in memoria haerebunt,* si … aliquid agentes imagines ponemus … aut si ridiculas res aliquas imaginibus adtribuemus, -m ea res quoque faciet, ut facilius meminisse valeamus; -m quas res veras facile meminimus, easdem fictas … meminisse non difficile est. *al.* CIC. off. 1, 67. Att. 1, 12, 4 eram in scribendo conturbatior; -m puer festivus, anagnostes noster Sositheus, decesserat. 1, 19, 2 Gallici belli versatur metus; -m Haedui, fratres nostri, pugnam nuper malam pugnarunt. LVCR. 1, 486 CAES. Gall. 6, 13, 5. SALL. Catil. 40, 5 *domus D. Bruti* foro propinqua erat neque aliena consili propter Semproniam; -m tum Brutus ⟨ab⟩ Roma aberat (*item explicatur, cur res alia non sit*: Iug. 85, 4 mihi spes omnes in memet sitae *sunt,* quas necesse est virtute … tutari; -m alia infirma sunt). *al.*

Ⓑ *explicantur actiones*: ① *exempla varia*: PLAVT. Mil. 835 obsorbui *vinum*; -m nimis calebat. Pseud. 1323 me dices avidum esse hominem, -m hinc numquam eris nummo divitior. *al.* ENN. ann. 39 vires vitaque corpus meum nunc deserit omne; -m me visus homo pulcher per amoena salicta et ripas raptare. scaen. 267 magna inest certatio; -m ut ego illi supplicarem *eqs.*? (*Eur. Med. 368 γάρ*). TER. Phorm. 39 *conservus* heri ad me venit *pecuniam debitam petens*; … adfero; -m erilem filium eius duxisse audio uxorem: ei credo munus hoc conraditur. 837 *rogavit,* causam ut pro se diceres; -m potaturus est apud me. *al.* TITIN. com. 104 qui obsce et volsce fabulantur; -m latine nesciunt **(***item explicatur, cur non aliud fiat, e. g.* SALL. Catil. 6, 4 reges … *Romam* bello temptare, pauci ex amicis auxilio esse; -m ceteri metu perculsi a periculis aberant. 7, 2 *sub consulibus* coepere se quisque magis extollere …; -m regibus boni quam mali suspectiores sunt. *cf. p. 14, 15 sqq.***)**. CIC. Verr. II 1, 91 *Malleolus* argenti … grande pondus secum tulerat; -m ille quoque sodalis istius erat in hoc morbo. 2, 37 placuit ratio Verri; -m hoc animo providebat … fieri non posse, ut sine praeda ipse discederet. Att. 1, 19, 4 confirmabam omnium privatorum possessiones …; populo autem Pompeioque – -m id quoque volebam – satis faciebam emptione. CATVLL. 3, 6 passer mortuus est meae puellae …, quem plus illa oculis suis amabat; -m mellitus erat. 64, 301 *Iuppiter* advenit caelo te solum, Phoebe, relinquens unigenamque simul cultricem montibus Idri; Pelea -m tecum pariter soror aspernata est. CAES. Gall. 1, 46, 3 Caesar … imperavit, ne quod omnino telum in hostes reicerent; -m … committendum non putabat, ut … dici posset eos ab se per fidem in conloquio circumventos. SALL. Catil. 49, 2 isdem temporibus Q. Catulus et C. Piso neque precibus neque gratia … Ciceronem inpellere potuere, uti … C. Caesar falso nominaretur; -m uterque cum illo gravis inimicitias exercebant. NEP. Alc. 5, 1 *Lacedaemonii non* his rebus tam amici Alcibiadi sunt facti quam timore ab eo alienati; -m … pertimuerunt, ne … descisceret. VERG. ecl. 3, 78 Phyllida amo ante alias; -m me discedere flevit. Aen. 2, 656 rursus in arma feror mortemque miserrimus opto: -m quod consilium aut quae iam fortuna dabatur? HOR. sat. 1, 3, 107 coeperunt *homines* … ponere leges, ne quis fur esset, … neu quis adulter – -m fuit *etiam* ante Helenam cunnus taeterrima belli causa *eqs. al.*

② *explicatur, cur quiddam narratum non id sit, quod auditor fort. exspectet, e. g. cur alius agere, aliud agi dicatur*: PLAVT. Mil. 1318 orant te *mater et soror,* ut eas …; -m matri oculi si valerent, mecum venissent simul. TER. Hec. 174 reliquit cum matre hic uxorem; -m senex rus abdidit se (DON. *ad l.* 3 '-m' hic inceptiva particula est ut *eqs.* [*affert* PLAVT. *p. 25, 25*]). CIC. Cluent. 47 per C. Fabricium – -m L. erat mortuus – insidias *comparavit.* p. red. in sen. 4 *ut tribuni* ad vos saepe numero referrent: -m consules modesti … impediebantur. p. red. ad Quir. 8 unus hic *frater* … pietate filius inventus est …; -m coniugis miserae squalor … atque optimae filiae maeror … tenebris continebantur. Att. 7, 17, 4 rescripsi ad Trebatium – -m ad ipsum Caesarem, qui mihi nihil scripsisset, nolui – *eqs.* fam. 7, 8, 2 querar cum Vacerra et Manilio; -m Cornelio nihil audeo dicere. *al.* BRVT. Cic. fam. 11, 13, 3 succlamatum est ei frequenter a militibus Ventidianis – -m suos valde quam paucos habet – *eqs.* CAES. Gall. 7, 17, 1 vineas agere, turres duas constituere coepit; -m circumvallare loci natura prohibebat. *al.* SALL. Iug. 12, 3 uti … clavis adulterinas paret – -m verae ad Hiempsalem referebantur – *eqs.* 86, 5. VERG. Aen. 2, 406 Cassandra … ad caelum tendens ardentia lumina frustra, lumina, -m teneras arcebant vincula palmas. OV. met. 2, 329 naides … corpora *Phaëthontis* dant tumulo …; -m pater obductos luctu … condiderat vultus. 11, 217 pars militiae *Herculis* Telamon … Hesione … data potitur; -m coniuge Peleus clarus erat diva. *al.*

(II) *actionis propositae a locutore, scriptore* (*exempla selecta post* CATONEM): Ⓐ *sibi*: PLAVT. Amph. 871 Alcumenae … veni ut auxilium feram: -m mea sit culpa, quod egomet contraxerim, si id Alcumenae … expetat. 910 id huc revorti, uti me purgarem tibi; -m numquam quicquam meo animo fuit aegrius, quam postquam audivi ted esse iratam mihi. Aul. 719 (*ad spectatorem*) tibi credere certum est; -m esse bonum ex voltu cognosco. Cas. 423 eamus … intro, hortemur ut properent. :: numquid moror? :: -m praesente hoc plura verba fieri non desidero. Mil. 271 ego voci moderabor meae; -m illic est Philocomasio custos. 584 me occultabo aliquot dies, dum … irae leniunt; -m uni satis populo impio merui mali. 598 sinite me … perspectare, ne uspiam insidiae sient …; -m opus est nunc tuto loco. Pseud. 568 quo id sim facturus pacto, nil etiam scio, nisi quia futurumst; -m qui in scaenam provenit, novo modo novom aliquid inventum adferre addecet. *et saepe.* TER. Hec. 446 nescio quo pacto hoc celem, quod me oravit Myrrina, suae gnatae partum; -m me miseret mulieris. 779 hanc nunc experiamur; -m si compererit crimini tua se uxor credidisse, missam iram faciet **(***item plur. e. g.* RHET. Her. 3, 15, 26 *si* erit in demonstratione sermo, paulolum corpus a cervicibus demittemus: -m est hoc a natura datum, ut *eqs.* CIC. off. 1, 90 etiam in rebus prosperis … fastidium … fugiamus; -m ut adversas res, sic secundas immoderate ferre levitatis est. VERG. Aen. 9, 355 absistamus …; -m lux inimica propinquat**)**. 814 cessas? :: minime equidem; -m hodie mihi potestas haud datast (*explicatio simul est iocus*). Haut. 199 reprimam me; -m in metu esse hunc illist utile. *al.* LVCIL. 958 mihi necesse est eloqui; -m scio Amyclas tacendo periisse. ACC. trag. 283 me Argos referam – -m hic sum gnobilis –, ne cui cognoscar noto. MET. NVM. or. frg. Gell. 7, 11, 3 in eum non sum plura dicturus; -m … arbitror … ne idoneum quidem, cui a probis maledicatur (*seq. p. 16, 53*). CIC. Lael. 17 non gravarer *de amicitia disputare,* si mihi ipse confiderem; -m et praeclara res est, et sumus … otiosi. off. 3, 82 (vers.; *loq. Eteocles*) *regnum non tradam*; -m si violandum est ius, regnandi gratia violandum est (*Eur. Phoen. 524 γάρ*). Att. 1, 13, 4 haec ad te scribam alias subtilius; -m neque adhuc mihi satis nota sunt et huic terrae filio nescio cui committere epistulam tantis de rebus non audeo. CATVLL. 100, 5 cui faveam potius? Caeli, tibi; -m tua nobis perspecta ex igni est unica amicitia. SALL. Catil. 4, 4 de Catilinae coniuratione … paucis absolvam; -m id facinus in primis ego memorabile existumo. NEP. Ages. 5, 4 *negavit se eum esse,* qui urbes nobilissimas expugnaret Graeciae; '-m si' inquit 'eos exstinguere voluerimus, qui nobiscum adversus barbaros steterunt, nosmet ipsi nos expugnaverimus'. *al.* Ⓑ *alii* (*maxime post*

[N. H.]

*imperat., e. g. l. 9. 14sqq. 28sq.*): Plavt. Amph. 904 potin ut abstineas manum? -m ..., quam tu impudicam esse arbitrere ..., cum ea tu sermonem *non* ... tibi habeas, nisi *stultus sis* (*item post enunt. interrog. e. g.* Pseud. 881 [*loq. coquus*] quin tuos inimicos potius quam amicos vocas *ad cenam*? -m ego ita convivis cenam conditam dabo ...: ut quisque quicque conditum gustaverit, ipsus sibi faciam ut digitos praerodat suos. Lvcr. 3, 944 [*loq. natura*] cur ... non potius vitae finem facis atque laboris? -m tibi praeterea, quod machiner ..., nil est). Mil. 956 circumspice dum, ne quis nostro hic auceps sermoni siet; -m, hoc negoti clandestino ut agerem, mandatumst mihi. 1116 te cum illa verba facere de ista re volo; -m cum illa sane congruos sermo tibi. 1243 adibon *mulierem*? :: minime; -m tu te vilem feceris, si te ultro largiere. Pseud. 899 edixit ..., ut mihi caverem a Pseudolo servo suo ...; -m eum circum ire in hunc diem, ut me ... muliere intervorteret. *al.* Ter. Andr. 707 hinc vos amolimini! -m mi impedimento estis. Hec. 343 ne mittas quidem visendi causa quemquam; -m qui amat quoi odio ipsus est, bis facere stulte duco. 349 te ... intro ire nolo; -m ... omnem rem narrabit ... continuo sola soli. 699 puerum accipias; -m is quidem in culpa non est. Haut. 696 videndumst ..., amici quoque res ... in tuto ut collocetur; -m si ... Bacchidem hic relinquis, senex resciscet *eqs.* Phorm. 717 matura, dum lubido eadem haec manet; -m ... forsitan nos reiciat. 911 hic dehortatus est me, ne illam tibi darem: '-m qui erit rumor populi' inquit 'si id feceris?' 927 dos hic *apud me* maneat, Demipho; -m non est aequom me propter vos decipi. *al.* Cato agr. 5, 4 segetem ne defrudet *vilicus*; -m id infelix est. 5, 7 opera omnia mature conficias face; -m res rustica sic est: si unam rem sero feceris, omnia opera sero facies. 28, 1 caveto, cum ventus siet ..., effodias *arbores* ...; -m id maxime cavendum est. 66, 1 vaso aheneo ... ne utatur *capulator*; -m si utetur, oleum male sapiet. *al.* Pacvv. trag. 266 (*saucius ad ministrantes*) mittite; -m attrectatu ... amplificatis dolorem. Lvcil. 1032 hoc etiam accipe, quod dico; -m pertinet ad rem. Acc. trag. 187 abducite intro; -m mihi miseritudine commovit animum excelsa aspecti dignitas. Rhet. Her. 1, 10, 17 eam *enumerationem* plus quam trium partium numero constare non oportet; -m et periculosum est, ne quando plus minusve dicamus, et suspicionem adfert ... artificii. 3, 10, 18 *convenit* firmissimas argumentationes in primis et in postremis causae partibus conlocare ...; -m et statim re narrata expectat animus auditoris, si qua re causa confirmari possit, ... et ... utile est ... relinquere in animis auditorum bene firmam argumentationem. Cic. Arat. 63 hoc cave te in pontum studeas committere mense: -m non longinquum spatium labere diurnum. Lael. 52 non ... erunt homines deliciis diffluentes audiendi, si quando de amicitia ... disputabunt; -m quis est ..., qui velit, ut neque diligat quemquam nec ipse ... diligetur, circumfluere omnibus copiis? Att. 1, 2, 2 tuo adventu nobis opus est maturo; -m prorsus summa hominum est opinio tuos familiaris ... adversarios honori nostro fore. 1, 10, 4 bibliothecam tuam cave cuiquam despondeas ...; -m ego omnis meas vindemiolas eo reservo, ut illud subsidium senectuti parem. Pomp. Cic. Att. 8, 11[a] censeo ad nos Luceriam venias; -m te hic tutissime puto fore. Catvll. 10, 26 istos *lecticarios* commoda; -m volo ad Serapim deferri. 35, 5 velim Caecilio, papyre, dicas Veronam veniat ...; -m quasdam volo cogitationes amici accipiat. CE 185, 2 (*saec. I a. Chr.*) vive in dies ...; -m proprium est nihil. Verg. ecl. 9, 39 huc ades, o Galatea; quis est -m ludus in undis? (*vix ad caput alterum*). Hor. sat. 2, 4, 59 tostis marcentem squillis recreabis et Afra potorem coclea; -m lactuca innatat acri post vinum stomacho. Tib. 1, 1, 11 *non* Spes destituat, sed frugum semper acervos praebeat ...; -m veneror, seu stipes habet desertus in agris, seu vetus ... serta lapis. *al.*

**β** *intellectus sim. rerum*: Ⓘ *cur opinio habeatur vel habenda sit* (*cum hoc, ubi tamquam argumentis auditori persuadetur sim. [maxime p. 16, 71sqq., ceterum e. g. p. 16, 3sqq. 33sq.], ab illo, ubi causa opinionis locutoris exponitur [p. 16, 39sqq.], discrepet, raro tamen distingui possunt; exempla selecta inde a* Catone): Ⓐ *exempla varia*: Plavt. Amph. 408 nonne hic homo modo me pugnis contudit? fecit hercle; -m ... malae dolent. 412 Sosia ... sum, *non tu*; -m noctu hac soluta est navis nostra *eqs.* Cas. 267 tu ... malam rem quaeris. :: ... egone? :: tu: -m quid friguttis? Men. 241 hominem inter vivos quaeritamus mortuom; -m invenissemus iam diu, si viveret. 1116 quot eras annos gnatus ...? :: septuennis: -m tunc dentes mihi cadebant primulum. Merc. 807 mater rure rediit; -m video Syram astare ante aedis. Mil. 378sq. mirumst facinus, quomodo haec hinc huc transire potuit; -m certo ... *non est* apud nos ... fenestra nisi clatrata; (*mulierem nunc alloq.*) -m certe ego te hic intus vidi. 484 illa ... nunc intus est in aedibus; -m egomet cubantem eam modo offendi domi. 600 opus est nunc tuto loco ...; -m bene consultum inconsultum est, si id inimicis usuist (*item inducitur regula generalis*: 673 sumptui esse mihi molestumst. :: morus es; -m ... in bono hospite ... quaestus est quod sumitur. *al.* Enn. scaen. 188 melius est virtute ius; -m saepe virtutem mali nanciscuntur; ius ... se a malis spernit procul. 200 facile Achivos flexeris; -m cum opulenti locuntur pariter atque ignobiles, ... eadem ... oratio aequa non aeque valet [*Eur. Hec. 294 γάϱ*]. *al.*). 915 meliust *consilia memorare*; -m ... hoc cogitato: ubi probus est architectus, bene lineatam si semel carinam conlocavit, facile esse navem facere (*item inducitur similitudo vel analogia e. g.* Varro ling. 9, 20 verbum quod novom et ratione introductum, quo minus recipiamus, vitare non debemus: -m ad usum in vestimentis ... novitati non impedit vetus consuetudo. Hor. epist. 1, 18, 84 dente Theonino cum *amicus* circumroditur, ecquid ad te ... ventura pericula sentis? -m tua res agitur, paries cum proximus ardet). Pseud. 791 forum coquinum, qui vocant, stulte vocant, -m non coquinum est, verum furinum est forum. *al.* Enn. scaen. 262 *errant viri vitam mulieris periculis carere affirmantes*; -m ter sub armis malim vitam cernere, quam semel modo parere. 376. Ter. Andr. 501 renuntiatumst *tibi dolos parari*; -m qui istaec tibi incidit suspicio? Hec. 554 si ... raro haec fecit *adulescens, sc. ut amicam visitaret,* nonne ea dissimulare nos magis humanumst quam dare operam id scire ...? -m si is posset ab ea sese derepente avellere ..., non eum hominem ducerem. Haut. 202 pateretur *filius patrem iniquum*; -m quem ferret, si parentem non ferret suom? Phorm. 269 *adulescentes* tradunt operas mutuas; ... -m ni haec ita essent, cum illo haud stares, Phaedria. *al.* Cato agr. 54, 5 boves ... pasci non oportet; -m viride cum edunt, semper id expectant. Trag. inc. 125 erras erras; -m ... te ... repriment validae legum habenae. 178 qua causa accusem hunc? ⟨...⟩ -m si veretur, quid eum accuses, qui est probus? sin *eqs.* Nigid. Gell. 19, 14, 7 *v. p. 1, 32.* Cic. Verr. II 1, 157 *dicebas* ignosci tibi oportere, quod falsum codicem protuleris; -m qua invidia C. Iunius conflagravit, ea, nisi providisses, tibi ipsi tum pereundum fuisset. Cael. 64 isti tot viri – -m necesse est fuisse non paucos, ut ... res multorum oculis esset testatior – *eqs.* Dictvm Cic. Quint. inst. 6, 3, 73 *quadam* dicente triginta se annos habere, 'verum est' inquit, '-m hoc illam iam viginti annis audio'. Catvll. 6, 6 nescioquid febriculosi scorti diligis: hoc pudet fateri; -m te non viduas iacere noctes ... cubile clamat sertis ... fragrans. Lvcr. 1, 217 accedit, uti quicque in sua corpora rursum dissolvat natura neque ad nilum interemat res; -m, si quid mortale e cunctis partibus esset, ex oculis res quaeque repente erepta periret. 2, 592 habet *tellus,* ignes unde oriantur; -m multis succensa locis ardent sola terrae. Verg. Aen. 3, 374 nate dea – -m te maioribus ire per altum auspiciis manifesta fides ... – pauca tibi e multis ... expediam dictis (*cf.* Stat. Theb. 4, 753 [746] diva potens nemorum – -m te vultusque pudorque mortali de stirpe negant – *eqs.; aliter p. 19, 58sqq.*). *al.* Ⓑ *priore enunt. describitur actio opinandi*: Plavt. Amph. 273 credo ... Nocturnum obdormivisse ebrium; -m neque se Septentriones quoquam in caelo commovent, neque se Luna quoquam mutat. 1074 numnam hunc percussit Iuppiter? credo edepol; -m ... sepultust, quasi sit mortuos. Mil. 551 meam esse erilem concubinam censui ...; -m ex uno puteo similior numquam potis aqua aquai sumi, quam haec est atque ista hospita. Pseud. 957 minus malum hunc hominem esse opinor, quam esse censebam coquom; -m nihil etiam dum harpagavit praeter cyathum et cantharum. *al.* Enn. scaen. 318 eos *deos* non curare opinor, quid agat humanum genus; -m si curent, bene bonis sit, male malis, quod nunc abest. Ter. Haut. 61 *moneo te,* quod mihi videre praeter aetatem tuam facere ...; -m pro deum atque hominum fidem ... quid quaeris? *al.* Cato orig. 95[d] ecquis est tandem, qui ... aequum censeat poenas dare ob eam rem, quod arguatur male facere voluisse? nemo opinor; -m ego, quod ad me attinet, nolim. Met. Nvm. or. frg. Gell. 7, 11, 3 (*antea p. 14, 63*) -m, si in eo tempore huius modi homunculum nomines, in quo punire non possis, maiore honore quam contumelia adficias. Cic. Verr. II 2, 19 litteras Halaesam mittit, quas ego istum in Italia conscripsisse arbitror; -m simul atque e navi egressus est dedit. Cael. 62 in quibus *balneis* non invenio quae latebra togatis hominibus esse posset; -m si essent in vestibulo balnearum, non laterent. ac. 2, 63 Lucullo loquente *vehementer miratus est Hortensius* ...: nec mirum; -m numquam arbitror contra Academiam dictum esse subtilius (*nisi ad p. 15, 60sqq. trahas, ut locos sim.*: Catvll. 23, 7 est pulcre tibi cum tuo parente et cum coniuge lignea parentis, nec m.; bene -m valetis omnes. 69, 7 hunc *caprum sub alis tuis habitantem* metuunt omnes, neque m.; -m mala valde est bestia. Lvcr. 2, 338 non volgo paria omnibus omnia *primordia* constant; nec m.: -m, cum sit eorum copia tanta *eqs. al.*). Lvcc. Cic. fam. 5, 14, 1 si solitudine delectare, ... *non* reprehendo tuum consilium; -m nihil isto potest esse iucundius. Cass. Parm. Cic. fam. 12, 13, 4 Cassius noster ... existimat se sine proelio posse vincere; -m iam ternis tetrachmis triticum apud Dolabellam est. Catvll. 86, 3 singula *formosa puellae* confiteor, totum illud formosa nego; -m nulla venustas, nulla in tam magno est corpore mica salis. *al.* Ⓒ *priore enunt. dicitur aliquid necesse aut impossibile esse*: Cic. inv. 1, 45 (*antea*: necesse est aut inimicitiarum causa ab hoc esse occisum aut *eqs.*) -m sine causa maleficium susceptum non potest esse. Verr. II 1, 118 non ... hoc potest hoc loco dici, multa esse in provinciis aliter edicenda ...: -m ... video non

*[N. H.]*

modo ceteros, sed te ipsum totidem verbis edixisse, quot verbis edici Romae solet. 2, 27 quicquid ab horum quopiam captum est, id ... tua manu numeratum iudicari necesse est; -m si hanc defensionem probabitis: 'non accepit ipse', licet omnia de pecuniis repetundis iudicia tollatis. Lvcr. 1, 507 esse utramque *rem, i. vacuum et corpus,* sibi per se puramque necessest: -m quacumque vacat spatium ..., corpus ea non est *eqs.* 3, 472 fateare necessest ...; -m *eqs. al.*

(II) *unde quid sciatur* (*cf. p. 20, 34*): Plavt. Amph. 637 ita divis est placitum, voluptatem ut maeror comes consequatur ...; -m ego id nunc experior domo **(***item explicatur observatio generalis per notitiam propriam* [*cf. p. 18, 11sqq.*]: Truc. 554 satin, si quis amat, nequit quin ... improbis se artibus expoliat? -m hoc qui sciam, ne quis id quaerat ..., domist qui facit improba facta amator**)**. Mil. 1432 qui tu scis *amatorem fuisse*? :: scio; -m postquam porta exierint, nil cessarunt ilico osculari. Most. 1111 cerebrum ... omne e capite emunxti meo: -m omnia male facta vestra repperi. Ter. Hec. 695 sensit ... uxor *te meretricem amare*; -m ei causa alia quae fuit, quam ob rem abs te abiret? 711 propterea haec irast; -m ipsa narravit mihi. 863 recte amasti, Pamphile, uxorem tuam; -m numquam ante hunc diem meis oculis eam ... videram: perliberalis visast. Haut. 455 estne ea intus? :: sit rogas? sensi; -m unam ei cenam ... dedi; quod si iterum mihi sit danda, actum siet. Eun. 144 ad virginem animum adiecit. :: etiamne amplius? :: nil; -m quaesivi. Lvcil. 880 certum scio esse ita ut dicis; -m mihi erant de illo explorata omnia. Acc. trag. 499 exprome quid fers; -m te longo ⟨ab⟩ itere cerno ⟨huc⟩ vadere. Cic. inv. 2, 14 copo ... – -m ita dicitur post inventum, cum in alio maleficio deprehensus est – ... alterum *hospitem* occidit. Mur. 59 quid? Ser. Galbam – -m traditum memoriae est – nonne ... populus Romanus eripuit? Att. 2, 3, 3 quod *opus* a me aiunt Caesarem sic exspectare, ut non dubitet; -m fuit apud me Cornelius, hunc dico Balbum, Caesaris familiarem. 8, 9ª, 1 Lepido quidem – -m fere *συνδιημερεύομεν*, quod gratissimum illi est – numquam placuit ex Italia exire. 16, 15, 3 at quae contio! -m est missa mihi. fam. 6, 18, 2 magnum ... exercitum Pompeium habere constat; -m Caesar ipse ad suos misit exemplum Paciaeci litterarum, in quo erat illas XI esse legiones. *al.* Q. Cic. pet. 19 quid tibi eorum *hominum* sodales ... confirmarint, scio; -m interfui. Hor. sat. 2, 8, 2 ut Nasidieni iuvit te cena beati? -m mihi quaerenti convivam dictus here illic de medio potare die. Ov. epist. 5, 113 hoc tua – -m recolo – quondam germana canebat **(***cf.* met. 14, 813 tu mihi ... – -m memoro memorique animo pia verba notavi – *eqs.* 15, 160 ipse ego – -m m e m i n i – *eqs.* [Calp. ecl. 3, 11]**)**. met. 12, 86 nate dea – -m te fama praenovimus – *eqs.* (*cf. p. 16, 36. 19, 58sqq.*). 13, 870 talia nequiquam questus – -m cuncta videbam – surgit *eqs. al.*

**2** *explicatur potius dicendi ratio*: **a** *cur quid dictum sit*: **α** *omnino* (*cur dubitetur de dicendo l. 45*): (I) *cur quid memoratum sit*: Ⓐ *exempla varia* (*selecta inde a* Cic.): Plavt. Amph. 828 nescio quid istuc negoti dicam, nisi si quispiam est Amphitruo alius ...; ⌞-m quom⌟ (namque *codd.*) de illo subditivo Sosia mirum nimis, certe de istoc Amphitruone iam alterum mirum est magis. Bacch. 554 benevolens vivit *inimicus meus* tibi: -m ni ita esset, tecum orarem, ut ei, quod posses mali facere, faceres. Cist. 662 quid nuntias super anu? :: scelestiorem ... nullam esse alteram ...; -m hercle ego quam illam anum inridere me ut sinam, satiust mihi ... interire (*nisi ad caput alterum; sim., sed in responsis, videri possunt p. 31, 10sqq.*). Pseud. 642 (*nolit servus alii pecuniam credere*) reddere hoc, non perdere erus me misit; -m certo scio, hoc febrim tibi esse, quia non licet huc inicere ungulas. *al.* Ter. Hec. 762 benivolum ... lingua tua iam tibi me reddidit; -m non sunt solae arbitratae haec *mulieres mala de te,* ego quoque etiam credidi. Haut. 891 hoc ... scire expeto, quid perdideris; -m ubi desponsam nuntiasti filio, continuo iniecisse verba tibi Dromonem scilicet, sponsae vestem, aurum ... opus esse. Phorm. 615 facinus indignum *est,* Chreme, sic circumiri. :: id cum hoc agebam commodum. :: -m hercle ego quoque id quidem agitans ... inveni ... remedium (*nisi ad p. 31, 10sqq.*). *al.* Cic. Verr. II 1, 60 digessi *omnes tabulas* patris, quoad vixit, tuas, quoad ais te confecisse; -m in isto, iudices, hoc novum reperietis, *tabulas conficere destitisse.* Brut. 42 *Coriolanus* conatum ... iracundiae suae morte sedavit; -m, etsi aliter apud te est, Attice, de Coriolano, concede tamen, ut huic generi mortis potius adsentiar. fin. 2, 20 vos ex his tam dissimilibus rebus non modo nomen unum – -m id facilius paterer – sed etiam rem unam ex duabus facere conamini. Att. 2, 23, 3 nos autem – -m id te scire cupere certo scio – publicis consiliis nullis intersumus. fam. 9, 6, 2 vidi ... – -m tu aberas – nostros amicos cupere bellum, hunc autem non tam cupere quam non timere. Cael. Cic. fam. 8, 16, 4 me secum in Hispaniam ducit; -m, nisi ita faceret, ... ad te percurrissem. Lvcr. 3, 888 *non potest mortuus* iacentem se lacerari urive dolere; -m, si in morte malumst mālis ... ferarum tractari, non invenio, qui non sit acerbum ignibus inpositum ... torrescere. Bell. Alex. 63, 5 *non* opinantibus omnibus – si tamen in omnibus fuit Cassius, -m de huius conscientia dubitabatur – impetum fecerunt. Nep. Att. 21, 5 *cum morbus sanari non possit,* reliquum est, ut egomet mihi consulam; id vos ignorare nolui: -m mihi stat alere morbum desinere. Hor. sat. 1, 1, 33 parvola – -m exemplo est – magni formica laboris ore trahit quodcumque potest. Prop. 2, 32, 3 qui videt, is peccat, qui te non viderit ergo, non cupiet: facti lumina crimen habent; -m quid Praenesti dubias, o Cynthia, sortis ... petis? Ov. epist. 17, 128 faveo quoque laudibus istis: -m mea vox quare, quod cupit esse, neget? Val. Max. 1, 8 ext. 12 illa nonne ludibria naturae in corporibus humanis fuisse credenda sunt, tolerabilia quidem ..., ceterum et ipsa miraculis adnumeranda? -m et Prusiae ... filius ... pro superiore ordine dentium unum os ... habuit (*nisi ad B*). *al.* Ⓑ *explicatur, quomodo observatio generalis ad praesentia pertineat* (*cf. p. 17, 9*): Plavt. Men. 96 (*loq. parasitus*) quam magis extendas *vincula escaria,* tanto adstringunt artius: -m ego ad Menaechmum hunc eo, quo iam diu sum iudicatus, ultro eo ut me vinciat. Mil. 948 volup est, quod agas, si id procedit lepide ...; -m ego hodie ... misi parasitum meum, ut latrones ... ad Seleucum duceret, qui eius regnum tutarentur, mihi dum fieret otium. 1296 *mulieres semper moram faciunt*; -m ego hanc accerso Philocomasium. Pseud. 440 probum patrem esse oportet, qui gnatum suom esse probiorem quam ipsus fuerit postulet; -m tu quod ... fecisti flagiti populo viritim potuit dispertirier. 792 (*antea p. 16, 10*) -m ego, si iuratus peiorem hominem quaererem coquom, non potui, quam hunc quem duco, ducere. Trin. 25 amicum castigare ob meritam noxiam inmoene est facinus, verum in aetate utile ...; -m ego amicum hodie meum concastigabo (*locum vituperant Rhet. Her. 2, 23, 35 et Cic. inv. 1, 95*). *et saepe.* Ter. Andr. 960 ego deorum vitam propterea sempiternam esse arbitror, quod voluptates eorum propriae sunt; -m mi immortalitas partast, si nulla aegritudo huic gaudio intercesserit. Hec. 276 edepol ne nos sumus inique aeque omnes invisae viris propter paucas *nocentes* ...; -m ..., quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam, sed non facile est expurgatu: ita animum induxerunt socrus omnis esse iniquas. Cic. Brut. 84. Caes. Gall. 6, 30, 2 multum ... in re militari potest Fortuna; -m magno accidit casu, ut in ipsum *hostem* incautum ... incideret. CE 1037, 7. Ⓒ *inducuntur opposita* (*exempla selecta inde a* Cic.; *cf. p. 20, 39*): Plavt. Cas. 15 antiquam eius *Plauti* edimus comoediam, quam vos probastis, qui estis in senioribus; -m iuniorum qui sunt non norunt, scio. Most. 860 servi, qui, quom culpa carent, tamen malum metuunt, ei solent esse eris utibiles; -m illi qui nil metuunt, postquam sunt malum meriti, stulta sibi expetunt consilia. Ter. Phorm. 624 erus liberalis est et fugitans litium; -m ceteri quidem hercle amici omnes modo uno ore auctores fuere, ut praecipitem hanc daret. Carm. schol. Hor. epist. 1, 1, 67 (*loq. Pupius tragoediographus*) flebunt amici ... mortem meam; -m populus in me vivo lacrimavit satis. Cic. Arat. 226 haec sunt quae ... signa ... legitimo cernes caelum lustrantia cursu; -m quae per bis sex signorum labier orbem quinque solent stellae, simili ratione notari non possunt (*cf. gr. 454 δ'*). inv. 2, 12 in deliberationibus, ut nos arbitramur, *quaeritur,* quid honestum sit et quid utile: -m ceteri utilitatis modo finem in suadendo et in dissuadendo exponi oportere arbitrati sunt. S. Rosc. 52 nunc dicis aliquid, quod ad rem pertineat; -m illa *alia,* opinor, tu quoque concedis levia esse atque inepta. Flacc. 35 ab A. Sextilio dicit se dedisse et a suis fratribus; potuit dare Sextilius; -m fratres quidem consortes sunt mendicitatis. Pis. 2 honores populus Romanus mihi ipsi, non nomini detulit; -m tu cum quaestor es factus, etiam qui te numquam viderant, tamen illum honorem nomini mandabant tuo. fam. 2, 16, 2 non nollem *navigare,* si possem ad otium; -m ad bellum quidem, qui convenit? Hor. sat. 2, 4, 71 Picenis cedunt pomis Tiburtia suco; -m facie praestant. Liv. 1, 30, 7 valuit ... apud Veientes – -m de ceteris minus mirum est – pacta cum Romulo indutiarum fides. 4, 46, 12 magistro equitum creato ... filio suo, ut tradidere quidam – -m alii Ahalam Servilium magistrum equitum ... fuisse scribunt – *eqs.* Fest. p. 266 rogatio est, cum populus consulitur de uno pluribusve hominibus, quod non ad omnis pertineat ...; -m quod in omnis homines ... populus scivit, lex appellatur. Val. Max. 4, 8, 3. Cels. 2, 7, 29 si longae febres ... remanent, in aliquam partem id malum incumbit, in iuvenioribus tamen; -m senioribus ex eiusmodi morbo quartana fere nascitur. 4, 2, 1 sub quo nomine, *sc. capite,* nunc significo eam partem quae capillis tegitur: -m oculorum, aurium, dentium dolor ... alias erit explicandus. *al.*

(II) *cur iussum sit* (*quae tantum ad necessitatem actionis propositae pertinent, p. 14, 75sqq. attulimus; exempla selecta inde a* Cic.): Plavt. Amph. 628 sequere hac ... me; -m mi istuc primum exquisito est opus. Capt. 232 at scire memento, quando id, quod voles, habebis; -m fere maxima pars morem hunc homines habent: quod sibi volunt, dum id impetrant, boni sunt, sed *eqs. al.* Ter. Andr. 952 propero ad filiam; eho, mecum, Crito! -m illam me credo haud nosse. Haut. 689 nunc, Clinia, age, da te mihi vicissim; -m amici quoque res est videnda, in tutum ut conlocetur. *al.* Cic. Tusc. 1, 95 vim bene vivendi ... in ... virtute ponamus; -m nunc quidem cogitationibus molestissimis effeminamur. Att. 2, 1, 11 quid

*[N. H.]*

cogites de adventu tuo scribe ad nos; -m mihi Pomponia nuntiari iussit te mense Quintili Romae fore; id a tuis litteris ... discrepabat. 3, 18, 2 me fac de tota causa nostra certiorem; -m Quintus frater ... omnia mittit spei plena, metuens, credo, defectionem animi mei. Catvll. 90, 3 nascatur magus ex Gelli matrisque nefando coniugio ...; -m magus ex matre et gnato gignatur oportet, si vera est Persarum impia religio. Verg. Aen. 2, 373 festinate viri! -m quae tam sera moratur segnities? (*vix ad caput alterum*). 4, 421 hoc ... unum exsequere, Anna, mihi; solam -m perfidus ille te colere ..., sola viri mollis aditus ... noris. Prop. 2, 13, 14 *si puella probet,* populi confusa valeto fabula: -m domina iudice tutus ero. Ov. met. 8, 127 (*loq. Scylla*) gaudete malis modo prodita nostris moenia! -m, fateor, merui et sum digna perire. *al.*

(III) *cur interrogatum sit*: Plavt. Amph. 958 iam pax est inter vos duos? -m, quia vos tranquillos video, gaudeo et volup est mihi. Aul. 83 ego intus servem? an ne quis aedes auferat? -m hic apud nos nihil est aliud quaesti furibus. Cist. 598 quid negoti est? -m occupatus sum ampliter. Men. 959 quid illuc est, quod nunc me hisce homines insanire praedicant? -m equidem, postquam gnatus sum, numquam aegrotavi unum diem. Mil. 629 tamne tibi diu videor vitam vivere? -m equidem haud sum natus annos praeter quinquaginta et quattuor. 1047 qua ab illarum *venit ancilla*? -m ita me occursant multae, meminisse haud possum. Pseud. 30 *tabellae scriptae sunt* lepida ... manu. :: an ... habent quas gallinae manus? -m has quidem gallina scripsit. 620 ubi tu me novisti gentium ...? -m equidem Athenas antidhac numquam veni. *al.* Ter. Hec. 273 num quid vis? -m est, quod me transire ad forum iam oportet. Haut. 267 quid est, obsecro? -m mihi nunc nil ... est, quod malim, quam me hoc falso suspicarier. 776 quam ob rem istuc, Syre? -m prorsum nil intellego. Phorm. 636 (*633 sq.* quid vis dari ..., ut erus his desistat litibus?) -m sat scio, si tu aliquam partem aequi bonique dixeris, *erus dabit. al.* Pacvv. trag. 383 quid est? -m exanimasti prologio tuo. Cic. Att. 14, 7, 1 ubi tandem est futurus? -m cum reliqua tum de hoc scire aveo omnia. Varro rust. 1, 2, 11 num cena comessa ... venimus? -m non L. videmus Fundilium, qui nos advocavit. Verg. ecl. 10, 11 quae nemora aut qui vos saltus habuere, puellae Naides ...? -m neque Parnasi vobis iuga, -m neque Pindi ulla moram fecere (*cf. Theocr. idyll. 1, 68 οὐ γάρ*). *al.*

(IV) *cur factum sit optatum aut exclamatio*: Plavt. Men. 1022 tibi di ... faciant bene! -m absque te esset, hodie numquam ad solem occasum viverem. Poen. 452 di illum infelicent omnes, qui post hunc diem leno ... Veneri ... immolarit hostiam ...; -m ego hodie ... sex immolavi agnos nec potui tamen propitiam Venerem facere, uti esset mihi. Trin. 1032 utinam veteres homin⟨um mor⟩es ... ⟨in⟩ maiore honore his essent quam mores mali! ... -m nunc mores nihili faciunt, quod licet, nisi quod lubet. Enn. scaen. 253 utinam ne in nemore Pelio securibus caesa accidisset ... trabes *ad Argo faciendam* ...; -m numquam era errans mea domo ecferret pedem (*cf. Eur. Med. 6 γάρ*). Ter. Hec. 606 vae misero mihi! :: et mihi quidem! -m haec res non minus me male habet quam te (*cf.* Hor. epod. 11, 7 heu me, per urbem – -m pudet tanti mali – fabula quanta fui!). Acc. praetext. 36 (*antea p. 24, 70*) haec bene verruncent populo! -m quod dexterum cepit cursum *sol* ..., pulcherrume auguratum est rem Romanam publicam summam fore. Cic. Phil. 6, 7 Att. 14, 3, 1. Cael. Cic. fam. 8, 17, 1 utinam ... in ista parte C. Curio *fuisset,* cuius amicitia me paulatim in hanc ... causam imposuit! -m mihi sentio bonam mentem iracundia et amore ablatam. Catvll. 64, 177 Iuppiter omnipotens, utinam ne tempore primo Cnosia Cecropiae tetigissent litora puppes ...! -m quo me referam? Prop. 2, 22, 41 altera me cupidis teneat ... lacertis, altera si quando non sinit esse locum ...: -m melius duo defendunt retinacula navim. *al.*

(V) *cur allocutio facta sit* (*potius argumentum sim. explicatur p. 10, 30. 16, 36. 17, 40*): Ⓐ *exempla varia*: Ter. Phorm. 1011 Demipho, te appello; -m cum hoc ipso distaedet loqui. Sen. contr. 1, 1, 18 interrogo vos, iudices, quid me sic facere oporteat – -m istum non interrogo: scit, quid facturus sim. Val. Max. 1 praef. te ... huic coepto ..., Caesar, invoco ...; -m, si prisci oratores ab Iove ... bene orsi sunt *eqs.* Ⓑ *muneris cuiusdam petitor dicit eum, quem allocutus est (saepe deum, sed hominem e. g. l. 69 sqq. p. 20, 5), capacem vel aptum sim. esse*: Lvcr. 1, 31 effice, *Venus,* ut ... fera moenera militiai ... quiescant; -m tu sola potes tranquilla pace iuvare mortales. Verg. Aen. 1, 731 Iuppiter – hospitibus -m te dare iura loquuntur – *eqs.* Dirae 65 Battare, fluminibus tu nostros trade dolores: -m tibi sunt fontes, tibi semper flumina amica. Hor. epod. 17, 45 (*veniam Canidiae precatur*) *Dioscuri* victi prece adempta vati reddidere lumina: et tu – potes -m – solve me dementia! sat. 2, 6, 51 quicumque obvius est, me consulit: 'o bone – -m te scire ... oportet – numquid de Dacis audisti?' carm. 3, 11, 1 Mercuri – -m te docilis magistro movit Amphion lapides canendo – *eqs.* Tib. 1, 3, 27 nunc, dea, nunc succurre mihi – -m posse mederi picta docet templis multa tabella tuis – *eqs.* Ov. epist. 15, 58 tu quoque ... Erycina ... – -m tua sum – vati consule diva tuae. met. 1, 2 in nova fert animus mutatas dicere formas corpora; di coeptis – -m vos mutastis et illas (illa *edd. multi*) – adspirate meis. 14, 12 (*Glaucus ad Circen*) diva, dei miserere, precor; -m sola levare tu potes hunc ... amorem. *al.* Calp. ecl. 4, 158 fer, Meliboee, deo mea carmina! -m tibi fas est sacra Palatini penetralia visere Phoebi. Homer. 163 vos mihi nunc, Musae, ... nomina clara ducum ... referte ...; -m sunt haec munera vestra. *al.*

**β** *cur quis locutione quadam usus sit* (*exempla selecta inde a* Cic.): Ⓘ *exempla varia*: Plavt. Bacch. 369 aperite propere ianuam hanc Orci, obsecro; -m equidem haud aliter esse duco, quippe quo nemo advenit, nisi quem spes reliquere omnes. Pseud. 328 Pseudole, ei accerse hostias ..., ut ego huic sacruficem summo Iovi; -m hic mihi nunc est multo potior Iuppiter quam Iuppiter. *al.* Ter. Eun. 330 is ... fit mi obviam. :: incommode hercle. :: immo enimvero infeliciter; -m incommoda alia sunt dicenda. Caecil. com. 215 ad restim res redit. :: immo collus, non res; -m ille argentum habet. Rhet. Her. 3, 4, 8 divisione utemur in vim et consilium; -m quod in docendo ... dolum appellavimus, id in dicendo honestius consilium appellabimus. Cic. Planc. 78 sum non dicam miser – -m hoc quidem abhorret a virtute verbum –, sed certe exercitus. fam. 10, 1, 1 *Antoni* tanta est, non insolentia – -m id quidem vulgare vitium est – sed immanitas *eqs.* Vatin. Cic. fam. 5, 10[a], 1 apage te cum nostro Sex. Servilio! -m mehercule ego quoque illum amo. Catvll. 44, 2 o funde noster seu Sabine seu Tiburs – -m te esse Tiburtem autumant, quibus non est cordi Catullum laedere ... – *eqs.* Varro ling. 7, 39 *cum nostri* vidissent ... elephantos, id est [non item] quadripedes cornutas – -m quos dentes multi dicunt sunt cornua – *eqs.* Sall. Catil. 2, 1 initio reges – -m in terris nomen imperi id primum fuit – diversi pars ingenium, alii corpus exercebant. Nep. Eum. 2, 2 hoc tempore data est Eumeni Cappadocia, sive potius dicta: -m tum in hostium erat potestate. Ov. met. 12, 470 (*ad Caenea olim Caenin*) et te, Caeni, feram? -m tu mihi femina semper, tu mihi Caenis eris. Ib. 9 quisquis is est – -m nomen adhuc utcumque tacebo – *eqs.* Liv. 4, 12, 7 coepere a fame mala, seu adversus annus frugibus fuit, seu dulcedine contionum ... deserto agrorum cultu; ⌊-m utrumque traditur⌋ (⌊ ⌋ *eadem* 9, 28, 5. *cf.* 10, 25, 12 -m in utrumque auctores sunt. Orat. imp. Claud. [CIL XIII 1668] 1, 16 filio nepotive eius – -m et hoc inter auctores discrepat – *eqs.* Cvrt. 4, 4, 20 -m hoc quoque traditur. *cf. p. 17, 8 sqq.*). Sen. nat. 7, 25, 5 utrum ... Iuppiter ... occideret an retrogradus esset – -m hoc illi nomen imposuere cedenti – *eqs.* *al.*
Ⓘⓘ *opponitur res non dicta* (*cf. b et p. 18, 33*): Plavt. Mil. 786 eam des ..., cui ... sapiat pectus; -m cor non potest, quod nulla habet. Poen. 544 (*fort. interpol.*) attrepidate saltem, -m vos adproperare haud postulo. Pseud. 937 (*ad servum callidum*) tantum tibi boni di ... duint, quantum tu tibi optes; -m, si exoptem, quantum dignu's tantum dent, minus nihilo sit. Rhet. Her. 3, 3, 6 huius modi partes sunt virtutis ... adtenuandae, si ab his dehortabimur ...; -m nemo erit, qui censeat a virtute recedendum. Cic. Verr. II 2, 89 iratus ... Sthenio ... hospitium ei renuntiat, domo eius emigrat atque adeo exit; -m iam ante emigrarat. 2, 137 hoc fatebere, abs te haec petita esse – -m empta non audebis dicere. Vatin. 19 in illo tuo intolerabili non regno – -m cupis id audire – sed latrocinio. Phil. 12, 29 non veremur – -m timeri se ne ipsi quidem volunt – *eqs.* Brut. 35 *Lysiam* prope audeas oratorem perfectum dicere; -m plane quidem perfectum ... Demosthenem facile dixeris. fam. 5, 5, 2 contra etiam esse aliquid abs te profectum ex multis audivi; -m comperisse me non audeo dicere. 7, 1, 5 quibus *occupationibus* si me relaxero – -m ut plane exsolvam non postulo – *eqs.* 12, 9, 2 exigua ... spes est rei publicae – -m nullam non libet dicere. Planc. Cic. fam. 10, 11, 1 ago tibi gratias agamque dum vivam; -m relaturum me adfirmare non possum. Sall. Iug. 63, 6 is ad id locorum talis vir – -m postea ambitione praeceps datus est – *eqs.* (*cf.* 95, 4 -m, postea quae fecerit, *eqs.*). 85, 50 plura dicerem, Quirites, si timidis virtutem verba adderent; -m strenuis abunde dictum puto. Hor. sat. 1, 4, 13 *Lucilius* garrulus atque piger scribendi ferre laborem, scribendi recte; -m, ut multum, nil moror. 2, 2, 129 quanto ... parcius ..., o pueri, nituistis, ut huc novus incola venit? -m propriae telluris erum natura neque illum nec me nec quemquam statuit. *al.*

**γ** *cur locutor aliquid dicere possit, audeat sim.* (*cur paratus sit l. 73 sqq.; quae ad scientiam spectant, v. p. 17, 8*): Plavt. Amph. 11 uti ... voltis, ea adferam, ea uti nuntiem, quae maxime in rem vostram communem sient – -m ... id iam scitis ... datum mi esse ab dis aliis, nuntiis praesim ... – haec ut me voltis adprobare *eqs.* (*loq. Mercurius, ut*: 986 de via decedite, nec quisquam tam av⟨i⟩dax fuat homo, qui obviam opsistat mihi: -m mihi quidem hercle qui minus liceat deo minitarier populo, ni decedat mihi, quam servolo in comoediis?). Cas. 197 *vir ancillam* postulat ... vilico suo se dare; sed ipsus eam amat. :: obsecro, tace! :: -m hic nunc licet dicere: nos sumus (*item indicatur, cur locutor paratus sit ita loqui e. g.* Mil. 95 [*antea vituperat servus erum*] -m ego hau diu apud hunc servitutem

*[N. H.]*

servio. Most. 949 puere, nemo hic habitat: -m te esse arbitror puerum probum. Cic. rep. 1, 15 ego, Tubero – -m tecum aperte quod sentio loquar – non nimis assentior. Verg. Aen. 4, 368 *non* tibi diva parens ...; -m quid dissimulo? [Serv. tacitae quaestioni occurrit]**)**. Rhet. Her. 4, 12, 18 cui vitio versus hic erit exemplo – -m hic nihil prohibet in vitiis alienis exemplis uti – *eqs.* Cic. Phil. 2, 3 te in disciplinam meam tradideras – -m ita dixisti – domum meam ventitaras. fam. 6, 14, 1 quid ... sperem aut ... exploratum habeam de salute tua, id tibi a me declarari volo; -m si quisquam est timidus ... semperque magis adversos rerum exitus metuens quam sperans secundos, is ego sum. Ov. met. 13, 211 (*loq. Vlixes*) quis tuus usus erat, *Aiax*? -m, si mea facta requiris, hostibus insidior, fossa munimina cingo.

**b** *cur quid non vel nondum dictum sit (cf. p. 20, 39); memoratur res nova, quae ad argumentum fort. pertinere videtur, tamquam minoris momenti, nimis evidens, re vera non pertinens sim.*: **α** *ita ut indicetur aliquid praetermitti, sc. in praeteritione sim.*: ① *interrogatione rhet.* (*c. voce* quid *passim, aliter e. g. l. 38 sq.; exempla selecta inde a* Prop.): Plavt. Amph. 41 (*loq. Mercurius*) meruimus et ego et pater de vobis ...; -m quid ego memorem ..., quis benefactis meus pater ... architectust omnibus? Cic. Verr. II 1, 129 quid est aliud omnibus omnia peccata ... concedere, nisi hoc, hominum honestorum testimoniis ... non credere? -m quid ego de cotidiano sermone ... populi Romani loquar? 2, 160 -m quid ego de Syracusanis loquar? dom. 75 -m quid ego illa ... totius Italiae decreta commemorem? Lael. 39 ne suspicari quidem possumus quemquam horum *bonorum* ab amico quidpiam contendisse, quod contra fidem ... esset; -m hoc quidem in talibus viris quid attinet dicere, si contendisset, impetraturum non fuisse? fam. 5, 15, 2 *una* non fuimus, cum essemus vicini in Tusculano, in Puteolano; -m quid dicam in urbe? 12, 6, 1 *statum rerum* scire poteris ex C. Tidio Strabone, viro ... optime de re publica sentiente; -m quid dicam 'cupidissimo tui', qui ... fortunis relictis ad te potissimum profectus sit? *al.* Pollio Cic. fam. 10, 31, 5 -m de legione tricensima tradenda quantas contentiones habuerim, quid ego scribam? Cic. Fil. Cic. fam. 16, 21, 4. Sall. Catil. 13, 1 (*describit luxuriam temporum*) -m quid ea memorem, quae nisi iis, qui videre, nemini credibilia sunt, a privatis compluribus subvorsos montis, maria constrata esse? 52, 34. *al.* Verg. catal. 9, 41 -m quid ego immensi memorem studia ista laboris? Prop. 3, 19, 17 -m quid Medeae *crimen* referam? 4, 2, 41 -m quid ego adiciam *eqs.*? Plin. nat. 10, 195 -m de reliquo animalium genere quis dubitet? Stat. silv. 1, 2, 172 -m docta per Vrbem carmina qui iuvenes ... non didicere? *al.* ② *affirmatione* (*fort. addas e coni. minus certa* Prop. 4, 8, 23; *exempla selecta inde a* Sall.): Plavt. Bacch. 481 nullon pacto res mandata potest agi, nisi ... manus ferat ei ad papillas ...? -m alia memorare quae illum facere vidi dispudet. Capt. 906 (*loq. parasitus*) quanta pernis pestis veniet, quanta labes larido ...! -m, si alia memorem ..., morast. Poen. 1273 o Apella, o Zeuxis pictor, cur numero estis mortui, hoc exemplo ut pingeretis? -m alios pictores nil moror huius modi tractare exempla. *al.* Rhet. Her. 4, 27, 37 (*exemplum occultationis*) -m de pueritia quidem tua ... dicerem, si hoc tempus idoneum putarem. Cic. Verr. II 1, 86 -m quid a Milesiis lanae publice abstulerit ... dicere praetermittam. 1, 157 -m de subsortitione illa Iuniana iudicum nihil dico. Catil. 1, 3 -m illa nimis antiqua praetereo, quod *eqs.* Brut. 133 fuit ... in Catulo sermo latinus ...; -m de sono vocis et suavitate appellandarum litterarum, quoniam filium cognovisti, noli expectare quid dicam. *al.* Sall. Iug. 19, 2 -m de Carthagine silere melius puto quam parum dicere. 102, 11 (*Sulla ad Bocchum*) hoc in pectus tuom demitte, numquam populum Romanum beneficiis victum esse; -m bello quid valeat, tute scis. Vell. 1, 14, 1 statui ... huic loco inserere quae quoque tempore ... deducta sit colonia iussu senatus; -m militarium et causae et auctores ex ipsarum praefulgent nomine. 2, 55, 2 victorem Africani belli C. Caesarem gravius excepit Hispaniense – -m victus ab eo Pharnaces vix quicquam gloriae eius adstruxit –, quod *eqs.* Cels. 7, 19, 1 loquar ... nunc de is, quae scalpellum desiderant: -m vel quae sanari non possunt vel aliter nutriri debeant, dicendum erit, simul ad species singulas venero. Sen. Med. 233 (*loq. Medea*) munus est Orpheus meum ... omnesque Minyae: -m ducum taceo ducem. Colvm. 2, 10, 24 -m cetera neque enumerare et minus serere dignamur. *al.*

**β** *ita ut tamen tractetur, sed obiter, inferiore loco*: ① *exempla varia* (*selecta inde a* Cic.): Plavt. Aul. 672 corvom ad me veniat velim ..., ut ego illi aliquid boni dicam; -m quod edit tam duim quam perduim (*nisi ad p. 18, 33, ut fort.* Stich. 408 quos abiens adfeci aegrimonia, eos nunc laetantis faciam adventu meo; -m iam Antiphonem conveni adfinem meum cumque eo reveni ... in gratiam). Ter. Andr. 252 (*antea describit actiones inexspectatas soceri propositi*) -m quid ego dicam de patre? (*vix ad caput alterum*). Cic. Cluent. 187 quaero ..., Oppianice, servo tuo Nicostrato quid factum esse dicas ...? -m Stratonem quidem, iudices, in crucem esse actum exsecta scitote lingua **(***item sequitur vox per* quidem *intentioni subiecta e. g.* p. red. in sen. 38 -m C. q. Marius *eqs.* off. 2, 47 P. Rutili adulescentiam ad opinionem ... iuris scientiae P. Muci commendavit domus; -m L. q. Crassus ... non aliunde mutuatus est *eqs.* Liv. 8, 33, 17. Petron. 38, 4 *Trimalchio luxuriosus* scripsit, ut illi ex India semen boletorum mitteretur; -m mulam q. nullam habet, quae non ex onagro nata sit [*nisi ad II*]**)**. Flacc. 43 (*antea agitur de aliis legatis*) -m princeps legationis, Lysania, adeptus est ordinem senatorium, sed ... peculatus damnatus ... *id* amisit. p. red. in sen. 13 cur in lustris ... tam eximia virtus *consulis Gabinii* tam diu cessavit? -m ille alter, Caesoninus Calventius, ab adulescentia versatus est in foro (*nisi ad II*). Att. 7, 3, 3 (*antea tractat alias partes epistulae*) -m quod putas utilius esse ... me esse cum imperio, id coram considerabimus **(***item sequitur* quod: 7, 12, 1. *al.* Decret. decur. Pis. [CIL XI 1420] 31 -m q. ad cetera sollemnia *eqs.* Sen. contr. 1, 2, 3. *al.; cf. l. 33 sqq.***)**. fam. 5, 20, 5 (*3* de Volusio quod scribis *eqs.*) -m de Lucceio est ita actum, ut *eqs.* **(***item sequitur* de: 5, 20, 6 -m de sestertiis nongentis milibus, certe ita relatum est, ut ... frater tuus referri voluit. *al.* Brvt. Cic. fam. 11, 9, 1 rogo te ad hominem ventosissimum, Lepidum, mittas ne bellum nobis redintegrare possit ...; -m de Pollione Asinio puto te perspicere, quid facturus sit. Bell. Hisp. 7, 5. *al.***)**. Sall. Iug. 82, 2 interim Roma per litteras certior fit provinciam Numidiam Mario datam; -m consulem factum ante acceperat. Ov. met. 9, 23 (*Achelous ad Deianirae patrem*) tantum ne noceat, quod me nec regia Iuno odit et omnis abest iussorum poena laborum; -m quo te iactas, Alcmena nate, creatum, Iuppiter aut falsus pater est, aut crimine verus. Vell. 2, 8, 2 -m censura Metellorum patruelium, non germanorum, fratrum fuit. 2, 9, 2 *L. Crassi et M. Antonii oratorum* ingeniis ... successere C. Caesar Strabo, P. Sulpicius; -m Q. Mucius iuris scientia quam proprie eloquentiae nomine celebrior fuit. Val. Max. 7, 3, 5 (*post exempla vafre dictorum*) -m M. Antonio remittendum convicium est, qui *eqs.* Cvrt. 4, 14, 22 restituite mihi ... parentem, liberos: -m coniugem in illo carcere amisi. Lvcan. 10, 358 nubit soror inpia fratri; -m Latio iam nupta duci est. *al.* ② *obviam itur argumento, quod obstare prius dictis videtur, aut criminationi cuidam (saepe per anticipationem, aliter e. g. l. 34 sqq.):* *sequitur* quod (*pron. relat. a coniunctione non distinximus; cf. l. 11 sqq.*): Ter. Ad. 15 -m q. isti dicunt malevoli, homines nobilis hunc adiutare *eqs.* **(**[Don. *ad l.* 1 '-m' incipiendi vim habet modo; *affert* Plavt. Mil. 5]. *item respondetur criminationi obiectae*: Cic. Cael. 5 -m q. est obiectum municipibus esse adulescentem non probatum suis *eqs.* 17 -m q. aes alienum obiectum est ..., videte quam pauca respondeam. fam. 3, 8, 2 -m q. ad legatos attinet *eqs.* [*cf. e. g.* Liv. 6, 15, 12 -m q. ad thesauros Gallicos attinet *eqs.*]. *al.***)**. Cic. Verr. II 2, 15 (*antea: tota Sicilia de Verre queritur*) -m q. fortasse non nemo vestrum audierit, istum a Syracusanis publice laudari, id ... vobis alio loco, ut se tota res habeat, ... demonstrabitur. off. 1, 118 ante implicatur *homo* aliquo certo genere ... vivendi, quam potuit, quod optimum esset, iudicare; -m q. Herculem Prodicus dicit ... *virtutem ratione elegisse,* hoc Herculi ... potuit fortasse contingere, nobis non item. Att. 1, 19, 9 *senatus consultum est* nullius nostrum auctoritate factum; -m q. me esse ad scribendum vides, ex ipso senatus consulto intellegere potes aliam rem tum relatam, hoc autem ... additum. *al.* Varro rust. 3, 2, 6 -m q. extra urbem est aedificium, nihilo magis ideo est villa, quam *eqs.* Ov. epist. 17, 43 -m mea q. *eqs.* Sen. suas. 6, 12 rogabit; -m q. ad servitutem pertinet, non recusabit. *al.* *cetera exempla* (*selecta*): Cic. inv. 1, 8 -m Hermagoras quidem ... *non* quid dicat attendere ... videtur, qui oratoris materiam in causam et in quaestionem dividat *eqs.* (*cf. e. g.* leg. agr. 2, 78 -m agrum quidem Campanum *eqs.* off. 3, 106 -m illud quidem *eqs.*). Arch. 23 -m si quis ... putat *eqs.* Lael. 7 qualem *sapientem* in reliqua Graecia neminem – -m qui septem appellantur, eos ... *periti* in numero sapientium non habent –, Athenis unum accepimus. off. 1, 46 colendum ... esse ita quemque maxime, ut quisque maxime virtutibus his lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, ... iustitia; -m fortis animus ... in homine non perfecto ... ferventior plerumque est. Pomp. Cic. Att. 8, 12^b, 1 -m illa causa, quam mihi Vibullius scribit, levis est *eqs.* Cass. Cic. fam. 11, 2, 3 -m illud valde leve est ac nugatorium. Lvcr. 3, 674 si inmortalis natura animai constat ..., cur super ante actam aetatem meminisse nequimus ...? -m, si tanto operest animi mutata potestas, omnis ut actarum exciderit retinentia rerum, non ... id ab leto iam longius errat. Caes. Gall. 7, 66, 6 si *pedites* ... suae saluti consulant, ... dignitate spoliatum iri; -m de equitibus hostium, quin nemo eorum progredi modo extra agmen audeat, ne ipsos quidem debere dubitare. Verg. Aen. 2, 189 Calchas attollere molem *equi* ... iussit, ne recipi portis ... posset, neu populum antiqua sub religione tueri; -m, si vestra manus violasset dona Minervae, tum magnum exitium *Troiae* ... futurum. Vell. 1, 18, 3 urbes *graecae praeter Athenas* ... studiorum fuere steriles, nisi Thebas unum os Pindari inluminaret; -m Alcmana Lacones falso sibi vindicant. Plin. nat. 6, 160 arma solus in *Arabiam* ... adhuc intulit Aelius Gallus ...; -m C. Caesar ... prospexit tantum *eam*. *al.*

*[N. H.]*

**B** *usu deflexo, enuntiata inducta per pron. vel adv. praeparantur* (*addere possis p. 9, 16. 18, 10 et ex var. l. dub.* Hist. Avg. Gord. 28, 6; *aliter nobis vid.* Cic. Verr. II 4, 58): Liv. 23, 7, 3 haec pacta; illa insuper ... facinora Campani ediderunt: -m praefectos socium *occiderunt* (Manil. 3, 485 illa etiam poterit nascens via ducere ad astrum, quod quandoque vadis emissum redditur orbi: -m, quota sit lucis ... hora, aspicies *eqs.*). Svet. Cal. 60 condicionem temporum illorum etiam per haec aestimare quivis possit: -m neque caede vulgata statim creditum *eqs.* (Firm. err. 14, 2 hac eum *diabolum* responsione quassavit *Christus*: -m cum diceret ei diabolus: '...', respondens ei dominus dixit: '...'. Macr. Sat. 1, 17, 57 haec est ... de nece draconis ratio naturalis ...; -m terrae ... exhalatio ... instar serpentis *eqs.* Boeth. in Porph. comm. pr. 2, 3 p. 90, 11 [*obscurum*]. 2, 7 p. 97, 17). Apvl. mund. 30 p. 357 simile istuc *iussum dei* esse bellicis rebus hinc liceat arbitrari: -m cum tuba *eqs.* (*gr. paulo aliter*). Hist. Avg. Pius 3, 3 sic imperii omen accepit: -m cum sacerdos femina ... salutaret *eqs.* (Iord. Get. 81 cuius affinitas generis sic ad eam *uxorem* coniuncta est: -m ... Hermanaricus ... genuit Hunimundum *eqs.*). Paris 1, 8, 6 quod, *sc. Martem apparuisse,* eo fuit manifestius: -m cum cos. inter honorandos milites vallarem coronam proponeret, nemo fuit qui eam sibi vindicaret.

**II** *inducitur novum argumentum* (*cf. e. g.* Don. *p. 22, 36 et* Schol. Ter. Bemb. Haut. 16 -m: pro ceterum): **A** *transitur ad aliam partem argumenti maioris* (*subesse vid. usus sub IA2b illustratus; exempla selecta inde a* Scrib. Largo): Plavt. Amph. 104 (*loq. Mercurius*) *Amphitruo* gravidam Alcumenam fecit uxorem suam; -m ego vos novisse credo iam, ut sit pater meus, ... quantus ... amator siet ...; is amare occepit Alcumenam clam virum (*versum ante* -m *excidisse suspicor*). Cic. Brut. 48 (*in serie oratorum*) -m Lysiam primo profiteri solitum artem esse dicendi, deinde *eqs.* 135 laus eadem in A. Albino bene loquendi fuit; -m flamen Albinus etiam in numero est habitus disertorum. 233 -m huius aequalis ... C. Fimbria non ita diu iactare se potuit (*cf.* 239 -m eius aequalem *eqs.*). Lael. 41 *Ti. Gracchum* post mortem secuti amici ... quid in Publio Nasica effecerint, sine lacrimis non queo dicere; -m Carbonem ... propter recentem poenam Ti. Gracchi sustinuimus, de Gai Gracchi autem tribunatu quid exspectem, non libet augurari. 45 (*antea describit suas regulas amicitiae*) -m quibusdam, quos audio sapientes habitos in Graecia, placuisse opinor mirabilia quaedam ...: partim fugiendas esse nimias amicitias *eqs.* (*nisi ad p. 18, 33*). *al., raro.* Liv. 6, 38, 1 *circumacto anno* res ad novos tribunos militum dilata; -m plebis tribunos eosdem ... plebes reficiebat. Gratt. 89 (*antea agitur de usu formidinis*) -m fuit et laqueis aliquis curracibus usus. Fest. p. 270 redhostire, referre gratiam ...; -m et hostire pro aequare posuerunt. Vell. 2, 71, 3 tum Catonis filius cecidit; eadem Lucullum Hortensiumque ... fortuna abstulit; -m Varro ad ludibrium moriturus Antonii digna illo ... de exitu eius ... ominatus est. Val. Max. 2, 4, 7 (*antea agitur de institutione ludorum variorum*) -m gladiatorium munus primum Romae datum est ... Ap. Claudio Q. Fulvio consulibus. 3, 5, 4 -m Q. quidem Hortensi ... nepos *eqs.* (*cf.* 3, 6, 5 -m Papirius quidem Maso *eqs.* 5, 2, 8 -m C. quidem Mari non solum praecipuus, sed etiam praepotens gratae mentis fuit impetus. Petron. 101, 1. *al.*). *al.* Sen. dial. 5, 17, 2 (*exempla irae regum*) dabo tibi ... Alexandrum, qui Clitum carissimum ... inter epulas transfodit ...; -m Lysimachum aeque familiarem sibi leoni obiecit. Colvm. 1, 1, 10 his *rei rusticae scriptoribus non* cessere ... Dion Colophonius, Hegesias Maronites; -m quidem Diophanes Bithynius Vticensem totum Dionysium ... sex epitomis circumscripsit. *al.* Scrib. Larg. 60 (*antea describitur medicamen dentium*) Augustam constat hoc usam; -m Messalina ... hoc utitur: *eqs.* Petron. 52, 3 habeo capidem, quam reliquit patronus ⟨mihi⟩ meus, ubi Daedalus Niobam in equum Troianum includit; -m Hermerotis pugnas et Petraitis in poculis habeo, omnia ponderosa. Plin. nat. 8, 3 (*antea agitur de religione elephantorum*) -m, quod ad docilitatem attinet, regem adorant, genua submittunt. 20, 55 *medetur* ruptis cum sale et oleo *sumptum allium*; -m (item *Mayhoff*) cum adipe tumores suspectos sanat. Bass. gramm. VI 260, 32 (37) -m et hendecasyllabus *eqs. al.* *completur divisio quaedam*: Fest. p. 218 porcae appellantur rari sulci, qui ducuntur aquae derivandae gratia ...: -m crebriores sulci limi vocantur. p. 334. Pavl. Fest. p. 7 adlecti dicebantur ..., qui propter inopiam ex equestri ordine in senatorum sunt numero adsumpti; -m patres dicuntur, qui sunt patricii generis, conscripti, qui in senatu sunt scriptis adnotati. p. 227 propetrare: mandare, quid perficiatur; -m impetrare est exorare et perpetrare perficere. **B** *affertur novus aspectus sim. rei antea memoratae* (*ab usu sub IA1a illustrato differt eo tantum, quod potius ad supplendum quam ad explicandum poni vid.*): Cic. inv. 1, 32 paucitas in partitione servatur, si genera ipsa rerum ponuntur neque permixte cum partibus implicantur; -m genus est, quod plures partes amplectitur (*item sequitur definitio*: 2, 48 haec ... argumenta, quae transferri in multas causas possunt, locos communes nominamus; -m locus communis aut certae rei quandam continet amplificationem ... aut dubiae. 2, 159. *al.*). Fest. p. 190 quae *obsidionalis* corona magnae auctoritatis fuit: -m et P. Decio datae duae sunt, una ab exercitu universo, altera ab is, qui fuerunt in praesidio obsessi, et L. Sicinio Dentato. Sen. epist. 65, 4 (*affert opinionem Aristotelis*) 'tertia *causa* est forma, quae unicuique operi inponitur, tamquam statuae'; -m hanc Aristoteles 'idos' vocat. Gran. Lic. 33, 3 Scaurum ... ceperunt equo deiectum; -m hic vocatus in concilium ab is nihil indignum viro Romano ... dixit. Apvl. met. 2, 5, 5 cave tibi ... a malis artibus et facinorosis illecebris Pamphiles ...; maga primi nominis ... creditur ...; -m simul quemque conspexerit speciosae formae iuvenem, venustate eius sumitur (*nisi explicatio ad primum enunt. spectat*). Peregr. Aeth. 3, 1 susceperunt nos ... monachi ... praebentes nobis omnem humanitatem; -m et ecclesia ibi est cum presbytero (15, 3. *al., aliter l. 1; cf.* -m etiam: 5, 10). 15, 1 hic est in ducentis passibus; -m, si vis, ecce modo pedibus duco vos ibi. Comm. apol. 898 *rex* captivat ... prius Tyrum et Sidona subactas, -m inde finitimas gentes terrore fatiscunt. Pomp. gramm. V 207, 17 *in pronominibus* est figura aut simplex aut conposita, simplex quis, conposita quisquis; -m diximus in nominibus, quoniam ea nomina, quae ex duobus nominibus conposita sunt, ea parte declinantur, qua est nominativus; et invenitur nomen quod utraque parte declinatur ..., quoniam utraque parte nominativus est; haec invenimus et in pronominibus. Soran. p. 41, 19. *al.* *apud scriptores medicos affertur appellatio graeca* (*cf. l. 5*): Cael. Avr. acut. 2, 28, 148 passione ... tarda atque obtusa – -m Graeci chroniam vocant (quam *pars edd. perperam*). chron. 5, 10, 95 sonus auditur velut inclusi atque collisi humoris – -m Graeci hydatismon appellant. gyn. frg. p. 142, 24. 145, 22. Cass. Fel. 18, 4 simplici consectione (*Rose,* correctione *sim. codd.*) divisuram dabis; -m Graeci aplen dieresin vocant. 34, 5 tribus seminibus cataplasmabis – -m Graeci trispermon vocant – *eqs.* 40, 4 moles manuali mola – -m Graeci chiromylon vocant – *eqs. al.* **C** *affertur res quodam modo opposita, ita ut vim adversativam inesse cogites* (*per opposita fit explicatio supra e. g. p. 18, 33. 20, 39*): Vet. Lat. Luc. 6, 49 (Ps. Cypr. tract. 7. *al.; antea opp.* si quis audit verba mea et faciet ea) -m qui audit verba mea et non facit ea ([*cod. 3. al. et Vulg.* autem]. *gr. resp.* δέ, *ut*: I Cor. 7, 34 [Ambr. virg. 1, 5, 23. *al.; cod. 75. al. et Vulg.* autem]. II Cor. 4, 18 [Ambr. in psalm. 118 serm. 10, 7, 1] quae ... videntur temporalia sunt, -m quae non videntur aeterna [*cod. 75. al. et Vulg.* autem]. Evagr. Pont. sent. virg. 21 rec. W l. 33 murmuratricem virginem disperdit deus; -m gratificam eripit a morte [*rec. H p. 1187*$^{A}$ autem]. *al.*). Sol. 47, 1 portae Caspiae panduntur itinere manu facto longo octo milibus passuum: -m latitudo vix est plaustro permeabilis. Avson. 10, 24 (183 S.), 7 stirpis Aquitanae mater tibi; -m genitori Cossio Vasatum, municipale genus. Amm. 28, 5, 14 rex *Burgundiorum* appellatur Hendinos et ... removetur, si sub eo fortuna titubaverit belli ...; -m sacerdos apud Burgundios ... vocatur Sinistus et est perpetuus obnoxius discriminibus nullis ut reges. Ps. Ambr. ad virg. dev. 2 p. 582$^{C}$ columba dimissa ... reversa est ... in arcam; -m corvus dimissus carnem secutus est. Ps. Avg. serm. coll. Morin p. 617, 27 ille *Christus* quidem deus erat, ideo pertulit haec omnia: -m ego homo sum (*item antecedit* quidem: Vita Caes. Arel. 1, 23 oboedire q. ... regibus ..., quando iusta praecipiunt, -m despectui habere in principe Arriani dogmatis pravitatem). Comm. apol. 819 hi *Gothi* ... pascunt Christianos ..., quos magis ut fratres requirunt ...; -m luxuriosos et idola vana colentes persecuntur enim. 1018 ros ad illos *Christianos* erit; -m ceteris poena letalis. instr. 1, 26, 36 ille ... inmortalis erit; -m tu sub tartara planges. 1, 30, 12 *divites* legem datis istis *pauperibus*: -m vobis parcitis ipsis. Hippocr. aer. 22, 9 hoc patiuntur Scitharum ditiores ...; -m oportet ... non nobilioribus ... obvenire singulis (*gr.* καίτοι). Diosc. 1, 79 p. 43, 16 strovilina *resina* ... minime in se habet virtutem; -m [si]scinina similis est terebentine (*gr. 1, 71, 4* μέντοι). Caes. Arel. serm. 32, 4 forsitan aliquis putat licere hoc viris et feminis non licere ...; -m in populo christiano, quicquid feminis non licet, nec viris umquam aut licuit aut licebit. *al.*

***appendix*** *syntactica et stilistica ad caput prius*: **1** *enunt. antecedens fere affirmatio (aut negatio) est. sed hic illic occurrunt alia genera enuntiati, e. g. interrogatio, iussum, optatum, exclamatio; hoc fit imprimis, cum explicatur: causa enuntiati dicendi sim.: v. supra sub IA2aα. aliquid, quod in enunt. memoratur: e. g.* Plavt. Aul. 798 cur eiulas, quem ego avom feci, iam ut esses filiai nuptiis? -m tua gnata peperit. Men. 1082 sq. di immortales, spem insperatam date mihi, quam suspicor! -m, nisi me animus fallit, hi sunt gemini germani duo; -m ... patrem conmemorant pariter. Acc. praetext. 34 vide ne, quem tu esse hebetem deputes ..., is ... te ... regno expellat; -m id quod de sole ostentum est tibi *somnianti,* populo commutationem rerum portendit fore. *cur auditorem actionem iussam facere oporteat: v. p. 14, 75 sqq. affirmatio sim. ex interrog. rhet. intellecta: e. g.* Plavt. Asin. 612 *p. 11, 34.* Trin. 295 quin prius me ad pluris, *i. mortuos,* penetravi? -m hi mores maiorum laudant, eosdem lutitant. Ter. Hec. 301 *p. 13, 29.*

*[N. H.]*

**2** *enunt. per* -m *inductum plerumque affirmatio (aut negatio) est,* sed haud raro interrog. rhet., e. g. Plavt. Amph. 986 *p. 20, 71.* Poen. 986 *p. 13, 27 et in praeteritione p. 21, 16 sqq., raro exclamatio, e. g.* Ter. Haut. 457 *p. 13, 33.* 478 Varro Men. 119, *raro iussum aut optatum, nisi c. verbis sciendi sim., sc. ita ut id, quod sciendum dicitur, praecedentia explicet, e. g.* Plavt. Capt. 711 -m cogitato, *eqs.* (Mil. 915 *p. 16, 3; cf.* Stich. 519 -m hoc tu facito ut cogites: *eqs.*). Acc. carm. frg. 13 -m quam varia sint genera poematorum, ... nosce. Cic. Verr. II 5, 28 -m ... scitote (Cluent. 187 *p. 21, 74.* Att. 13, 14, 2 fam. 9, 15, 4. *al.*). leg. agr. 3, 11 -m attendite *eqs.* Mur. 9 -m ... noli tam esse iniustus, ut ... putes *eqs.* (*cf.* Balb. Cic. Att. 8, 15ª, 2 -m cave putes *eqs.*). fam. 4, 4, 3 -m sic fac existimes, *eqs.* Brvt. Cic. fam. 11, 20, 2 crede *eqs.* (Ivvenc. 4, 453. *cf.* Hor. sat. 2, 2, 71 credas), *ceterum c. aliis verbis, e. g.* Plavt. Bacch. 847 -m neque Bellona mi umquam neque Mars creduat, ni illum exanimalem faxo. Epid. 144 a quo trapezita peto? :: unde libet: -m, ni ... *argentum inveneris,* meam domum ne inbitas. Most. 394 quid si ... abeamus ...? :: non hoc longe ...: ⌞-m intus⌟ potate hau tantillo ... minus (⌞ ⌟ n⟨...⟩etus *vel* namentus *sim. codd.*). Cic. fam. 3, 11, 4. Sall. Catil. 52, 4 res ... monet cavere ab illis magis quam, quid in illos statuamus, consultare: -m cetera maleficia tum persequare, ubi facta sunt; hoc, nisi provideris, ne accidat, ... frustra iudicia inplores. Ov. met. 8, 55. CE 18, 4 (*Acerris; aet. Aug.*). Carm. (CIL IV 8899) 1 ni (*i.* ne) meias, ossa prec⟨antur:⟩ -m, si vis ... gratior esse, caca.

**3** *id, quod explicatur vel illustratur*: **a** *ab explicatione aliis sententiis separatum est: eiusdem locutoris*: Plavt. Mil. 145 sene sciente hoc, *i. dolum quendam,* feci; is consilium dedit: -m meus conservos est homo haud magni preti ...; ei nos ... doctis dolis glaucumam ob oculos obiciemus (*aliter intellegit* Don. *p. 14, 19*). Most. 1043 qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit; atque equidem quid id esse dicam verbum nauci, nescio; -m erus me postquam rus misit, *eqs.* (*describit sua facta audacia*). Poen. 9 silete *spectatores* ..., et qui esurientes et qui saturi venerint: qui edistis, multo fecistis sapientius, qui non edistis, saturi fite fabulis; -m cui paratumst quod edit, nostra gratia nimia est stultitia sessum impransum incedere. Ter. Andr. 51 *p. 10, 61.* Phorm. 39 *p. 13, 62.* 908 *nuntio* paratum me esse – ubi voltis, uxorem date: -m omnis posthabui mihi res. Cic. fin. 1, 43. Lael. 22 non aqua ... locis pluribus utimur quam amicitia – neque ego nunc de vulgari ..., sed de vera ... loquor ...; -m et secundas res splendidiores facit amicitia, et *eqs. al. interveniente alio locutore* (*fort. addas* Ter. *p. 29, 12*): Plavt. Capt. 229 ero ut me voles esse. :: spero. :: -m tu nunc vides pro tuo caro capite carum offerre ⟨me⟩ meum caput vilitati. Cas. 423 *p. 14, 44.* Merc. 927. 936. Mil. 685 liberum esse tete, id multo lepidiust. :: tu homo et alteri sapienter potis es consulere et tibi. :: -m bona uxor suave ductust, *sed vix invenitur.* Persa 655 (*interveniunt duo locutores, ut* Ter. Andr. 464 Phorm. 361). Pseud. 661 (*intervenit et alius et ipse, ut* Trin. 72). Trin. 585. *al.* Ter. Phorm. 269. 615 (*dub., v. p. 17, 60*). Ad. 433. 803 non aequom dicis. :: non? :: -m vetus verbum hoc quidemst, communia esse amicorum inter se omnia. **b** *ab alio dictum est* (*fort. addas, quae p. 31, 10 sqq. attulimus, et* Plavt. Trin. 747): Plavt. Men. 537 ubi illae armillae sunt, quas una dedi? :: numquam dedisti. :: -m pol hoc unum dedi. Ter. Eun. 487 apparet servom hunc esse domini pauperis ... :: -m hercle nemo posset ..., qui haberet qui pararet alium, hunc perpeti. Ad. 190 leno sum, fateor ...; tamen tibi a me nulla est orta iniuria. :: -m hercle etiam hoc restat (*nisi ad p. 31, 10*). 353. Rhet. Her. 4, 3, 5 (*respondetur locutori ficto, ut e. g.* Sen. dial. 3, 20, 3 Tac. ann. 14, 44, 4). Cic. de orat. 1, 101 (namque *var. l.*).

**4** *explicatio sim. saepe longior contextus est (imprimis sub IA1aα); hic illic enunt. quoddam praeparativum inter* -m *et explicationem intercedit, e. g.* Plavt. Curc. 126 (124; *loq. anus*) Venus, de paulo paululum hoc tibi dabo haud lubenter: -m tibi amantes propitiantes vinum dant potantes omnes, mihi haud saepe evenunt tales hereditates. Ter. Hec. 276 *p. 18, 29.* Ad. 86 *adulescens non* legem putat tenere se ullam; -m illa, quae antehac facta sunt, omitto: modo quid dissignavit? Cic. Att. 2, 1, 8 -m Catonem nostrum non tu amas plus quam ego; sed tamen *eqs.* Cael. Cic. fam. 8, 5, 1. Sall. Catil. 52, 4 *l. 19.* Hor. carm. 3, 23, 9 si ture placaris ... Lares, ... *non* sentiet Africum fecunda vitis ...; -m quae nivali pascitur Algido ... victima pontificum securis cervice tinget: te nihil attinet *eqs.*

**5** -m *iteratum*: **a** *sententias inducit*: **α** *quae eandem sententiam illustrant*: Plavt. Mil. 378 sq. (*v. p. 15, 68*). 600 sqq. (*sed* 602 sq. *del. pars edd.*). Pseud. 576 sqq. Petron. 102, 6 sq. Filastr. 109, 7 sq. **β** *quae seriatim explicant*: Plavt. Amph. 34 sq. iustam rem ... oratam a vobis volo: -m iusta ab iustis iustus sum orator datus; -m iniusta ab iustis impetrari non decet, iusta autem ab iniustis petere insipientia est. Asin. 134 sq. Men. 1082 sq. (*v. p. 24, 68*). Pseud. 791 sq. (*v. p. 16, 10 et p. 18, 21*). *et saepe.* Enn. sat. 59 sqq. Ter. Haut. 1020 sq. Met. Nvm. or. frg. Gell. 7, 11, 3 (*v. p. 14, 63 et p. 16, 53*). Rhet. Her. 2, 23, 36. 3, 22, 37 (*v. p. 13, 46; prior sententia contextum minorem, altera maiorem explicat, ut e. g.* Cic. Att. 1, 16, 8 sq. Clodium praesentem fregi ... altercatione eius modi – ex qua licet pauca degustes: -m cetera non possunt habere eandem ... vim ... –; -m ut ... in senatum convenimus *eqs.*). Nigid. Gell. 19, 14, 7. Cic. Arch. 4 -m ut primum ... Archias ... se ad scribendi studium contulit, primum Antiochiae – -m ibi natus est loco nobili –, ... antecellere omnibus ingeni gloria contigit. p. red. in sen. 36 Att. 4, 6, 1 fam. 4, 4, 3. *al.* (*haud saepe*).

**b** *in eadem sententia duas partes explicationis inducit*: Verg. ecl. 10, 11 *p. 19, 34* (*locum inter exempla adiectionis affert* Qvint. inst. 9, 3, 18 potest ... deesse alterum -m).

**6** *vocabula iuxtaposita*: **a** *digesta sec. partes orationis* (*notabiliora tantum*): **α** *varia; quaedam persaepe post* -m *ponuntur* (*qua in re differt ab* enim [*v. Langslow, Mnemosyne 53, 2000, 554 sqq.*] *et a* namque [*v. Schrickx, ibid. 62, 2009, 263 sqq.*]): *coniunctio correlativa, e. g.* Plavt. Cist. 688 -m et intus paveo et foris formido (Mil. 134 *p. 10, 33. et saepe*). Men. 106 -m neque edo neque emo, nisi quod est carissimum (Mil. 430. *et saepe*). Stich. 130 -m aut ... aut (Ter. Eun. 219. *al.*). Cic. inv. 1, 57 -m partim ... partim (Mur. 51. *al.*). *particula, quae vim sequentium acuit (vel vox, cui particula asseverativa adiuncta est), e. g.* et *p. 18, 10. 20, 36. al.,* quidem, *sc. vocem post* -m *positam insequens* (*aliter l. 32*) Plavt. Amph. 777. 986 *p. 20, 71 et e. g. p. 21, 74. 22, 53. 23, 46. coniunctio vel pron., quod enunt. secund. inducit, e. g.* Liv. Andr. trag. 2 -m ut ... praeda ... partita est (Plavt. Amph. 602. *et saepe*). Plavt. Amph. 454 -m si *eqs.* ([*v. p. 9, 52*]. Asin. 196. *et saepe*). Asin. 8 -m quod *eqs.* (*al., v. e. g. p. 22, 11. 33*). *adv., quod ad enunt. potius quam ad verbum pertinet, e. g.* Plavt. Mil. 379 -m certe *eqs.* ([*v. p. 15, 69*]. Cic. Att. 8, 12, 2. *al.*). Enn. scaen. 188 -m saepe *eqs.* ([*v. p. 15, 75*]. Ter. Hec. 308 Rhet. Her. 1, 9, 16. *al.*).

**β** *quae vim vocis* -m *acuere vel mutare videntur*: Ⓘ *particula affirmativa*: ecastor: Plavt. Aul. 279 Cas. 980 Men. 372 Truc. 176. 239. equidem: Plavt. Capt. 394 ⟨e⟩quidem. Men. 959 Mil. 629 Pseud. 620 Rud. 493. *al.* Apvl. apol. 56, 10. 59, 2. quidem: Plavt. Rud. 1302 (*sunt qui versum deleant; ceterum dub. trad. vel loco corrupto* Qvint. inst. 11, 3, 27 Fronto p. 192, 17 Apvl. flor. 12, 7). Orat. imp. Claud. (Chart. lat. ant. X 418) 2, 11. Colvm. 1, 1, 10 *p. 23, 52.* 7, 9, 8 Apvl. apol. 7, 7. 33, 3 Socr. 8 p. 138. hercle (*cf. p. 31, 10 sqq.*): Plavt. Capt. 464 Cist. 648. 662 Mil. 701 Persa 836 Pseud. 1248 Trin. 747 Ter. Hec. 624 Eun. 487 Phorm. 615 Ad. 190. 353. mehercule (*cf. p. 31, 22*): Vatin. Cic. fam. 5, 10ª, 1. pol (*cf. p. 31, 16*): Plavt. Bacch. 394 -m pol quidem. Cas. 187. Men. 537 *p. 25, 49.* Stich. 50 (*fort. interpol.*). Trin. 801. 827 Ter. Andr. 808. profecto: Plavt. Men. 647 Cic. leg. agr. 2, 3 Catil. 3, 19 Planc. 87 Att. 4, 17, 4 fam. 3, 9, 3 Sall. Catil. 51, 18 Avr. Fronto p. 60, 25 Zeno 1, 4, 1. Ⓘⓘ *invocatio deorum sim.* (pol *sim. inter particulas affirmativas supra attulimus*): Plavt. Amph. 1074 -m pro Iuppiter *eqs.* (*cf.* Ter. Haut. 61 *p. 16, 50.* Lvcr. 2, 1093 -m pro sancta deum ... pectora *eqs. al.*). Cic. Quinct. 83 -m per deos immortales *eqs.* (S. Rosc. 34 Verr. II 2, 43. *al.; cf.* Ps. Cic. epist. ad Oct. 2 -m per deum immortalium fidem *eqs.* Ps. Qvint. decl. 12, 21 -m per fidem *eqs.*). Ⓘⓘⓘ *particula additiva sim.* (*ita ut explicatio quodam modo supervacanea vid.*): -m quoque: Colvm. 1, 6, 24 (*dub. est* Qvint. decl. 260, 23 tot hos quos obicitis – -m ⌞q. turbam⌟ ... esse dixistis – *eqs.* [⌞ ⌟ t. q. *var. l., corruptum suspic. Winterbottom*]). -m et (*aliter l. 15. 20; quae attulimus vol. V 2, 911, 63 sqq., pleraque non huc pertinere vid.; fort. addas* Cic. Att. 2, 19, 3. Tac. ann. 14, 14, 3 [*locum secl. Fuchs*]): Apvl. met. 9, 27, 5 communi dividundo formula dimicabo ...; -m et ipse semper cum mea coniuge tam concorditer vixi, ut *eqs.* 10, 16, 5. 10, 23, 5. *al.* Vet. Lat. II par. 24, 7 (cod. 109) detraxerunt domum domini; ⌞-m et⌟ sancta domus domini fecerunt Baalim (⌞ ⌟ *Vulg.* et; *gr.* καὶ γάρ, *ut e. g.* Matth. 26, 73 [cod. 10. *al. et* Vvlg.] vere et tu ex illis es; -m et loquella tua manifestum te facit [*cod. 13* etenim]. I Thess. 4, 10 [cod. 75. *al.; Vulg.* etenim]). Filastr. 80, 8. *al.* -m denique: Fvlg. Virg. cont. p. 93, 11. Maximin. c. Ambr. fol. 310ᵛ, 38 -m d. nisi sic a nobis geratur, invenimur firmare eorum sententiam. Aug. coll. c. Maximin. 5 l. 7 Conc.ˢ II 4 p. 146, 25. 39. *al.*

**b** *digesta sec. genera primarum litterarum (cf. infra p. 37, 56 et v. Schrickx, Mnemosyne 62, 2009, 254 sqq.): sequitur saepe consonans apud quoslibet auctores, vocalis aut* h *in orat. soluta saepe, apud poetas saepe usque ad* Afran. (*c. synaloepha e. g.* Plavt. Amph. 35 Capt. 573 Persa 836 Ter. Hec. 94 Ad. 654, *c. hiatu e. g.* Plavt. Capt. 478 Trin. 25 Ter. Ad. 143), *postea raro, sc. c. synaloepha* Catvll. 13, 11. 21, 7 Verg. Aen. 1, 308 Hor. sat. 1, 1, 33. 1, 3, 120. *al.* Phaedr. 3, 6, 9 Pers. 5, 159. *al., c. hiatu* Pers. 2, 13 Svlp. Apoll. perioch. Ter. Andr. 4. Pavl. Nol. carm. 19, 364 nām hoc ([-m nos *coni.*]. *item* Mar. Victor. aleth. 1, 174).

**7** -m *inducit parenthesin persaepe, e. g.* Plavt. Amph. 11 *p. 20, 68.* Mil. 1179. Acc. trag. 283 *p. 14, 61.* Rhet. Her. 3, 11, 19; *v. imprimis p. 12, 44. 66. inducitur parenthesis re explicandā non satis monstratā*:

[*N. H.*]

Plavt. Men. 312 si me consulas, nummum illum ... – -m tu quidem hercle certo non sanu's satis ... – iubeas ... porculum (*i. hostiam*) adferri tibi. Cic. Mur. 59 *p. 17, 26.* Phil. 11, 20 fam. 1, 9, 23. *al.* Sall. Catil. 47, 4 Verg. ecl. 6, 18 georg. 1, 36. 3, 154 Ciris 55. Hor. sat. 1, 1, 33 *p. 18, 3.* Tib. 2, 5, 113. *al.*

**8** *de positione* (*cf. p. 38, 9*): **a** *ponitur in enunt.* (*cf.* Prob. inst. gramm. IV 144, 28 sq. putant quidam -m coniunctionem praeponi tantum modo oportere; qui si sonos sentiant, intellegent -m coniunctionem et subiunctam pondus posse soni sustinere [*affert p. 19, 8*]. *sim.* 144, 34): **α** *primo loco: passim.* **β** *secundo loco* (*falso tradi vid.* Plavt. Mil. 1379 Enn. ann. 101. Acc. trag. 643 [enim *vel* iam *Ribbeck; initium sent. Bücheler*]. Liv. 33, 16, 6; *e coni. dub.* Aedit. epigr. 2, 3 Prop. 4, 8, 23; *in var. l. dub.* Val. Max. 2, 9, 2): *in versibus*: Catvll. 23, 7 bene -m valetis. 37, 11. 64, 301 Verg. georg. 4, 16 Aen. 1, 444. 518. *al.* Ciris 221. 458 Hor. epod. 17, 45 sat. 2, 3, 20 carm. 4, 14, 9. *al.* Lygd. 4, 43 Ov. epist. 19, 151 ars 1, 702. *al.* (*saepe apud* Val. Fl.). *in orat. soluta*: Char. gramm. p. 241, 22. Vita Anton. 51 p. 60, 27 (*Migne gr. 26, 917*$^{A}$ *καὶ γάρ*). Serv. auct. Aen. 3, 148 Schol. Iuv. 4, 114. 4, 126, 3. 7, 118, 5. Mart. Cap. 4, 387 (namque *var. l.*). *al. in* Schol. Iuv. **γ** *tertio loco: in versibus*: Verg. ecl. 9, 39 quis est -m *eqs.* Aen. 9, 803 aeriam caelo -m Iuppiter Irim demisit. 12, 206. Hor. epod. 14, 6 deus, deus -m me vetat *eqs.* carm. 1, 18, 3 siccis omnia -m dura deus proposuit. Ov. met. 9, 669 fast. 6, 676. Pont. 2, 1, 53 a te -m *eqs.* (*item post praepos.* Ivv. 11, 21). Sen. Phaedr. 807. Val. Fl. 3, 564 (iam *var. l.*). 8, 139 (iam *Heinsius et pars edd.*). Sil. 5, 417 Stat. Theb. 5, 34 Avien. Arat. 838 Avson. 10, 9 (168 S.), 10 Carm. de resurr. 376. *al.* (*raro*). *in orat. soluta*: Schol. Iuv. 4, 56, 3 per autumnum -m (*item post praepos.* 14, 5, 1). 12, 95, 2 mirum est -m. **δ** *quarto loco: in versibus*: Eleg. in Maecen. 1, 11 foedus erat nobis -m propter Caesaris arma. Val. Fl. 2, 278 facit ipse verendam -m deus. 4, 709 Mart. 3, 100, 3 Anth. 646, 18 Ivvenc. 4, 56. CE 649, 3 (*Curibus Sabinis; a. 359*). Avien. Arat. 691 haec *Sagitta* arcu tereti caret: inscia nervi, inscia -m domini est. Prvd. perist. 14, 89 (*post praepos., ut* CE 1440, 8 [*christ.*]). *al.* (*raro*). *in orat. soluta*: Ven. Fort. vita Germ. 76 etiam die beati sui transitu ita praedixit, ut subdimus: ante aliquos dies -m vocans ad se notarium *eqs.* (*nisi interpunctione post* subdimus *sublata post* dies *interpungas, ut cod. unus*). **ε** *quinto loco*: Mart. Cap. 9, 916 (vers.). Drac. laud. dei 1, 753. CE 1369, 9 (*e Gallia Narb.; saec. VI?*). Ven. Fort. carm. 6, 10, 29.

**b** *in versu ponitur: saepe primo loco, raro in ultimo pede, sc.* Hor. sat. 1, 2, 96 (*in priore syllaba pedis, ut* epist. 1, 2, 37. *al.* Ov. met. 9, 790 Calp. ecl. 2, 99 Sil. 13, 655. *al.*). 1, 2, 107 (*in ipso fine versus, ut* 2, 7, 78 Ivv. 11, 21).

**9** *de modis orationis*: **a** *explicatur, excipitur orat. rectā id, quod orat. obliquā dictum est: inducendo verba eius, de quo narratur*: Ter. Phorm. 911 *p. 15, 21.* Cic. ac. 2, 47 fam. 7, 6, 1. Nep. Ages. 5, 4 *p. 14, 73.* Ov. met. 9, 403 *Hebe* cum iurare pararet dona tributuram post hunc se talia nulli, non est passa Themis; '-m iam discordia Thebae bella movent' dixit *eqs.* Sen. nat. 5, 2. 7, 1, 7 Petron. 53, 13. 92, 6. *al.* *verbis ipsius narratoris*: Cic. Quinct. 16 *p. 12, 33.* Verr. II 1, 157 *p. 16, 25.* fin. 1, 66 amicitiam negant posse a voluptate discedere; -m ... ratio ipsa monet amicitias comparare. fam. 4, 3, 1 monuisti *senatores* ..., ut ... scirent ... *victorem civilis belli* intolerabiliorem futurum; -m quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant *homines.* Caes. Gall. 2, 16, 3. 2, 30, 4 quibus viribus praesertim homines tantulae staturae – -m ... Gallis ... brevitas nostra contemptui est – ... turrim in muro sese conlocare confiderent? Cass. Parm. *p. 16, 68.* Sall. Iug. 77, 2. *al.*

**b** *explicatur orat. obliquā id, quod orat. obliquā dictum est* (*huc fort.* Asell. hist. 5; *antecedit verbum dicendi sim. passim, putandi sim. l. 65. 67 et e. g.* Liv. 37, 4, 9): **α** *exempla varia* (*selecta inde ab* Alf.); *antecedit: (acc. c.) inf.*: Plavt. Asin. 443 aibat reddere *pecuniam postea* ...; -m retineri, ut quod sit sibi operis locatum efficeret. Cic. inv. 2, 128 Caecin. 80 Brut. 48. Lael. 33 *p. 11, 24.* Att. 15, 5, 3 scriptum erat veteranos eos, qui reiciantur – -m partem esse dimissam – *eqs. al.* Caes. Gall. 7, 29, 6. 7, 66, 6 Bell. Alex. 70, 6 Hisp. 16, 4 Sall. Iug. 11, 5 sq. 76, 1 quam *proditionem* vitare posse celeritate putabat; -m talia consilia per otium ... capi. *al.* Alf. dig. 9, 2, 52, 2 Nep. Them. 7, 5 Liv. 1, 53, 7. 42, 29, 3 rex statuerat ... eventum expectare: -m neque Romanos posse aequum censere *eqs.* Lavd. Turiae 1, 23. *al.* *enunt. secund.*: Plavt. Pseud. 899 *p. 15, 13.* Cic. inv. 2, 34 hortandi iudices erunt, ut veterem famam hominis nihil ad rem putent pertinere: -m eum ante celasse, nunc manifesto teneri (*nisi ad l. 60 sqq.*). Bell. Alex. 58, 4 conventus *oppidanorum* ... deprecatur ..., ne hostili adventu Cordubam diriperent; -m se contra Cassium consentire cum omnibus. 70, 3 Hisp. 3, 7. Nep. Alc. 4, 6 adversus ... inimicos suos bellum gessit, quod eidem hostes essent civitati: -m ... *se* ex ea eiecisse. Dion 2, 4 ab iis *medicis* petiit, si forte *rex* maiori esset periculo, ut sibi faterentur: -m velle se cum eo colloqui de partiendo regno. Verg. Aen. 2, 189 *p. 22, 71.* Liv. 2, 4, 4 evincunt ..., ut litterae sibi ad Tarquinios darentur: -m aliter qui credituros eos non vana ab legatis super rebus tantis adferri? *al.* **β** *repetitur verbum dicendi*: Cic. rep. 2, 2 (*antea*: dicere solebat ob hanc causam praestare *Romam eqs.*) -m neque ullum ingenium tantum extitisse dicebat *eqs.*

**c** *explicatur orat. obliquā id, quod orat. rectā, sc. actionem loquendi sim. (opinandi l. 9. 16) indicante, dictum est*: Sall. Iug. 85, 2 mihi contra ea videtur; -m quo pluris est univorsa res publica quam ... praetura, eo maiore cura illam administrari quam haec peti debere. Verg. Aen. 1, 444 effodere loco signum, quod regia Iuno monstrarat, caput acris equi; sic -m fore bello egregiam ... gentem. Ov. met. 13, 552 *Hecabe* conloquium ... petit; -m se monstrare ... velle latens ... aurum. Liv. 8, 23, 15 eam rem tribuni suspectam ... criminando fecerunt: -m neque facile fuisse id vitium nosci *eqs.* 21, 1, 5 angebant ... virum Sicilia Sardiniaque amissae: -m et Siciliam nimis celeri desperatione rerum concessam et *eqs.* 24, 29, 7. *al.*

**10** -m *enunt. primaria nectere non videtur*: **a** *fere ubi partem tantum enuntiati inducere videtur, potius est enunt. primar. per ellipsin supplendum* (*exempla selecta; falso tradi suspicio est* Plavt. Most. 410 homini, cui nulla ... est audacia, ⌊-m cuivis homini, vel optumo vel pessumo⌋, ... facile est facere nequiter [⌊ ⌋ *del. Ritschl et pars edd.*]): Varro ling. 5, 155 *p. 11, 15.* 5, 166 -m *στέγαστρον, sc. est.* Plin. nat. 11, 220 arteriae carent sensu, -m et sanguine. Tert. apol. 19, 3 *Moyses* quadringentis paene annis – -m et septem minus – Danaum ... praevenit. *audacius*: Expos. mundi 63 ut non ... solam totam historiam praetermittere videar, -m et insulas *eqs.*

**b** *accedit alia coniunctio*: **α** *enunt. primarii* (*non huc pertinere vid.* tamen Cic. Verr. II 2, 55; *cf.* Qvint. inst. 1, 5, 38 *fit barbarismus* adiectione, '-m enim'): Comm. apol. 819 enim ([*v. p. 24, 50*]. Cassiod. hist. 7, 16, 17 -m tunc e. [*gr. Theodoret. 4, 15, 11 τότε δέ*]). Schol. Iuv. 13, 162 tamquam si in Alpibus gutturosos homines admireris, ubi sunt tales plurimi: sed -m lata et inflata colla habent. Gild. Brit. chron. III p. 85, 19 multum⌊que -m⌋ ... frequentia peccatorum inebriati ... paenitentiae tabulam ... exquirite (⌊ ⌋ namque *ed. princ.*). Ps. Max. Tavr. serm. app. 12 p. 868$^{B}$ et -m *eqs.* (*fort. aevi recentioris*). **β** *enunt. secundarii*: Prvd. c. Symm. 1, 53 (*loq. Saturnus*) adpositas ... meo sub honore sacrantes – sum quia -m caelo genitus – celebrabitis aras. CE 525, 10 (*ex Africa; inscr. pag.*) hos versus tibi ... devovi, munera quos misi tuo -m tumuloque dicavi. Inscr. Aquil. Brusin 3144 (*christ.*) parentis dol[i]entis contra votum fecet (*i.* fecerunt) et a(v)ia, quando na(m) recesserit, un⟨a⟩ connept(e) sua (*sc. ponetur*).

**CAPVT ALTERVM:** *adhibetur ad enuntiatum quodam modo acuendum* (*incertum est, num huc pertineant etiam loci non sub I vel II afferendi; inter locos supra allatos v. imprimis p. 17, 50*): **I** *in enunt. interrogativis* (*usum mox in Mnemosyne tractabo; fere adhibetur, cum is, qui interrogat, responsum sufficiens vix exspectat, saepe in quaestionibus e re quadam nova ortis; in exclamatione potius quam interrog. editur* Cic. Sest. 53 quaenam illa ... monstra ... vidistis! Paneg. 5, 7, 6 quisnam ille ... inluxit dies!): **A** *exempla digesta sec. relationem, quae cum vocibus interrog. exsistit* (*sine voce interrog. trad.* Plavt. Persa 379 scis -m tibi quae praecepi? [iam *Seyffert et pars edd., recte, ut vid.*]): **1** *in interrog. recta*: **a** -m *voci interrog. subiungitur, ita ut saepe una vox videatur* (*plura v. sub vocibus singulis*): quia: Naev. carm. frg. 15 summe deum regnator, quianam genus ⟨od⟩isti? 62. Enn. ann. 127 quianam legiones caedimus ferro? *al.* num: Plavt. frg. inc. 10 numnam mihi oculi caecultant? estne hic noster Hermio? *al.* Ter. Haut. 517. *al.* Varro Men. 7 Epigr. Bob. 54, 5. numquis: Plavt. Asin. 830 numquidnam tibi molestumst, gnate mi, si haec *a te amata* nunc mecum accubat? *al.* Caecil. com. 19 (20) num quid -m fores fecere soniti? (-m quid -m *codd.*). Ter. Hec. 267. *al.* quis, qui: Plavt. Amph. 357 faciam ego hodie te superbum, nisi hinc abis. :: quonam modo? :: auferere ..., si ego fustem sumpsero (Ter. Hec. 325. *al.*). Bacch. 190 (191) qui scire possum? :: nullus plus. :: quemnam ad modum? Mil. 360 credo ... tibi esse pereundum ..., patibulum quom habebis. :: quamnam ob rem? *et saepe.* Enn. scaen. 348 quemnam te esse dicam? *al.* quid (*i. cur*): Plavt. Most. 541 (*secum loq. viso ero*) sed quidnam hic sese tam cito recipit domum? *al.* Ter. Andr. 234. *al.* ecquis: Plavt. Bacch. 206 ecquidnam meminit Mnesilochi? *al., v. vol. V 2, 52, 26 sqq.* quoius (*e coni. dub. p. 30, 9*): Plavt. *p. 30, 1 sq.* ubi: Plavt. Bacch. 246 salve; sed ubinamst Mnesilochus? *al.* Ter. Andr. 965. *al.* Bibac. carm. frg. 3 Orbilius ubi -m est, litterarum oblivio? *al.* quo: Plavt. Trin. 1078 quo tu te agis? :: quonam nisi domum? Pacvv. trag. 134. *al.* quorsum: Ter. Andr. 361. *?* qua: Cic. Att. 8, 3, 5 eam *fugam Pompei* si nunc sequor, quanam? (*Frederking,* quoniam *vel* quonam *codd.*). quomodo (*cf. l. 62*):

[N. H.]

Cic. ad Q. fr. 2, 16, 5 (quonam m. *coni.*). utrum: Avg. conf. 4, 14, 21.

**b** *cetera exempla; -m ponitur*: **α** *primo loco* (*post exclamationem l. 10*): quis, qui (*e coni. dub.* Manil. 5, 640 [quamvis *trad.*, -m quis *Housman et edd. multi*]): Plavt. Amph. 552 scelestissimum te arbitror. :: -m quam ob rem? (*cf. p. 28, 65*). Curc. 395 catapulta hoc ictum est mihi ... :: -m quid id refert mea, an aula quassa cum cinere ecfossus siet? Epid. 116 si hercle haberem *aurum,* ⟨pollicerer⟩. :: -m quid te igitur retulit beneficum esse oratione, si ad rem auxilium emortuom est? Merc. 411 *si uxor habeat ancillam formosam, homines* mihi ... obiectent lenocinium facere; -m quid eost opus? Most. 191 pro Iuppiter, -m quod malum versatur meae domi illud? *al.* Ter. Andr. 612 *p. 30, 71.* Phorm. 200 quid agam? ... -m quod ego huic nunc subito exitio remedium inveniam? (*nisi ad caput prius; cf.* Don. *ad l.* 1 '-m' aut subiunctiva coniunctio est superiori dicto ... aut ἀναστροφή est '-m quod' pro 'quodnam'). 732 -m quae haec anus est? (Schol. Bemb. pro quaenam). Verg. georg. 4, 445 -m quis te, iuvenum confidentissime, nostras iussit adire domos? (*locum affert* Qvint. inst. 9, 3, 15 *ad vetustatem illustrandam; explicant* Serv. id est 'quis -m': hodie enim '-m' particula postponitur, antea praeponebatur. Schol. Veron. poetica usurpatio, ut reversione syllabarum loquendi difficultas et perturbatio animi ... notetur. Schol. Bern. pro 'quis -m': admirative dicit). Fronto p. 58, 18. cur: Plavt. Amph. 581 -m quor istoc dicis? Aul. 42. quid (*i. cur; perperam* Gloss. -m q.: q. aliud): Plavt. Amph. 660 *p. 30, 15.* Cas. 630. Most. 368 quid ego ⌊ago? :: -m q.⌋ tu, malum, me rogitas, quid agas? accubas (num *trad.*; ⌊ ⌋ ago -m? :: q. *pars edd.*). 642 Stich. 38. *al.* Ter. Eun. 897. qui (*i. quomodo*): Plavt. Epid. 132 perdidisti omnem operam. :: -m qui perdidi? quo: Plavt. Asin. 42 excrea! ... age ... usque ex penitis faucibus! etiam amplius. :: -m quo usque? Curc. 12 -m quo te dicam ego ire? unde: Plavt. Cist. 668 *p. 30, 61.* Rud. 687 bonum animum habete. :: -m, opsecro, u. iste animus mi invenitur? **β** *alio loco*: qui, quid: Plavt. Amph. 592 miseria est servo bono, ... *si mendax putatur.* :: quo id, malum, pacto potest -m – mecum argumentis puta – fieri, nunc uti tu et hic sis et domi? Aul. 136 da mi, optuma femina, manum. :: ubi ea est? quis ea est -m optuma? :: tu. 427. Bacch. 1114 quid tibi ex filio -m, opsecro, aegrest? 1121 quid hoc est negoti -m, amabo? quis has huc ovis adegit? (*ante -m interpungunt codd. et pars edd.*). Capt. 799 quae illaec eminatiost -m? Merc. 967 quid negotist -m, quaeso, istuc? Most. 258 cedo cerussam. :: quid cerussa opust -m? Truc. 938 quid isti debes? :: tria. :: quae tria -m? :: unguenta, noctem, savium. Ter. Eun. 656 quod istuc -m monstrum fuit? num: Plavt. Mil. 924 num ille te -m novit? :: numquam vidit. Truc. 352 num tibi -m, amabo, ianua est mordax mea, quo intro ire metuas? 602 *p. 30, 50.* quid (*i. cur*): Plavt. Rud. 945 q. tu, malum, -m me retrahis?

**2** *in interrog. obliqua subiungitur* -m *voci interrog., sc.*: qui, quis: Plavt. Men. 762 haec res mihi ... curaest, quidnam hoc sit negoti. Ter. Eun. 923 reviso, quidnam Chaerea hic rerum gerat. Pacvv. trag. 294 sed nescio quidnam est: †animi horrescit† et gliscit gaudium. Cic. Att. 3, 14, 1 plenus sum exspectatione ..., quidnam ... velit. *al.* quo: Plavt. Merc. 857 cogito, quonam ego illum curram quaeritatum. Cic. Verr. II 2, 74. *al.* numquis: Ter. Andr. 235 opperiar, ut sciam numquidnam haec turba tristitiae adferat. Cic. Planc. 65. *al.* ecquis: Cic. Vatin. 26. ad Q. fr. 1, 4, 2 perspicis ..., ecquaenam nobis spes salutis relinquatur. *al.* qua: Liv. 5, 34, 7 *cum Galli* circumspectarent ..., quanam ... in alium orbem terrarum transirent. 21, 38, 6. *al.* utrum: Iren. 2, 2, 1 sq. Firm. math. 1, 2, 12 quaerentes, utrumnam stellas animantes an inanimantes esse dicamus. *al.*

**B** *exempla digesta sec. contextum; quaestio ponitur*: **1** *locutori, cuius verba explicationem desiderant*: Plavt. Amph. 581 pestis te tenet. :: -m quor istoc dicis? Epid. 58 perdidit me. :: quis? :: ille qui arma perdidit. :: ⌊-m quid ita?⌋ (*eadem responsio*: 349 Most. 642 Ter. Eun. 897). Men. 233 *Epidamnum venimus* fratrem quaesitum ... meum. :: -m quid modi futurum est illum quaerere? Merc. 433 quo vortisti? :: ad illum, qui emit. :: ubinamst is homo gentium? Persa 33 hoc me unum excruciat. :: quidnam id est? Poen. 859 di omnes deaeque ament – :: quemnam hominum? :: nec te nec me, Milphio. Truc. 723 da mi operam, ut narrem quae volo. :: -m quid est? num mea refert? *et saepe.* Enn. scaen. 352 nolite, hospites, ad me adire ... :: quidnam est, obsecro, quod te adiri abnutas? Ter. Andr. 321 ad te advenio ... consilium expetens. :: *non* ... consili locum habeo ...; sed istuc quidnamst? 580 ad te ibam. :: quidnamst? Haut. 272 hoc ipsa ... alterae dum narrat, forte audivi. :: quaenamst altera? Ad. 577 ibi angiportum propter est. :: quodnam? 961 iudico Syrum fieri esse aequom liberum. :: istunc liberum? quodnam ob factum? *et saepe.* Hor. sat. 2, 3, 158 (*post exempla insanorum*) quisnam igitur sanus? (*fingitur interlocutor, ut* 2, 7, 83).

**2** *perceptis iis, qui (quae) praeter exspectationem adsunt vel eveniunt* (*fere secum loquendo, aliter e. g. p. 30, 20*): **a** *homine viso auditove*: Plavt. Bacch. 979 quoia -m vox prope me sonat? (*cf.* Rud. 229 quoia -m vox mihi prope hic sonat?). Cas. 630 -m quid est, quod haec huc timida atque exanimata exsiluit? Poen. 1122 -m quem ego aspicio? Stich. 288 quidnam dicam Pinacium lascivibundum tam lubentem currere? Truc. 593 sed quisnam illic homost, ... tristis, oculis malis? *al.* Ter. Haut. 403 quis -m hic adulescens est, qui intuitur nos? Phorm. 732 -m quae haec anus est exanimata, a fratre quae egressast meo? Ad. 305 me miseram, quidnam id est, quod sic video ... properantem Getam? *al.* Lvcil. 965 quae -m vox ex †te† resonans meo gradu remoram facit? (quoianam *Marx metri causa, alii alio loco versum reparant, e. g.* ex tecto *Bergk*). Acc. trag. 86 sed quaenam haec est mulier funesta veste, tonsu lugubri? Liv. 1, 45, 6 Sabinus ... bovem ... ante aram statuit; ibi antistes ... Sabinum ita adloquitur: 'quidnam tu, hospes, paras?' inquit, 'inceste sacrificium Dianae facere?' *al.* *interrogatur post descriptionem rei novae*: Plavt. Amph. 660 meus vir hic quidem est; ... -m quid ille revortitur, qui dudum properare se aibat? 1073 Asin. 587. Capt. 789 Ergasilus estne hic, procul quem video? conlecto quidem est pallio: quidnam acturust? Poen. 976 sed quae illaec avis est, quae huc cum tunicis advenit? numnam in balineis circumductust pallio? Ter. Haut. 517 quis hic loquitur? perii. numnam haec audivit? Eun. 286 etiam nunc tu hic stas, Parmeno? eho, numnam hic relictu's custos, ne quis forte internuntius *intret*? 1030. **b** *crepitu foris audito*: Plavt. Bacch. 234 sed foris concrepuit nostra: quinam exit foras? (*item interrogatur post crepitum descriptum*: Persa 404 sed ibi concrepuit foris; quisnam egreditur foras? Ter. Haut. 174 quid crepuerunt fores hinc a me? quinam egreditur?). Merc. 699 sed ⌊hinc quinam⌋ (q. h. *codd.*) a nobis exit? aperitur foris. Caecil. com. 19 *p. 28, 60.* Ter. Haut. 561 quisnam a nobis egreditur? Ad. 264 quidnam foris crepuit? 788 quisnam a me pepulit tam graviter fores? Pacvv. trag. 133 quidnam autem hoc soniti est, quod stridunt fores? Lvcan. 5, 521 *Amyclas* 'quisnam mea naufragus' inquit 'tecta petit?' **c** *nuntiis acceptis* (*ab usu sub 1 illustrato fere differt eo, quod non ipse nuntius interrogatur*): Plavt. Amph. 321 olet homo quidam malo suo. :: (*loq. secum*) ei, numnam ego obolui? Asin. 627 hunc hercle verberare. :: quisnam istuc adcredat tibi, cinaede calamistrate? tun verberes *eqs.*? (*vix explicatio rei dictae quaeritur*). Capt. 799 (*loq. secum*) quae illaec eminatiost -m? nequeo mirari satis. Most. 191. Ter. Andr. 457 quidnam hoc est rei? quid hic volt veterator sibi? 591 opportune hic fit mi obviam. :: (*loq. secum*) hem numnam perimus? 592 narro huic, quae tu dudum narrasti mihi. :: (*loq. secum*) quidnam audio? (*Don. ad l. 1* legitur et 'audiam'; Menander enim sic ait τί ποτ' ἀκούσομαι). 845 ego commodiorem hominem ... non vidi. :: scelus, quemnam hic laudat? Eun. 656 au obsecro, mea Pythia, quod istuc -m monstrum fuit? Phorm. 843 quidnam hic sibi volt? Ad. 488 Iuno Lucina, ... serva me opsecro! :: hem, numnam illa quaeso parturit? **d** *rebus variis visis vel auditis*: Plavt. Aul. 42 -m cur me miseram verberas? 44 -m qua me nunc causa extrusisti ex aedibus? 389 strepitust intus: numnam ego compilor miser? 727 quinam homo hic ante aedis nostras ... conqueritur? (*item loq. in scaenam prodeuntes ad sonitum extra fores auditum*: Bacch. 1121 *p. 29, 35.* Stich. 326 quisnam opsecro has frangit fores?). Poen. 619 sed quid huc tantum hominum incedunt? ecquidnam adferunt? Truc. 602 hoc vide! dentibus frendit, icit femur: num opsecro -m hariolust qui ipsus se verberat? *al.* Ter. Haut. 256 (*adulescens se luxuriam amicae vidisse putat*) o Iuppiter, ubinamst fides? Eun. 947 quae illaec turbast? numnam ego perii? *defectu actionum*: Plavt. Cas. 804 -m quid illaec nunc tam diu intus remorantur remeligines? Truc. 352 num tibi -m, amabo, ianua est mordax mea, quo intro ire metuas?

**3** *variis occasionibus*: Plavt. Asin. 328 ubinam est erus? (*nisi ad l. 53, ut fort.* Poen. 468 [*loq. secum*] sed quaeso, ubinam illic restitit miles ..., quem ego vocavi ad prandium?). 830 *p. 28, 58.* Aul. 427 sed in aedibus quid tibi meis -m erat negoti me absente, nisi ego iusseram? (*nisi ad 2d*). Bacch. 206 *p. 28, 68.* 246 *p. 28, 70.* Cist. 668 (*664 sq.* crepundia haec sunt, quibuscum tu extulisti nostram filiolam ad necem) -m, opsecro, unde haec gentium? (*nisi ad 2d*). Curc. 12 (*nisi ad 1*). Men. 638 quid hoc est, uxor? quidnam hic narravit tibi? (*nisi ad 2d*). Merc. 411 *p. 29, 10.* 844 ecquisnam deus est, qui mea nunc laetus laetitia fuat? Mil. 924 num ille te -m novit? :: numquam vidit. 994 numquis ⌊-m⌋ hic prope adest, ... qui aucupet me quid agam? (⌊ ⌋ *del. Reizius et plerique edd.*). Persa 400 quidnam esse acturum hunc dicam vicinum meum, qui mihi iuratust sese hodie argentum dare? Pseud. 845 si nusquam is coctum, quidnam cenat Iuppiter? Rud. 545 quaenam ballaena meum voravit vidulum? Ter. Andr. 325 dic mihi: numquidnam amplius tibi cum illa fuit, Charine? 612 (*loq. secum*) -m quid ego nunc dicam patri? 965 Pamphilus ubinam hic est? Hec. 267 (*nisi ad 1*). 325 quo -m modo, Philumena mea, nunc te offendam affectam? Haut. 956 ut pater ... omnem de me eiecerit animum patris? quodnam ob facinus? Eun. 272. 911 (*loq. secum*) quid, quid venire in mentem nunc possit mihi, quidnam, qui referam sacrilego illi gratiam?

*[N. H.]*

Phorm. 473 loquere obsecro: quo -m in loco sunt res … meae? (*nisi ad 1*). 827 sed ubinam Getam invenire possim? 833 quid ais? :: quid? :: quidnam nunc facturust Phaedria? Ad. 265 me quaerit; numquidnam ecfert? occidi: nil video. Cic. carm. frg. 22, 23 quidnam torpentes subito obstipuistis, Achivi? (*fort. ad 2; cf. Hom. B 323 τίπτ'*). off. 1, 48 si ea, quae utenda acceperis, maiore mensura … iubet reddere Hesiodus, quidnam beneficio provocati facere debemus? *al.* Catvll. 63, 55 ubinam aut quibus locis te positam, patria, reor? 64, 154 quae -m te genuit sola sub rupe leaena? Verg. Aen. 2, 595 quid furis? aut quonam nostri tibi cura recessit? *al.*

**II** *in responsis variis* **(***invenitur fere, ubi 'si res ita sunt' vel 'si id dicis' exspectes; iuxta particulam asseverativam [cf. p. 26, 30] praeter l. 17; fort. addas p. 17, 60. 25, 52 et e coni.* Cic. Verr. II 3, 196**)**: Plavt. Capt. 896 prome quidvis; te facio cellarium. :: -m hercle, nisi mantiscinatus probe ero, fusti pectito (*ad caput prius pertinere putant plerique interpretes, ut*: Pseud. 970 eho, an non prius salutas? :: nulla est mihi salus dataria. :: -m pol hinc tantundem accipies). Mil. 1326 (*loq. miles*) habe bonum animum. :: (*loq. meretrix*) scio ego quid doleat mihi. :: (*loq. servus callidus*) -m nil miror, si libenter … hic eras …, quom ego servos, quando aspicio hunc *erum militem,* lacrumo, quia diiungimur (*sunt qui explicationem rei a meretrice prolatae intellegant, cf. p. 25, 47*). Cic. Verr. II 1, 133 *Verres* quaerit, quid sit 'ad perpendiculum': dicunt ei fere nullam esse columnam, quae ad perpendiculum esse possit; '-m mehercule' inquit, 'sic agamus; columnae ad perpendiculum exigantur'. 2, 72 'illi, *qui Petilio adsunt, hic* adesse non possunt'; '-m hercule' inquit Minucius, 'me quoque Petilius, ut sibi in consilio adessem, rogavit'. de orat. 2, 144 *Crassum a causis discedere non* feret civitas, quae … ornamento quodam se spoliatam putabit. :: -m hercle …, si haec vere a Catulo dicta sunt, tibi mecum in eodem est pistrino, Crasse, vivendum.

**III** *in optatis:* *v. sub voce* utinam.

*compos.*: namque, quisnam (*sim. al., v. etiam supra p. 28, 53 sqq. 29, 43 sqq.*), utinam. *N. H.*

※**nama** *indecl.* *vox avest.* *est acclamatio salutationis honorifica in cultu Mithrae* (*v. Merkelbach, Mithras, 1984, 106 c. adn. 24; gr. νάμα in Inscr. relig. Mithr. Vermaseren 46 -α Μαρέῳ ζωγράφῳ. 54. al.; saepe accedit dat. personae*): Inscr. Année Épigr. 1992 n. 178 (*saec. II ex./III in.; Romae, in Mithraeo*) -a ⟨ny⟩mphis tut⟨el⟩a ⟨Veneris⟩ (*sim. e. g.* Inscr. relig. Mithr. Vermaseren 480, 4 [*Romae*] -a l⟨e⟩on⟨i⟩b⟨us⟩ tutela Iovis**)**. Inscr. relig. Mithr. Vermaseren 61 (*e Mesopotamia*) ⟨n⟩ama Maximus magus. 214 (*Tibure*) soli invicto Mithrae … dedicavit …; -a cunctis. *al.* *salutare vid. deus ipse*: CIL VI 731 (*saec. II*[2]) -a L(ucius) … hoc mihi libens don(um) dedit.

**namcīscor** *v.* nanciscor. *M. H.*

**namfurae** (nanf- *var. l.*), quod ⌊medici⌋ naptam (-tan, -ton *var. ll.*) vocant Gloss.[L] IV Ps. Plac. n 2 **(**= Gloss. V 33, 33. 86, 5; ⌊ ⌋ *an vel* Medici, *i. Μηδικοί, intellegendum vel* Medi[ci] *corrigendum? cf. enim de naptha Persarum e. g. infra p. 48, 43. 60*). [*parum constat, utrum vox* mamphur *an potius radix* *neb[h]- *'humidus' subsit, cum pro* -b[h]- *in dial. osc.-umbr.* -f- *appareat; atqui* -m- (*vel* -n-) *interposita vix explicari potest. Mei.*] *Blundell.*

?**namo:** narro Gloss.[L] II Abav. na 8 (*item* Gloss. V 544, 38). *obscurum; Lindsay in app. confert* na *12* nario: subsannans (*iam Hildebrand* nario: sanno). *verbum* nanno *dub. restit. Landgraf, Arch. Lat. Lex. 9, 1896, 397 coll.* nenior, neniosus; *quod (ut vid.) respiciens Heraeus in exemplari suo notavit* 'garrio?' *supra* narro. *M. H.*

※**namque** *particula.* *a* nam *et* que (*cf.* Ps. Asper gramm. suppl. 57, 26 Gramm. suppl. 157, 28). *scribitur* nan- CE 1103, 3 *et hic illic in codd. rec.,* -qe CE 250, 4 (*a. 156*). 383, 4. *notatur* nq Not. laterc. gramm. IV 279, namq CE 1036, 3 (*saec. I; sunt qui* atque *metri causa coniciant*). 779, 7 (*saec. VI in.?*). 699, 6 (*ca. a. 520*). 1103, 3, nque Gaivs inst. 4, 163 (*cod. V*). *de notione* (*v. etiam p. 36, 29 sq. 33*): Prisc. gramm. III 102, 13 (*affert inter coniunct. completivas; v. p. 8, 9*). Ps. Asper gramm. suppl. 57, 22 (*affert inter coniunct. causales, ut* Prisc. *p. 36, 30*). Gloss. II 434, 56 *σοὶ μὲν γάρ*: -e tibi. Gloss.[L] I Ansil. na 29 -e videbant: nam videbant (*bis* -bat *edd. in app., ut pertineat ad p. 34, 68*). *legitur inde a* Liv. Andr. *per totam fere latinitatem; deest e. g.* Cic. *epist.,* Celso (*plura v. Schrickx, Mnemosyne 62, 2009, 253 sqq.*). **[***confunditur in codd. cum* nam Hirt. Gall. 8, 15, 5 Sall. Iug. 85, 35 Nep. Cim. 1, 2 Serv. Aen. 10, 19. *al.* (*in falsa var. l.* Enn. frg. var. 7 Caes. Gall. 4, 14, 5 Calp. ecl. 1, 26. *al.; restit.* Liv. 33, 16, 6; *e coni. dub.* Naev. trag. 41 Plavt. Cas. 221), *cum* nam *et voce ab* q *incipiente e. g.* Ter. Eun. 680 Cic. orat. 180 (*in falsa var. l.* Cic. Brut. 228 Caes. civ. 1, 68, 1 Sen. nat. 5, 2. *al.*), *ceterum cum* iamque *e. g.* Cic. Arat. 47 Plin. nat. 2, 235 Val. Fl. 5, 540 (i. *vix recte coni. Renkema* Val. Fl. 1, 49, *Salmasius* Avson. 2, 5 [155 S.], 1; *cf. falsam var. l. pro* iam Ter. Hec. 348), nempe Ov. met. 2, 474 Hil. in Matth. 12, 22 trin. 6, 27 (*in falsa var. l.* Lvcan. 4, 228 Stat. Theb. 7, 14; *saepe* n. *vix recte pro* -e *proponitur, e. g. Shackleton Bailey* Balb. Cic. Att. 9, 13[a], 2, *Burman* Prop. 1, 3, 37, *Housman* Manil. 2, 741). *hic et infra fere neglegimus locos corruptos vel frg., ubi contextus non intellegitur.***]**

*fere i. q.* nam, *sc. ut indicetur res ad priora intellegenda aptas afferri* (*de usu vocis et quibus modis a* nam *differat, v. Schrickx, Mnemosyne 62, 2009, 250 sqq.; usum affirmativum sim., quem agnoscere noluimus, invenire sibi videntur alii e. g. p. 35, 64*).

**CAPVT PRIVS:** *pro coniunctione adhibetur ad enunt. primaria nectenda* (*sed accedunt aliae coniunctiones p. 38, 29*): **I** *inducitur explicatio, illustratio sim. eius, quod antea dictum est*: **A** *potius explicatur argumentum, res, quae antea dicta est*: **1** *variis modis*: **a** *explicantur minus definita vel minus clara allatis singulis, perspicuis* (*exempla selecta inde a* Cic.): **α** *exempla varia*: Liv. Andr. carm. frg. 20 *Vlixes malis multis fractus est*; ⌊-e nullum peius⌋ macerat … *homines* quamde mare saevom (⌊ ⌋ *Hom. ϑ 138 οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι κακώτερον*). Plavt. Mil. 1226 per nuntium, quasi regem, adiri eum aiunt. :: -e edepol vix fuit copia adeundi (*item in responso*: Trin. 61 faxo hau tantillum dederis verborum mihi. :: -e enim tu, credo, me imprudentem obrepseris. *al.*). Ter. Andr. 624 non habeo spatium, ut de te sumam supplicium, ut volo; -e hoc tempus praecavere mihi me, haud te ulcisci sinit. Cic. Arat. 8 huic *signo* spatio ductum simili latus extat utrumque, at non tertia pars lateris; ⌊-e est⌋ minor illis (⌊ ⌋ nam non *var. l.*). Rab. perd. 13 tu … libertatis … mentionem facis, qui … violare libertatem huius populi … conatus es? -e haec tua … 'i lictor, colliga manus' non modo huius libertatis … non sunt, sed *eqs.* de orat. 3, 184 liberior est oratio …, non ut fugiat tamen aut erret, sed ut sine vinculis sibi ipsa moderetur; -e ego illud adsentior Theophrasto, qui putat orationem … remissius numerosam esse oportere (*item affertur auctoritas*: Vlp. dig. 17, 2, 63, 1). leg. 2, 38 quorum *sonorum canendi* dici vix potest, quanta sit vis …; -e et incitat languentis et languefacit excitatos. Balb. Cic. Att. 9, 13[a], 2 quomodo me nunc putas … torqueri, … ne qua res eorum *Pompei et Caesaris* compositionem impediat? -e, quod absens facere possum, opto; quod si una essem, aliquid fortasse proficere posse mihi viderer; nunc exspectatione crucior (*vix praeoccupatio intellegenda est*). Planc. Cic. fam. 10, 15, 1 sedulitas mea … tulit fructum; -e assiduis internuntiis cum Lepido egi *eqs.* Catvll. 37, 9 an … non putatis ausurum me una ducentos irrumare sessores? atqui putate; -e totius vobis frontem tabernae sopionibus scribam. 64, 52 haec vestis … heroum mira virtutes indicat arte; -e … Thesea cedentem … tuetur … Ariadna *eqs.* (*usque ad v. 264 sequitur quod pictum est*). Bell. Hisp. 28, 4 et natura loci defendebatur et ipsius oppidi munitione, ubi castra habuit constituta; -e, ut superius demonstravimus, loca excellentia tumulis contineri. Sall. Catil. 15, 4 quae quidem res (*i. filius necatus*) mihi in primis videtur causa fuisse facinus maturandi; -e animus inpurus … *non* sedari poterat, ita conscientia mentem excitam vastabat (*nisi ad 2bβ*). or. Cottae 6 consules nos fecistis … inpeditissuma re publica; -e imperatores Hispaniae stipendium … poscunt *eqs.* or. Macri 19 *modii frumenti pauperum* non amplius possunt alimentis carceris; -e, ut illis exiguitate mors prohibetur, … sic … *non* absolvit cura familiari tam parva res. Verg. georg. 4, 273 est etiam flos in pratis …, facilis quaerentibus herba; -e uno ingentem tollit de caespite silvam. Aen. 1, 318 *Venus* sese tulit obvia … virginis os habitumque gerens Spartanae …; -e umeris … habilem suspenderat arcum venatrix dederatque comam diffundere ventis. Hor. epod. 12, 4 quid *mihi, mulier,* … tabellas mittis nec firmo iuveni neque naris obesae? -e sagacius unus odoror … quam canis. Liv. 22, 50, 3 pugna Cannensis Alliensi cladi nobilitate par, ceterum … strage exercitus gravior foediorque; fuga -e ad Alliam … exercitum servavit, ad Cannas *eqs.* Val. Max. 8, 5, 3 Crassus, tantus apud iudices, quantus apud patres conscriptos Aemilius Scaurus – -e … erat … sic fori, ut ille curiae princeps – … apparuit. *al.* *explicatur per exemplum* (*pauca selecta*): Cic. de orat. 2, 55 apud Graecos … eloquentissimi homines … ad historiam scribendam maxime se applicaverunt; -e et Herodotum *eqs.* leg. 3, 20 cum *potestas tribuni plebis* adflixisset principum gravitatem, numquam tamen conquievit; -e (anque *trad.*), ut C. Flaminium … relinquam, quid iuris bonis viris Tiberi Gracchi tribunatus reliquit? Ov. hal. 2 *natura* dedit arma per omnes admonuitque sui; vitulus sic ⌊-e⌋ minatur …, sic dammae fugiunt, pugnant virtute leones (⌊ ⌋ *Sannazaro,* manuque *trad.*; nempe *Burman, alii alia*). Val. Max. 8, 8, 1 *Scipio et Laelius* animi … remissioni communiter adquiescebant; constat -e eos Caietae … vagos litoribus conchulas … lectitasse. *al.*

**β** *enunt. antecedens potius ad sequentia praeparanda positum est; narrationem secuturam esse*: ① *nuntiatum est*: Cic. nat. deor. 2, 81 quid sit ipsa natura, explicandum est ante breviter …; -e alii naturam esse censent vim quandam *eqs.* div. 1, 95 externa videamus: -e et Athenienses …, et Lacedaemonii *eqs.* Lvcr. 5, 14 confer … divina aliorum antiqua reperta; -e Ceres fertur fruges Liberque liquoris vitigeni laticem mortalibus instituisse. Nep. Att. 19, 2 reliqua persequemur …; -e hic *eqs.*

*[Schrickx]*

Verg. Aen. 2, 67 accipe nunc Danaum insidias et crimine ab uno disce omnis; -e *eqs.* Manil. 4, 312 nunc quae sint coniuncta quibus ..., reddam ...; -e *eqs.* Vitr. 7, 10, 2 exponam de atramento ...; -e *eqs.* Val. Max. 8, 14 ext. 3 Aristotelis in capessenda laude sitim subnectam; is -e *eqs.* *al.*
(II) *intellegitur* (*exempla selecta inde a* Lvcr.): Cic. de orat. 2, 122 praesto est qui omnes docere possit ...; -e ego ... neminem esse oratorem ... arbitror ..., quem non et saepe et diligenter audierim, ... itaque ... iudico neminem omnium tot et tanta, quanta sint in Crasso, habuisse ornamenta dicendi. div. 1, 75 multis signis Lacedaemoniis Leuctricae pugnae calamitas denuntiabatur; -e et in Lysandri ... statua ... in capite corona subito exstitit *eqs.* **(***item describitur portentum sim.*: Bell. Afr. 47, 1 per id tempus ... res accidit incredibilis auditu; -e vergiliarum signo confecto ... nimbus cum saxea grandine ... est exortus ingens. Verg. Aen. 2, 681 oritur mirabile monstrum; -e *eqs.* 5, 525. *al.* Liv. 7, 28, 7 prodigium extemplo dedicationem secutum ...; -e *eqs. al.***)**. Catvll. 99, 3 surripui tibi ... suaviolum ...; verum id non impune tuli; -e amplius horam suffixum in summa me memini esse cruce *eqs.* Lvcr. 6, 1283 multa ... ⟨res⟩ subita et paupertas horrida suasit; -e suos consanguineos aliena rogorum insuper extructa ... locabant. Varro At. carm. frg. 1, 2 ecce venit Danai multis ⟨celebrata propago⟩; -e satus, *sc. est,* Clytio *eqs.* (*origo explicatur; gr. Apoll. Rhod. 1, 134 ἦ γάρ*). Hirt. Gall. 8, 10, 1 huius munitionis duplex erat consilium; -e et operum magnitudinem ... sperabat fiduciam barbaris allaturum et ... *castra* videbat posse defendi. Bell. Afr. 52, 3 quae res aliter adversariis cecidit; -e Caesar ... equitibus suis auxilium tulit *eqs.* Sall. Iug. 92, 5 aliam rem adgreditur ...; -e *eqs.* Verg. georg. 2, 10 arboribus varia est natura creandis; -e aliae *eqs.* Aen. 6, 513 (*Deiphobus ad Aeneam*) *Helena* haec monimenta, *i. mea volnera,* reliquit; -e *eqs.* (*usque ad v. 529*). Liv. 27, 6, 7 dictator causam comitiorum auctoritate senatus, plebis scito, exemplis tutabatur; -e ... ex auctoritate patrum ad plebem latum, plebemque scivisse *eqs.* *al.*

**b** *expletur narratio lacunosa factis nondum prolatis*: **α** *exempla varia* (*selecta inde a* Nep.): Plavt. Bacch. 111 iamdudum ... te sequor expectans, quas tu res hoc ornatu geras: -e ita me di ament, ut Lycurgus ... videtur posse hic ad nequitiam adducier. Poen. 1139 tua pietas ... auxilio fuit, quom huc advenisti hodie in ipso tempore; -e hodie earum mutarentur nomina, *i. pro virginibus meretrices fierent.* Stich. 662 fero convivam Dionysum, *sc. vinum,* mihique et tibi; -e edepol cena cocta est, locus liber datust *eqs.* Enn. scaen. 355 mihi fortuna magis nunc defit quam genus; -e regnum suppetebat mi, ut scias, quanto e loco ... lapsa fortuna accidat. Cic. Arat. 47 *Fides* inter ... genus *Nixi* et caput Alitis haesit; ⌞-e⌟ est Ales avis *eqs.* (⌞ ⌟ iamque *vel* inde *var. ll.; gr. 275 ἤτοι γὰρ καί*). 145 *Pistricem* fluminis ... tangentem corpore ripas; -e etiam Eridanum cernes *eqs.* (*gr. 359 γάρ*). carm. frg. 22, 4 tolerate labores, auguris ut nostri Calchantis fata queamus scire, ratosne habeant an vanos pectoris orsus: -e omnes memori portentum mente retentant *eqs.* (*Hom. B 301 γάρ*). de orat. 3, 6 post eius interitum veniebamus in curiam, ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur; -e tum latus ei dicenti condoluisse ... audiebamus *eqs. al.* Catvll. 64, 212 Theseus ... dimisit pectore cuncta *mandata* ...; -e ferunt olim ... Aegeus talia ... mandata dedisse *eqs.* 64, 384 (*antea: nuptiis Peleos aderant Parcae*) praesentes -e ante domos invisere castas heroum ... caelicolae ... solebant. Caes. Gall. 3, 13, 1 haec eo facilius ... faciebant, quod nostrae naves tempestatibus detinebantur ...; -e ipsorum naves ad hunc modum factae armataeque erant: *eqs.* Nep. Alc. 10, 5 familiaris sui ... telum eripuit; -e erat cum eo quidam ex Arcadia hospes. Verg. Aen. 1, 589 *Aeneas* refulsit ... deo similis; -e ipsa *Venus* decoram caesariem ... adflarat. 8, 497 his ego te, Aenea, ductorem milibus addam; toto -e fremunt condensae litore puppes signaque ferre iubent *et quaerunt externum ducem.* Lygd. 4, 36 ima videbatur talis inludere palla; -e haec in nitido corpore vestis erat. *al.*
**β** *per parenthesin*: Hirt. Gall. 8, 15, 5 ubi consederant – -e (nam *var. l.*) in acie sedere Gallos consuesse superioribus commentariis declaratum est – *eqs.* Bell. Alex. 26, 2 propter opportunitatem loci – -e tota Aegyptus ... munita existimatur – *eqs.* 61, 3 loci natura – -e Vlia in edito monte posita est – *eqs.* Nep. Eum. 4, 4 pro ... pristina amicitia – -e illo usus erat Alexandro vivo familiariter – *eqs. al.* Verg. georg. 1, 432 sin *Phoebe* ortu quarto – -e is certissimus auctor – pura ... per caelum ... ibit, *eqs.* 2, 204 pinguis ... terra et cui putre solum – -e hoc imitamur arando – optima frumentis. Aen. 6, 860 atque hic Aeneas – una -e ire videbat ... iuvenem ... –: 'quis, pater, ille ...?' 11, 12 tum *Aeneas* socios – -e omnis eum stipata tegebat turba ducum – ... hortatur. Cvlex 297 hic, *sc. in Elysio,* et uterque Aeacides – Peleus -e et Telamonia virtus ... laetantur ... – assidet. Ov. met. 9, 356 puer Amphissos – -e hoc avus Eurytus illi addiderat nomen – *eqs.* Liv. 29, 5, 3 Gallorum et Ligurum – -e utriusque gentis ingens ibi multitudo erat – concilium habuit. 36, 43, 11 Romani, ubi primum aquilones – ii -e per aliquot dies tenuerant – ceciderunt *eqs.* *al.*

**2** *indicatur causa, origo sim.*: **a** *ipsarum rerum*: **α** *actionis propositae a locutore vel scriptore*: (I) *sibi* (*sibi et aliis l. 11sq.*): Plavt. Merc. 508 laboriosi nil tibi quicquam operis imperabo. :: -e edepol equidem, mi senex, non didici baiolare (*item alter alteri supplet explicationem*: Pseud. 555 non demutabo. :: -e edepol, si non dabis, ... flagitabere). Trin. 1136 quid ego cesso hos conloqui? sed maneam etiam opinor; -e hoc commodum orditur loqui. Ter. Hec. 474 si nunc memorare hic velim, quam fideli animo ... in illam *uxorem* ... fui, vere possum, ni te ex ipsa haec magis velim resciscere; -e eo pacto maxume apud te meo erit ingenio fides, cum illa, quae nunc in me iniquast, aequa de me dixerit. Ad. 278 (*loq. servus*) eamus; -e hic, *i. dominus,* properat in Cyprum. Cic. div. 1, 62 Epicurum ... audiemus potius? -e Carneades ... modo ait hoc, modo illud; at ille, quod sentit. Catvll. 1, 3 cui dono lepidum novum libellum ...? Corneli, tibi; -e tu solebas meas esse aliquid putare nugas. Nep. Att. 21, 6 mihi stat alere morbum desinere; -e ... quidquid cibi sumpsi, ita produxi vitam, ut auxerim dolores sine spe salutis. Verg. ecl. 6, 6 nunc ego – -e super tibi erunt qui dicere laudes, Vare, tuas cupiant ... – agrestem ... meditabor ... Musam. *al.*
(II) *aliis* (*maxime post imperat.; exempla selecta inde a* Caes.; *cf. B1a*): Plavt. Rud. 962 nunc advorte animum; -e hoc omne attinet ad te. Acc. trag. 180 itera, in quibus partibus – -e audire volo, si est quem exopto – et quo captus modo. Catvll. 61, 16 huc veni, *Hymenaee,* ... excitusque hilari die ... pineam quate taedam; -e Iunia Manlio ... nubet. 66, 86 *malorum* dona levis bibat irrita pulvis; -e ego ab indignis praemia nulla peto. CE 970, 13 (*saec. $I^1$ a. Chr.*) desine iam frustra, mea mater, ⟨desine fletu⟩ te miseram totos exagitare die⟨s⟩; -e dolor talis non nunc tibi ⟨contigit uni⟩ **(***sim.* 971, 14 [*saec. I*]. *cf.* 963, 13 [*a. 12 a. Chr.*] tu, adulescens, ... desiste lamenteis me exciere; -e tua officia grata mihi in luce fuerunt, et nunc demum ad cinerem. 823, 2 [*non post saec. II*]**)**. Caes. Cic. Att. 10, $8^b$, 1 *peto,* ne quo progredereris ...; -e et amicitiae graviorem iniuriam feceris et *eqs.* Trebon. Cic. fam. 12, 16, 4 tu ... adiunges me quam primum ad tuos sermones; -e illud non dubito, quin ... non patiaris me minimam partem ... ferre. Bell. Alex. 3, 4 *Aegyptii dixerunt* id, *sc. ut Caesarem expellerent,* ... agendum mature; -e eum ... recipere transmarina auxilia non posse. Sall. or. Macri 21 cavendus dolus est; -e alio modo neque valent in universos neque conabuntur (*item explicatur oppositis allatis*: Phaedr. 3, 10, 45 luat ... poenas causă ... mali; -e ... privatam viro miserandam potius quam damnandam existimo). Hor. carm. 4, 1, 13 tempestivius in domum Pauli ... comissabere, *Venus,* ...; -e ... late signa feret militiae tuae. *al.*

**β** *cuiuslibet status vel actionis* (*exempla selecta inde a* Verg.): Plavt. Men. 1137 *meretrix* hunc censebat te esse, credo, quom vocat te ad prandium. :: -e edepol iussi hic mihi hodie prandium appararier **(***alter alteri supplens, ut*: Poen. 328. Ter. Eun. 680 an tu hunc *servum* credidisti esse, obsecro, ad nos deductum? :: ⌞-e⌟ alium habui neminem [⌞ ⌟ nam quem *var. l.*]**)**. Enn. scaen. 165 o Patricoles, ad vos adveniens auxilium et vestras manus peto ...; -e Aesculapi liberorum saucii opplent porticus, non potest accedi **(***explicatur cur haec res, non alia sit, ut*: Ciris 360 *Scylla* regis amicis – -e ipsi verita est – ... flet ... parentem. Lydia 12 viridem ... decerpserit uvam – dulci -e tumet nondum vitecula baccho – aut *eqs.* Hor. sat. 1, 6, 57 singultim pauca locutus – infans -e pudor prohibebat plura profari – ... narro. *cf. l. 17. p. 36, 66***)**. Caes. Gall. 1, 38, 3 id (*i. occupatio oppidi*) ne accideret, magnopere sibi praecavendum Caesar existimabat; -e omnium rerum, quae ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido facultas. 7, 59, 5 *Labienus,* ut incolumem exercitum Agedincum reduceret, cogitabat; ⌞-e⌟ altera ex parte Bellovaci ... instabant, alteram Camulogenus ... tenebat (⌞ ⌟ nam cum(que) *var. ll.*). Hirt. Gall. 8, 7, 2 equites ... renuntiant paucos in aedificiis esse inventos atque hos, non qui agrorum colendorum causa remansissent – -e esse undique diligenter demigratum –, sed qui speculandi causa essent remissi. Sall. Catil. 48, 2 *post incendium impeditum plebs* gaudium atque laetitiam agitabat; -e ... incendium ... sibi maxume calamitosum putabat. Verg. ecl. 1, 14 hanc *capellam* ... vix, Tityre, duco; hic ... modo -e gemellos ... reliquit. 6, 31 incipit ipse *Silenus carmina,* tum vero in numerum Faunosque ferasque videres ludere ... nec tantum Rhodope miratur ... Orphea; -e canebat, uti *eqs.* (*usque ad v. 81*). georg. 4, 487 Eurydice superas veniebat ad auras pone sequens – -e hanc dederat Proserpina legem – *eqs.* Aen. 1, 466 *Aeneas* animum pictura pascit ... largoque umectat flumine vultum; -e videbat *eqs.* (*usque ad v. 493*). 9, 40 per omnis condunt se Teucri portas et moenia complent; -e ita discedens praeceperat ... Aeneas. Hor. sat. 1, 5, 49 lusum it Maecenas, dormitum ego Vergiliusque; -e pila lippis inimicum et ludere crudis. 1, 6, 41 (*loq. filius liberti*) Novius collega gradu post me sedet uno; -e est ille, pater quod erat meus. Liv. 42, 54, 10 ipse ad Sycurium progressus opperiri ibi hostium adventum statuit ...; -e Sycurium est sub radicibus Ossae montis *eqs.* Sil. 2, 327 Gestar ad haec – -e impatiens asperque coquebat iamdu-

*[Schrickx]*

dum immites iras ... – *dicit*: '...' (*item agitur de animo dicentis*: 4, 538 cui consul – -e ira coquit – '...'. STAT. Ach. 1, 494 Protesilaos ait – -e huic bellare cupido praecipua ... – '...'). *al.*

**b** *intellectus sim. rerum*: **α** *unde aliquid sciatur*: PLAVT. Amph. 249 numquam etiam quicquam adhuc verborum est prolocutus perperam; -e ego fui illi in re praesenti. CIC. de orat. 1, 82. VERG. Aen. 7, 122 hic domus, haec patria est; genitor mihi talia -e – nunc repeto – Anchises fatorum arcana reliquit: '...'. OV. epist. 4, 51 feror, ut Bacchi furiis Eleleides actae ...; -e mihi referunt, cum se furor ille remisit, omnia. COMM. instr. 2, 8, 8 (*ad paenitentem*) si vulnus habes altum, medicumque require et tamen in poenis poteris tua damna lenire; -e fatebor enim unum me ex vobis adesse terroremque diu quondam sensisse ruinae. *al.*

**β** *cur opinio habeatur vel habenda sit* (*hic usus, qui in argumentum vergit [sic e. g. l. 27sqq.], saepe ab illo vix distingui potest; exempla selecta inde a* LVCR.): PLAVT. Aul. 489 (*antea: oportet indotatas nubere*) -e hoc qui dicat 'quo illae nubent divites dotatae, si istud ius pauperibus ponitur?' quo lubeant, nubant, dum dos ne fiat comes. Curc. 266 nihil est mirandum, melius si nil fit tibi; -e incubare satius te fuerat Iovi (*nisi ad 1a*). Poen. 354 cur mi haec irata est? :: cur haec irata est tibi? cur ego id curem? ⌊-e⌋ istaec magis meast curatio? (⌊ ⌋ nam qui *Ritschl, fort. recte*). Stich. 573 dabitur homini amica, noctu quae in lecto occentet senem; ⌊-e edepol aliud quidem illi, quid amica opus sit, nescio⌋ (⌊ ⌋ *alteri locutori dant pars edd. et fort. codd.*). 721. TER. Andr. 67 sapienter vitam instituit; -e hoc tempore obsequium amicos, veritas odium parit. Phorm. 77 seni fidelis dum sum, scapulas perdidi. :: venere in mentem mi istaec. :: ⌊-e inscitiast, advorsum stimulum calces⌋ (⌊ ⌋ *alteri locutori dat pars codd. et edd.*). LVCR. 1, 959 omne quod est, ... nulla regione viarum finitumst; -e extremum debebat habere (*sc. si ita esset, ut*: 4, 923 *in sopore* animam perturbatam esse putandumst eiectamque foras, non omnem; -e iaceret aeterno corpus perfusum frigore leti. VITR. 8, 2, 9. *al.*). 2, 453 illa ... debent e levibus atque rutundis *primordiis* esse magis, fluvido quae corpore liquida constant; -e papaveris haustus itemst facilis quod aquarum. SALL. Iug. 85, 35 hoc est utile, hoc civile imperium (*sc. modo militis viventem exemplum bonum dare*); -e quom tute per mollitiem agas, exercitum supplicio cogere, id est dominum, non imperatorem esse. PS. SALL. rep. 2, 12, 7 (*ad Caesarem*) si id, *sc. imperium Romanum dilapsum*, accidat, ... amens alienata mente feraris; -e mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam divino numine invisier, ... divorsa praemia bonos malosque sequi. VERG. ecl. 9, 59 hinc adeo media est nobis via; -e sepulchrum incipit apparere Bianoris. HOR. carm. 1, 22, 9 integer vitae ... non eget ... iaculis ...; -e me silva lupus in Sabina ... fugit inermem. PROP. 4, 7, 3 sunt aliquid manes ...; Cynthia *mortua* -e meo visa est incumbere fulcro *eqs.* VITR. 3, 1, 3 corporis centrum medium ... est umbilicus; -e si homo conlocatus fuerit supinus *eqs.* (*nisi ad 1a*). *al.*

**B** *potius explicatur ratio dicendi*: **1** *cur quid dictum sit*: **a** *cur iussum, optatum sim. factum sit* (*huc pertinere possunt quaedam, quae potius ad causam actionis propositae rettulimus, v. p. 34, 19sqq.; exempla selecta inde a* VERG.): PLAVT. Capt. 604 istinc loquere, si quid vis, procul; tamen audiam. :: (*loq. tertius*) -e edepol si adbites propius, os denasabit tibi. CATVLL. 66, 72 pace tua fari hic liceat, *Nemesis*, ...; -e ego non ullo vera timore tegam. PS. SALL. rep. 1, 6, 4 omnia aspera ... pervade; -e aut tu mederi potes aut omittenda est cura omnibus. VERG. Aen. 3, 362 fare age; -e omnis cursum mihi prospera dixit religio ..., sola ... harpyia ... prodigium canit. 6, 117 (*loq. Aeneas*) gnatique patrisque, alma *Sibylla*, precor, miserere; potes -e omnia nec te nequiquam lucis Hecate praefecit Avernis ([*inde* SEDVL. carm. pasch. 4, 194 praeceptor, miserere; p. -e omnia, Iesu]. 6, 366 [*Palinurus mortuus ad Aeneam*] mihi terram inice; -e p. OV. fast. 4, 577 Parrhasides stellae – -e omnia nosse potestis ... – Persephonen ... monstrate parenti. VAL. FL. 1, 11 eripe me populis, *Caesar*, ... – ⌊-e p.⌋ – *eqs.* [⌊ ⌋ *huc e v. 13 transpos. Samuelsson*]. 2, 490 me ... monstris eripe – -e p.). 6, 343 quis te, Palinure, deorum ... mersit? dic age; -e mihi ... hoc uno responso animum delusit Apollo, qui fore te ponto incolumem ... canebat. 10, 614 (*Iuno ad Iovem*) ⌊si⌋ mihi, quae quondam fuerat ..., vis in amore foret; non hoc mihi -e negares *eqs.* (⌊ ⌋ *i. utinam; nisi apodosis supplenda est, ut ad c trahendum sit; alii vix recte putant -e particulam affirmationis esse*). HOR. sat. 1, 9, 29 confice – -e instat fatum mihi triste, ... quod puero cecinit ... anus ...: 'hunc ... auferet ... garrulus'. OV. Pont. 3, 2, 3 *salus tua* missa sit ut vere perveniatque, precor; -e meis sospes multum cruciatibus aufers. VITR. 3, 4, 3 ita columnae in peripteris conlocentur, uti quot intercolumnia sunt in fronte, totidem bis intercolumnia fiant in lateribus ...; -e qui columnarum duplicationes fecerunt, erravisse videntur (*item explicatur monitum alia actione opposita*: 5, 6, 4. 6, 6, 4 granaria ... ad septentrionem ... spectantia disponantur ...; -e ceterae regiones procreant curculionem. COLVM. 4, 22, 7 haec ... ita fieri debebunt, si vineae ... boni generis erunt; -e aliter *eqs. al., cf. 2b*). SEN. Phaedr. 438 (*nutrix ad Hippolytum*) tu beatis mitior rebus veni; -e anxiam me cura sollicitat tui, quod te ipse poenis gravibus infestus domas. *al.* **b** *cur interrogatum sit* (*addere possis p. 35, 53. 61*): TER. Ad. 193 quid si ego tibi illam nolo vendere, coges me? :: minime. :: -e id metui. VERG. Aen. 1, 327 (*Aeneas ad Venerem*) quam te memorem, virgo? -e haud tibi vultus mortalis, nec vos hominem sonat, o, dea certe. HOR. sat. 1, 6, 19 quid oportet nos facere a volgo longe longeque remotos (*sc. qui putamus non referre, quo genere quis natus sit*)? -e, esto, populus Laevino *nobili* mallet honorem quam Decio mandare novo ..., sed *eqs.* PROP. 1, 3, 37 tandem te nostro referens iniuria lecto alterius clausis expulit e foribus? -e ubi longa meae consumpsti tempora noctis? OV. met. 1, 361 (*Deucalion ad Pyrrham*) quis tibi, si sine me fatis erepta fuisses, nunc animus, miseranda, foret? ... -e ego, crede mihi, si te quoque pontus haberet, te sequerer. STAT. Ach. 1, 713 qua nunc verum ratione paramus scrutari? -e ambiguo sub pectore pridem verso, quid *eqs.* *al.* **c** *cur quid memoratum sit*: CIC. Tull. 6 pervelim impetrare, ... ut ita tibi multum temporis ad dicendum sumas, ut his aliquid ad iudicandum relinquas; -e antea non defensionis tuae modus, sed nox tibi finem dicendi fuit. NEP. Alc. 1, 2 ad omnes res aptus consiliique plenus – -e imperator fuit summus et mari et terra –, disertus. PROP. 4, 1, 57 lupa Martia ..., qualia creverunt moenia lacte tuo! moenia -e pio coner disponere versu. OV. epist. 18, 55 nox erat incipiens – -e est meminisse voluptas –, cum *eqs.* LIV. 35, 40, 2 abstulere me ... Graeciae res ...; consulibus designatis – inde -e deverteram – *eqs.* SIL. 8, 284 cernebat Paulus – ⌊-e⌋ huic communia *cum Varrone* Campus iura atque arma tulit – labi ... res (⌊ ⌋ nam *codd. plerique; explicatur, cur de quodam narretur, ut*: 10, 476 hic Cinna – ad Tyrios – e is sua verterat arma ... – *dixit*: '...'). *al.* **d** *cur allocutio facta sit* (*cf. 3 et p. 35, 55sqq.*): VERG. Aen. 1, 65 Aeole – -e tibi divum pater ... et mulcere dedit fluctus et tollere vento – ... incute vim ventis (*explicat fort.* GLOSS.[L] I Ansil. NA 27 sq. -e: [nam] quum. -e tibi: nam tibi; *locum affert* PRISC. gramm. III 104, 12 *pro exemplo coniunct. causalis*). 10, 19 o pater, o hominum rerumque aeterna potestas; ⌊-e aliud quid sit⌋, quod iam inplorare queamus? (⌊ ⌋ SERV. ac si diceret, cum paene omnes dii in favorem Iunonis concesserint; '-e' enim coniunctio ostendit eam hanc habuisse cogitationem). LVCAN. 2, 246 (*loq. Brutus*) dubium certo tu, *Cato*, robore firma; -e alii Magnum vel Caesaris arma sequantur, dux Bruto Cato solus erit. STAT. Theb. 11, 210 summe deum – tibi -e meae primordia Thebae ... debent ... – *eqs.*

**2** *cur quis locutione quadam usus sit*: **a** *exempla varia*: CIC. orat. 180 *quaeritur*, quis eorum *poeticorum numerorum in oratione* sit aut ⌊qui; -e⌋ aliis unus modo, aliis plures, aliis omnes idem videntur (⌊ ⌋ quinam quia *var. l.*). BELL. Alex. 57, 5 *affertur* Marcellum ... aut voluntate aut necessitate adductum – -e id varie nuntiabatur – consentire cum Cordubensibus *deficientibus*. VERG. ecl. 1, 7 deus nobis haec otia fecit; -e erit ille mihi semper deus. OV. met. 14, 841 o dea – -e mihi nec, quae sis, dicere promptum est, et liquet esse deam – duc. PHAEDR. app. 20, 4 (*servus quidam ad Aesopum*) dicam tibi clare, pater; hoc -e es dignus appellari nomine. MELA 1, 55 quarum *pyramidum* maxima – tres -e sunt – *eqs.* PLIN. nat. 2, 102 nunc reliqua caeli memorabilia: -e et hoc caelum appellavere maiores, quod alio nomine aera. *al.* QVINT. inst. 8, 3, 66 ex pluribus efficitur illa ... facies, ut est apud eundem (*i. Ciceronem*) – -e ad omnium ornandi virtutum exemplum vel unus sufficit – *eqs.* *al.* **b** *opponitur res non dicta* (*cf. p. 35, 71sqq.*): OV. trist. 1, 1, 99 (*ad librum*) pervenias illuc, *i. Romam*, et mala nostra leves; -e ea ... nemo ... tollere ... potest. VITR. 6, 8, 8 quemadmodum sine vitiis opera constitui oporteat ..., exposui; -e de tegulis ... mutandis non est eadem cura quemadmodum de his, quod ea ... faciliter mutantur. 7, 1, 2 in singulis tignis *quercus* extremis partibus axis bini clavi figantur ...; -e de cerro aut fago seu farno nullus ad vetustatem potest permanere. GERM. 145 Helicen ignis non clarior ambit, quique micat cauda quique armum fulget ad ipsum ...; -e alii *ignes* ... vatibus ignoti priscis sine honore feruntur.

**2** *respicitur certum quoddam commercium, negotium sim.*: **a** *generatim; quale sit commercium*: **α** *indicatur*: (I) *per ipsum obi. (saepe c. attrib.)*: *varia*: PLAVT. Capt. 64 valentiorem -tus adversarium si erit, ego faciam, ut pugnam inspectet non bonam (LIV. 5, 2, 13 *tribuni plebis* a. haud imparem -ti sunt Ap. Claudium. *cf.* 4, 49, 12 tribunus plebis ... -tus inter adversarios superbum ingenium *cuiusdam trib. mil.*). CIC. Tull. 14 donec vicinum eius modi -tus est, qui agri finis armis proferre *vellet.* Arch. 5 *Archia poeta* -tus est primum consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter ... etiam studium atque auris adhibere possit (Sest. 17 ut ille ... amens tribunus plebis -retur – quid dicam? – c., *sc. flagitiosos*). Flacc. 13 vehementem accusatorem. Sest. 134 *Vatinius* familiam gladiatoriam, credo, -tus est ... gloriosam. Att. 1, 18, 1 *ego* auris -tus tuas (*cf.* 16, 2, 6 *poeta* bonos auditores -tus. AMM. 18, 5, 7 auditorum -tus ⌊vigiles⌋ sensus [*ed. Gelenii,* vegetos *Heraeus,* vigiliis eius *sim. codd.*]). CAES. civ. 3, 108, 2 adiutores quosdam ... -tus. LIV. 3, 64, 6 *qui comitiis praeerat,* auctores populares sententiae haud popularis -tus in contionem cum iis processit. SEN. clem. 1, 1, 5 bonitas *Caesaris* ... ingratos ... aestimatores *non* -ta est. epist. 52, 15 si ... non institorem, sed antistitem -ta est *philosophia.* 108, 12 si advocatum idoneum -ta est *veritas.* PLIN. nat. 29, 8 *Vettius Valens* eloquentiae adsectatores ... -tus novam instituit sectam. SVET. Iul. 35, 1 *Aegyptus* quandoque violentiorem praesidem -ta. Cal. 3, 3 obtrectatoribus ..., qualescumque ... -tus esset, lenis *erat Germanicus.* GAIVS inst. 1, 115 si qua *mulier* velit ... alium *tutorem* -i. *al., e. g. p. 41, 59.* *-i ducem* (duces; *cf. l. 64*): CIC. dom. 63 *vis improborum* -ta[m] tam audacis duces (*item in rebus vitiosis*: Sest. 99 cum tutores sunt et duces suorum studiorum vitiorumque -ti). leg. 1, 30 *nemo est* gentis ullius, qui d. (naturam *add. pars codd., ita ut ad l. 60sqq. pertineat*) -tus ad virtutem pervenire non possit (*item in rebus honestis*: LACT. inst. 6, 3, 7 si *adulescens* d. -tus fuerit [*postea*: si aut philosophiam didicerit aut eloquentiam *eqs.; deinde*: si vero doctorem ... non invenerit *eqs.*]). SALL. hist. frg. 1, 67 ⌊Etrusci⌋ ... d. se ⌊-tos⌋ rati ... bellum irritare (⌊ ⌋ *Mercier,* et posci ... -tus *trad.; item agitur de rebellione*: CLAVD. 20, 237 coniurat barbara pubes -ta d.). 3, 98B *Spartacus* propere -tus idoneum ex captivis d. (*sc. hominem, qui viam monstraret*). (II) *per enunt. relat. fin.* (*etiam antecedente pron. vel subst. q. e.* homo): PLAVT. Capt. 154 nullumne ... -tu's, qui posset tibi remissum ... imperare exercitum? (*i. qui te aleret [in imag.]; ad parasitum ut*: 837 nescioquem ad portum -tus es, ubi cenes). Vid. 56 ibo et quaeram, si quem possim sociorum -ier ..., qui advocatus adsit. CIC. Mil. 33 si -tus esses, qui tuo arbitrio tribunatum gereret. Att. 10, 15, 4 si quemquam -tus eris, qui perferat (*i. litteras [cf. l. 72] ut*: fam. 16, 6, 1 -tus eram, cui darem. *sim. -itur aliquis nuntios* [*cf. l. 74*]: CAES. civ. 1, 9, 1 idoneos -tus homines, per quos ea, quae vellet, ... perferrentur *Pompeio*). (III) *per praedic. ad obi. accedens*: OV. Pont. 2, 11, 20 quod fuerat *uxor mea* stimulis factura sine ullis, plenius auctorem te quoque -ta facit (LIV. 4, 6, 3 cum ... tribunum acerrimum a. plebes -ta esset). LIV. 43, 16, 3 veteres publicani ... tribunum plebis ... patronum causae -ti sunt. APVL. mund. praef. p. 287 philosophiam ducem -ti *homines* ... animo peregrinari ausi sunt per caeli plagas ([*gr.* ἡ γοῦν ψυχὴ ... λαβοῦσα ἡγεμόνα τὸν νοῦν]. IVVENC. 3, 157 caecum forte d. caecus si -tus oberret [*spectat ad Matth. 15, 14*]).

**β** *intellegitur e contextu*: CIC. Brut. 230 *Hortensius* me adulescentem -tus octo annis minorem, quam erat ipse (*sc. oratorem aemulum*). Att. 10, 12, 1 ego ... Curionem -tu⟨s⟩ omnia me consecutum putavi (*sc. qui me incolumem in Siciliam reciperet; postea p. 41, 31*). 16, 2, 6 litteras ad me quam saepissime; si de rebus minus necessariis, aliquem -tus, sin autem *eqs.* fam. 7, 17, 2 hunc tu virum -tus ... ne dimiseris (*i. Caesarem patronum*). LIV. 34, 61, 2 *Hannibal* quendam Tyrium -tus (nancius *al. codd.*) Ephesi expertusque sollertiam levioribus ministeriis ... Carthaginem cum mandatis mittit. SEN. epist. 12, 3 (*ad vilicum*) unde istunc -tus es, *sc. ostiarium*? AMM. 28, 1, 7 *Maximinus* -tus hominem ... eliciendi animulas noxias ... perquam gnarum.

**b** *speciatim; -itur aliquis*: **α** *amantem vel coniugem*: PLAVT. Bacch. 217 ni -tus Venerem essem, hanc Iunonem dicerem. 506 (*sim.* 864) faxo hau dicet *se* -tam, quem derideat (*amantem -itur meretrix ut*: TER. Hec. 65 quemque -ta sis. TVRPIL. com. 161 hanc meretricem, quae te semel [i]nacta [est] semper studuit perdere [*corr. Lindsay*; s. ut -ta est *Mercier*]). Cist. 479 (*loco lacunoso*) es -tus novam *amicam.* ENN. scaen. 358 *Pelops ab* Oenomao rege Hippodameam raptis -tus nuptiis. TER. Hec. 170 (*nisi ad 1a*) huc transtulit amorem, postquam par ingenium -tus est. Phorm. 81 *adulescens* continuo quandam -tus est puellulam citharistriam (SCHOL. p. 128, 24 invenit). 168 sine sumptu ingenuam, liberalem -tus es. LVCR. 4, 1252 multae steriles Hymenaeis ante fuerunt pluribus et -tae pos⟨t⟩ sunt tamen (*sc. viros*), unde puellos suscipere ... possent. LIV. 1, 46, 6 *soror* ⌊virum⌋ -ta ([*c. acumine, i. maritum fortem*]. APVL. apol. 71, 4 si quem avarum v. -ta esset. met. 9, 6, 4 [*ironice*] magnum ... istum v. ... -ta sum). ARGVM. Plaut. Cist. 11 civem cognitam Alcesimarchus, ut erat -tus, possidet (*cf. sub I*). Stich. 2, 5. **β** *copias militum, sc. suorum*: CIC. Catil. 1, 25 -tus es ex perditis ... conflatam improborum manum *ad necem civium.* fam. 11, 12, 1 si aliquid firmitatis -tus sit Antonius. CAES. Gall. 4, 35, 1 *Caesar* -tus equites circiter XXX ..., legiones in acie ... constituit (*cf.* 7, 9, 4 recentem equitatum. ASCON. tog. cand. p. 65, 21 equitum turmas). LIV. 36, 11, 11 eam iuventutem -tus ... *tot* in praesidio positis *eqs.*

*appendicula syntactica et stilistica*: **1** *accedunt ad ipsum verbum* (*selecta*): **a** *obi. acc. passim, teste* CHAR. gramm. p. 384, 10 -or occasionem (DIOM. gramm. I 315, 17. *al.; de verbo pass. v. p. 39, 33sqq.*), *abl.* (*cf. fort. p. 40, 30. 42, 68*) *apud* IORD., *sc.* Get. 129 occasione (137). Rom. 277 nomine (nomen *Mommsen praeter necess.*); *enunt. relat. consec. vel fin., sc. forma* -tus sum (hominem, aliquem *sim. vel sine obi. acc.*), qui hoc faciat, *l. 15. p. 44, 72sqq. 45, 51sqq.; obi. deest in locut. c.* ut *p. 40, 13.* **b** *dat. refl.* sibi *p. 42, 46. 43, 7* (*vix etiam p. 45, 8*), naturae suae *p. 42, 40,* praesentiae suae *l. 52, fin. c. gerund. p. 43, 8.* **c** *adv. aliaque (sc. abl. modi, locut. c. praepos.; exempla selecta), quibus indicatur: tempus* (*adde* vix tandem *l. 40*): TER. Phorm. 81 continuo. TVRPIL. com. 161 semel (CIC. Att. 4, 1, 2 *v. p. 44, 50.* ARGVM. Plaut. Stich. 2, 5). AVR. VICT. Caes. 33, 3 in tempore. AMM. 15, 5, 11 subito. *opportunitas, fortuna sim.*: SALL. frg. 3, 33 forte (OV. met. 12, 511 IVVENC. 3, 157). NEP. Cato 2, 1 sorte. LIV. 26, 40, 11 opportune (APVL. met. 9, 18, 2). 44, 5, 9 vix tandem ex insperato. APVL. met. 4, 4, 3 feliciter. MIN. FEL. 16, 5 fortunā.

**2** *accedunt ad obi. verbi* (*ad subi. verbi pass.*): **a** *adi. attrib. saepissime, e quibus selegimus nonnulla opportunitatem sim. significantia* (*sive per se sive propter contextum; addas e. g. p. 43, 17. 22sq.*): CIC. fam. 1, 2, 3 tempus ... magis idoneum (CAES. Gall. 4, 23, 1 tempestatem [4, 36, 3. 5, 7, 4]. 7, 85, 1 locum [civ. 1, 61, 1. *al. apud eundem*]. civ. 1, 9, 1 homines. 2, 4, 5 ventum [3, 25, 3]. SALL. hist. frg. 3, 98B ducem. *al.*). OV. met. 9, 573 apta ... tempora (AMM. 17, 13, 1 tempus aptissimum). VAL. MAX. 5, 4, 3 occasionem opportunam proposito suo (PETRON. 78, 8 occasionem opportunissimam. APVL. met. 8, 5, 2 decipulum. VET. LAT. II Macc. 14, 5 [rec. L. *al.*] tempus [FIRM. err. 6, 2 PS. AVR. VICT. orig. 22, 2. *al.*]). APVL. met. 8, 2, 3 -tus ... praesentiae suae tempestivam (-tillam *trad.*) occasionem (AMM. 27, 2, 3 horam). **b** *praedic. varia, sc. maxime adi. vel part. (c. verbo pass. p. 44, 45sq.; hic illic subst. vel locut. c. praepos.)*: *v. p. 41, 48sqq. 53. 42, 17. 44, 32sqq. 45, 14sq. 60sqq.*

**nancitor** (*i.* nancitur) *v. p. 38, 68.* *Grossardt.*

**nanfurae** *v.* namf-. **[nanno** *v. ?*namo.**]** **nannus** *v.* nanus.

**nanque** *v.* namque. **nantēs, nantia** *v.* no.

※**nānus,** -ī *m.*, νᾶνος (*attributive, ut vid., p. 47, 25*). *de origine et notione v. infra sub 1a; ceterum*: GLOSS. III 180, 60 νᾶνος: -us (*sim.* 253, 2). V 374, 38 -us vel pumilio: duerg (*anglosax.; sim.* II 582, 5. GLOSS.[L] Corp. N 38 [navus *cod.*]). *scripturam* nann- *v. p. 47, 17,* gna- *glossarum aet. rec. v. Loewe, Prodromus, 1876, 355.* *fem. acc. plur. v. p. 47, 20.* *legitur inde a* LABER., VARRONE. [*it.* nano, *sard. centr. et mer.* nanu, *francog.* nain, *prov.* na, nan, *benearn., cat.* nan, *hisp.* enano, *port.* anão; *formae hibericae fort. cum lat.* inanis *vel hisp. vet.* enatío *'deformis, turpissimus' contaminatae sunt. abiit in aremor. med.* naïn *et batav. med.* naen. *cf. M.-L. 5819. Cortelazzo-Zolli[2] 1024. Wagner II 155. Wartburg VII 7sqq. Corominas-Pascual II 588sq. Machado[3] I 243. Schd.*] [*confunditur c.* natus *p. 47, 15. 18; falsa var. l. cod. unius* PROP. 4, 8, 41 (Magnus *cett., quod nom. propr. def. Fedeli, comm. 1965, ad l., sc. ut ironice datum, cf. p. 47, 12sq.*); *e coni. vix recta* DAMIG. lapid. 16, 12. *olim dubitanter legebatur* CIL XIII 10017, 47 (= INSCR. Marichal, La Graufesenque 83).]

*i. q. pumilio, νᾶνος*: **1** *de animantibus minimae staturae* (*de hominibus praeter p. 47, 24; pendet gen. poss. p. 47, 12*): **a** *exempla*

*[Zissos]*

*originem vel notionem illustrantia*: Pavl. Fest. p. 176 -i pumiliones. Gell. 16, 7, 10 *Laberius* in 'Anna Peranna' ... -um pro pumilione dicit. 19, 13, 2 (*Fronto ad Apollinarem*) *doce me,* an recte supersederim -os dicere parva nimis statura homines maluerimque eos pumiliones appellare, quoniam ... -os ... sordidum esse verbum et barbarum credebam (*in responso ibid. 3* est ... in consuetudine inperiti vulgi frequens, sed barbarum non est censeturque linguae graecae origine; *νάνους* enim Graeci vocaverunt brevi atque humili corpore homines *eqs.*). 19, 13, 4 (*loq. grammaticus quidam*) tu nos doce, in quo de mulis aut eculeis humilioribus vulgo dicitur *-us,* anne latinum sit *eqs.* (*in responso ibid. 5* esse hoc verbum latinum. *postea affertur l. 25*). **b** *exempla varia*: Laber. mim. 3 *v. l. 2.* Ivv. 8, 32 -um cuiusdam Atlanta vocamus, Aethiopem cycnum *eqs.* (*cf.* Isid. orig. 1, 37, 24 hoc tropo, *sc. antiphrasi,* ... -i Atlantes ... appellantur). Svet. Tib. 61, 6 quodam -o astante mensae *Tiberii.* Anth. 209, 2 regius est Abcar servus ..., ursus, rana, ⌊-us⌋, strobilus *eqs.* (natus *var. l.*). Arnob. nat. 3, 14 p. 172, 22 ⌊-os⌋, longos, medios (*sc. mediae longitudinis.* ⌊ ⌋ mannos *cod. P,* nannos *edd. rec. coll. gr. νάννος*). Firm. math. 3, 2, 23 *Saturnus* faciet ... gibbos, ⌊-os⌋, incurvos *eqs.* (natos *var. l.*). 8, 26, 1 -i regum ... deliciis deputati. *al. apud eundem.* Hist. Avg. Alex. 34, 2 -os et nanas et moriones ... populo donavit. Schol. Iuv. 1, 35. Vitae patr. 5, 1, 8 abbas Ioannes -us **(***gr. 1, 13 Ἰ. ὁ Κολοβός. de eodem* 5, 10, 28 [*postea*: I. brevis; *5, 10, 27* I. statura brevi]**)**. Isid. orig. 11, 3, 7 portenta ... existunt alia magnitudine ..., alia parvitate totius corporis, ut -i vel quos Graeci pygmaeos vocant. *translate de equo sim. parvo* (*v. l. 9sq.*): Cinna carm. frg. 9 me ... bigis raeda rapit citata -is.

**2** *nomen gr. vasis aquarii, quod lat.* barbatus *appellatur*: Varro ling. 5, 119. *al., v. vol. II 1746, 14sq.*

*fem.* **nāna,** -ae *v. l. 20.* *cf. Onom.* *Zissos.*

**nāo-** *v.* nau-. **1. nāpa** *v.* napy.

**[2. nāpa,** -ae *f. olim ed. e falsa var. l. pro* apes Theod. Prisc. eup. faen. 7.**]**

**napaeus,** -a, -um, *ναπαῖος.* *de origine v. l. 63.* *scribitur etiam* -phe- Prvd. c. Symm. 1, 303 (*var. l. in cod. B [saec. VI]. al.*). Ven. Fort. carm. 6, 1, 105 (*vel* -fe-). **[***olim legebatur* Clavd. carm. min. 30, 87 -ae (*Heinsius*; napes *unus cod.,* aure *al. cett.,* Horae *cod. deperd. et edd. rec.; v. Heus, comm. 1982, 150sqq.*).**]**

*i. q. saltum, nemus sim. colens, inhabitans, sc. de genere nympharum* (*de quibus vox gr. ναπαῖαι nusquam tradi vid.; adhibetur fem. pro subst. praeter* nymphae -ae *l. 45; sing. non nisi l. 58; saepius disting.* dryades *aliaque genera nympharum vel indicatur, ubi habitent -ae*): **1** *exempla poetarum*: Verg. georg. 4, 535 (*mater ad Aristaeum*) nymphae ... exitium misere apibus; tu ... *facilīs* venerare -as; namque dabunt veniam *eqs.* **(**[*cf. 541* dearum]. Lvx. anth. 332, 1 hortus, quo f. fluunt -ae, quo ludunt dryades [*3* nymphas]**)**. Colvm. 10, 264 oro ... choros dryadum nymphasque -as, quae colitis nemus Amphrysi *eqs.* Stat. Theb. 4, 255 quas non ille *Parthenopaeus* duces nemorum fluviisque dicata numina, quas magno non abstulit igne -as? (*item de -is virum amantibus*: 9, 386 orantes ... tibi servire -ae). Nemes. ecl. 2, 20 quae ... antra *colitis,* -ae (*disting.* dryades, naides, *v. p. 7, 39; in apostropha ut l. 53*). Prvd. c. Symm. 1, 303 *maiores nostri appellaverunt* 'cyaneas' cava flumina 'nymfas' vel silvas 'dryadas' vel devia rura '-as'. Mart. Cap. 5, 425 (vers.) amnes Faunique, Pales, Ephialta, -ae (*antea*: vulgus ... minorum caelicolum). 9, 903 (vers.; *in hymenaeo*) conscia iam Veneris nova serta parate, -ae **(***sim. in epithalamio*: Drac. Romul. 7, 34 dryades ... coeant per prata -is [*cf. 33* nymphis, *35* oreadas *et* naiadas; *v. app. crit.*]**)**. Sidon. carm. 22, 16 (*disting. 15* dryas *et* hamadryas, *17sq.* naidas *et* Nereidum chorus). Ven. Fort. carm. 6, 1, 105 (*ad Brunichildem*) nulla ... Nereidum ... talis ... natat, non ulla -a pulchrior, ipsa suas subdunt tibi flumina nymphas.

**2** *in explicationibus*: **a** *ad locum Verg. supra allatum*: Serv. georg. 4, 535 (*inde pendet* Schol. Verg. Bern.) 'faciles -as': exorabiles nymphas ...; sciendum easdem esse -as, quae et dryades sunt (*confert Verg. georg. 4, 460* chorus ... dryadum). Serv. auct. *ibid.* nemorum nymphas; ⌊*νάπας* enim Graeci dicunt nemora⌋ (*sim.* Schol. Verg. Veron.). Prob. Verg. *ad loc.* -ae sunt nymphae arvorum (*mire*). Gloss.$^{L}$ I Ansil. na 52 -ae (nape *codd.*): deae agrestes super fl[u]ores puto (*53* ut Donatus [*v. p. 6, 70*]). **b** *ceteris*: Serv. Aen. 1, 500 *appellantur nymphae* ⌊fontium -ae⌋ vel naides *eqs.* (*v. p. 6, 61*; ⌊ ⌋ *mire; an corrupte?*). Schol. Stat. Theb. 4, 254 (*ad l. 45*) nymphas aut dryadas aut potamidas aut -as dicit; ... *delectantur* -ae virgultis et floribus. Gloss. *p. 6, 67.*

*cf. Onom.*

**naphēus** *v.* napaeus. **naphtha** *v.* naptha. **nāpi** *v.* napy.

**nāpīcium,** -ī *n.* [*a* napus. *mensuram* -pīc- *demonstrat port.* nabiça. *cf. etiam Leumann, Glotta 9, 1918, 167. Mei.*] [*francog.* navet *fort. a* *napicius (*Barbier*), *quam coni. tamen neque necessariam neque probabilem esse putat M.-L. 5821; sim. Wartburg VII 11. Schd.*]

*nomen herbarum* (*cf. ad rem e. g. André, Les noms de plantes, 1985, 169*): **1** *i. q. bunias, sc. genus napi*: Diosc. 2, 95 p. 217, 8 de buniada, ⌊id est -um; bunias -um est, rap(a)e ⟨similis⟩⌋; radix eius elixa comeditur (⌊ ⌋ *deest gr. 2, 111*; similis *addidimus; possis etiam temptare e. g.* b. -um est; ⟨ut⟩ rapae, radix *eqs.*). ?**2** *i. q. lapsana*: Diosc. gr. Vind. 2, 116 *λαμψάνη· Ῥωμαῖοι ναπίκιουμ* (*sic cod. saec. VII, ναπίκουλουμ cod. vet. alter, ναπιούμ recc.*).

?**nāpiculum** *v. l. 6.*

**nāpīna,** -ae *f.* *a* napus (*cf. e. g.* 2. rapina). *scribitur* nab- *l. 15sq.* [*francog. vet.* nabine, *med.* navine, *pict.* navin *'granum napi'; quas formas a* napus *ortas esse dubitat Wartburg VII 11; cf. M.-L. 5820a. Schd.*]

*i. q. seges naporum vel locus eis consitus*: Colvm. 11, 2, 71 -ae itemque rāpinae siccaneis locis per hos dies fiunt. Lex Sal. Merov. 27, 12 si quis in -a, in favaria, in pisaria ... in furtum ingressus fuerit **(**[nab- *pars codd. et ed. Eckhardt,* nap-, nav- *al. var. ll.*]. *cf.* 129 si quis ortum aut -am effregerit [nab- *cod.*]**)**.

**[nāpium** *falsa var. lect. l. 7.***]**

**nāpocaulis,** (-is) *m.* *a* napus *et* caulis (*cf.* ravacaulis). *nomen herbae, quae et napo et cauli similis est* (*cf. André, Les noms de plantes, 1985, 169*): Isid. orig. 17, 10, 9 -is ex duobus oleribus conpositum nomen habet, quia, dum sit sapore napo similis, non in radice⟨m⟩, sed in thirsum conscendit, ut caulis.

⌘**naptha,** -ae *f. et* napthās *n. (v. l. 32sqq.), gr. νάφθα* (*f. et n.*), *νάφθας* (*m.*). *de origine barbara vocis v. l. 34sqq. 70.* *scribitur sec. testimonia* Sacerd. *et* Prob. cath. *l. 33sqq. allata et* -pt- *et* -pth-, *inter quas scripturas variat amborum cod. B (saec. V*$^{2}$*; v. Simoni, Riv. Fil. Class. 116, 1988, 139); ceterum in codd. vet.* -ft- Vet. Lat. Dan. 3, 46 (cod. 177, *saec. V*), -phth- Cassian. inst. 5, 14, 2 (*A, saec. VII*), -pt- *e. g.* Vvlg. Dan. 3, 46 (*cod. A [ca. a. 700]. al.*), -pth- Ambr. Hel. 7, 19 (*P, saec. VIII*); nep- *e. g. l. 51 et* Hier. in Dan. 3, 46 (*G, saec. VIIIex.*). *de genere et formis: fem. decl. primae exhibent scriptores inde a* Plin. nat. *neutr. adhibuisse vid.* Sall. *sec. testimonia gramm.*: Sacerd. gramm. frg. 1. 98 unum inveni barbarum monoptotum *in 'has' desinens,* -as, a Sallustio dictum. VI 480, 3 sqq. (*inter subst.* tas *syllaba finita*) hoc -as primae est 'tae' genetivo faciens, huius -ae, nomen barbarum neutrum ...; (7 sq.) hoc -a⟨s⟩, huius -ae, genus olei cedro simile, sicut Sallustius in historiarum libro quarto ait (*sed potius* indeclinabile *putat, ut*: 481, 20 'thas' unum barbarum legi: hoc -as, huius -ae ...; sed melius *eqs.*). *eadem fere atque* Sacerd. *praebet* Prob. cath. gramm. IV 22, 22. 29, 4. 8. 30, 16. *de acc.* -an *vel* -on *in* Gloss. *v. p. 31, 43.* *de notione* (*adde l. 37 et cf. nonnulla infra sub 1 allata*): Hier. in Dan. 3, 46 (*cf. l. 72*) Sallustius scribit in historiis, quod -a sit genus fomitis apud Persas, quo vel maxime nutriantur incendia; alii ossa olivarum, quae proiciuntur cum amurca arefacta, '-am' appellare putant (appellari p. *var. l., fort. recte*); unde et graece ⌊*πυρήν*⌋ dicitur ab eo, quod *πῦρ* ... nutriat (⌊ ⌋ *πυρηνη sim. codd.; hinc fere pendent ceterae explicationes*). Gloss. V 225, 7 -a: purgamenta lini vel cuiuslibet rei (*explicari vid. potius* stuppa *l. 74*); Sallustius *eqs.* (*fere ut supra*) ...; alii ossa olivarum *eqs.* 374, 14 -a: blæc teru ([*anglosax.*]. Gloss.$^{L}$ Corp. n 17). 374, 31 -a: genus fomenti id est tyndir ([*anglosax.*]. Gloss.$^{L}$ Corp. n 33. 55 [*scrib.* neptam]). *al.* [*francog. vet.* napte *'bitumen liquidum ac flammabile'. cf. Wartburg VII 9. Schd.*]

*significatur oleum quoddam orientale in terra natum et ignem facillime excipiens* **(***alia, sc. olivarum nuclei, intelleguntur supra l. 44. 49, v. etiam l. 47; similia esse dicuntur* bitumen *l. 60. 67* [*cuius genus est* -a *l. 64*], cedrus *l. 37,* maltha *l. 59,* oleum Mēdicum *l. 69***)**: **1** *exempla varia*: Sall. hist. frg. 4, 61 (*v. testes supra l. 34. 37. 42; agi vid. de defensione Tigranocertae, cf. Cass. Dio 36 frg. 1b, 1 τῇ νάφθᾳ*). Plin. nat. 2, 235 (*antea describit* maltham, *v. vol. VIII 206, 78*) similis est natura -ae; ita appellatur circa Babylonem et in Austacenis Parthiae profluens bituminis liquidi modo; huic magna cognatio ignium, transiliuntque in eam ...; ita ferunt a Medea paelicem crematam *eqs.* (*inde* 1, 2, 109 de -a). 24, 158 cuius *herbae* radix e longinquo ... *concipit* ignes, ut -a, de qua in terrae miraculis diximus. 35, 179 sunt qui et -am ... bituminis generibus adscribant, verum eius ardens natura et ignium cognata procul ab omni usu abest. Amm. 23, 6, 16 *in Assyria* -a (naptali *cod. V*) gignitur picea specie glutinosa, similis ... bitumini, cui etiam si avicula insederit, ... submersa penitus evanescit; et cum hoc liquoris ardere coeperit genus, *pulvere tantum exstinguitur* **(***huc spectat* 23, 6, 38 [*antea describitur* oleum Medicum] alia similis oleo crassiori species gignitur apud Persas, quam, ut diximus, '-am' vocabulo appellavere gentili [na(p)itham *codd.*]**)**. **2** *in loco sacr. script. locisque inde pendentibus* (*v. explic. l. 42sqq.*): Vet. Lat. Dan. 3, 46 (cod. 177) *ministri incendebant* furnace -a et picem *eqs.* (*gr. acc. -αν,* Vvlg. non cessabant ... succendere fornacem -a et stuppa *eqs.*). Ambr. Hel. 7, 19 -a, pice et stuppa *eqs.* (*narratur eventus ut*: Greg. M. moral. 30, 59 l. 56 -ae,

[*Spoth*]

stuppae ... congeriem). CASSIAN. inst. 5, 14, 2 (*in compar.*) quibus *vitiis* -ae et picis vice acrius exuramur.

**napurae,** *acc. pl.* -ās *f.* [*orig. etruscae, ut vid.; sed etr.* naper *mensuram quandam (modum agri) designat; fort. vox etr. prius 'funem' significabat, sicut theod.* Knoten *'nodus' etiam mensuram longitudinis designat; cf. Breyer, Etrusk. Sprachgut, 1993, 265 sqq. Mei.*] *in sermone rituali significantur funes, quibus sues ad sacrificium ducuntur*: FEST. p. 165 in commentario sacrorum ... *scribitur*: 'pontifex minor ex stramentis -as (nat- *cod.*) nectito', id est: funiculos facito, quibus sues adnectantur (p. 169 '-as n.' cum dixit pontifex, funiculi ex stramentis fiunt). *Spoth.*

※**nāpus,** -ī *m.* [*subest gr.* νᾶπυ (*fort. etiam* σίναπι); *qua voce cum significetur i. q. sinapis* (*cf.* napy), -us *tamen ad familiam brassicacearum q. d. pertinet* (*cf. André infra cit.*). *Mei.*] *de origine*: ISID. orig. 17, 10, 8 -us a similitudine rapae vocatus *eqs.* *de notione v. l. 23 sqq. 71. 75 sqq. et* GLOSS.$^L$ Corp. N 40 -i[s]: naep (*anglosax., sim.* GLOSS. V 374, 44 -i: n⟨a⟩ep). *legitur inde a* CELSO. [*val.* nap, *it.* napo, *sard. centr. et mer.* napu, *francog. vet.* naf, *prov., cat.* nap, *hisp., port.* nabo; *commune est omnibus linguis romanicis. cf. M.-L. 5821. Tiktin-Miron$^3$ II 767. Wagner II 156. Wartburg VII 9 sqq. Corominas-Pascual IV 199. Schd.*] [*loco corrupto* PLIN. nat. 25, 80.]

*significatur genus leguminis* (*ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 169*): **1** *usu sollemni respici vid. 'Brassica napus' L.,* βουνιάς (*quod gr. resp.; cf.* GLOSS. -us: βουνιάς. -i: βουνιάδες. *ceterum*: GLOSS. III 587, 60 boniadis i(d est) napi[s] semen [*sim.* 608, 47 nape semen, *unde corrigas* 537, 1 sememapii]. *rem fusius tractant* COLVM. 2, 10, 22 sqq. PLIN. nat. 18, 131 sq.; *saepe iuxta ponitur* rapa, rapum, *e. g. l. 28 sqq. 32. 38,* raphanus *e. g. l. 44. 52*): **a** *adhibetur in cibis vel medicina* (*cf. l. 53. 57. 62*): CELS. 2, 18, 5 ex holeribus valentior rapa -ique ... quam pastinaca. 2, 21 mali ... suci sunt ... rapa, -i *eqs.* COLVM. 12, 56, 3 -i ... eodem iure quo rapa *condiuntur* (*cf.* capp. 43 rapa et -os quemadmodum condias). 12, 56, 4 -os minutos integros ... in vas conicito *eqs.* APIC. 3, 13 tit. 3, 13, 1 rapas sive -os elixatos exprimas *eqs.* 3, 13, 2. HERMEN. Celtis coll. 51 radices et -os *eqs.* MARCELL. med. 15, 86 piperis *tantum,* ... -orum seminis *tantum.* LEONIAN. Alc. Avit. epist. 86 p. 96, 7 impleor oleribus et inflor -is (*sc. cibis modestis*). ANTHIM. 52 -i boni sunt; elixi in sale et oleo manducentur. PS. THEOD. PRISC. add. p. 299, 30 -us crudus cum melle tritus illinitus. **b** *de cultura, satione, natura sim.*: COLVM. 2, 10, 22 ratio est habenda -i raparumque, nam utraque *legumina* rusticos implent. 2, 10, 23 -us devexam amat et siccam ... terram (*inde* PALLAD. 8, 2, 1). *ibid.* in alio solo rapa biennio sata convertuntur in -um, in alio -us raporum accipit speciem (*inde* PALLAD. 8, 2, 2 ISID. orig. 17, 10, 8). 2, 10, 24 *iugerum tanto* amplius *semine* -i spargendum, *sc. quam raporum,* quia non in ventrem latescit, sed tenuem radicem deorsum agit. 11, 3, 59 -us et rapa ... eandem culturam quam raphanus *habent. al.* PLIN. nat. 18, 131 (*inde* 1, 18, 35 de ... -is) palma ... *rapis* in Algido natis, -i⟨s⟩ vero Amiterni; quorum eadem fere natura *eqs.* (*cf.* 19, 77 palma ... Amiterninis -*is* datur. *ceterum cf. l. 59 et Colum. 10, 422* quae ... Amiterninis defertur bunias arvis). 18, 314 ⌞rapa, -os⌟ serere (panaphos *vel* raphanos *codd.*). 19, 85 *raphani* cocti dulcescunt et in -orum vicem transeunt (*comparantur alia legumina ut*: 21, 109 radix eius *asphodeli* -is modicis similis est [*aliter Diosc. gr. 2, 169, 1* βαλάνοις]. ISID. orig. 17, 10, 9 *napocaulis* sapore -o similis. *al.*). 19, 100 florent confertim ... -i, raphani *eqs.* 20, 21 (*inde* 1, 20, 11 *medicinae ex* -is sive bunio sive buniade) -orum duas differentias et in medicina Graeci servant: ⌞angulosis foliorum caulibus ..., quod bunion vocant⌟ (*pertinet ad 2b*), ... alterum genus buniada (-tinada *codd.*) appellant, ... rapo simile (*inde* GARG. MART. med. 34, 1 sqq. non unam ... virtutem in omnibus -is experta medicina est: hoc *genus* [*i. bunion, v. sub 2b*] ...; [5] alterum genus -*i* ... simile ... rapo). *al.* MART. 13, 20 tit. -i (*1* hos -*os* Amiternus ager felicibus educat hortis). *al.*

**2** *respiciuntur potius species aut alia genera vel ex adi.* (*v. l. 62. 64. p. 50, 1*) *vel ex graeco intellegenda* (*confusione quadam?*): **a** *varia*: SCRIB. LARG. 177 rapae seminis *tantum* ..., -i silvatici seminis *tantum* (*fort. i. q. 'Raphanus raphanistrum' L. coll. Plin. nat. 19, 77* [*praeter ea, quae l. 65 allata sunt*] est ... genus silvestre, cuius folia sunt erucae similia). PLIN. nat. 19, 75 ⌞-orum quinque genera⌟ ...: Corinthium, Cleonaeum, Liothasium, Boeotium et quod ... viride dixerunt (⌞ ⌟ *sec. Theophr. hist. plant. 7, 4, 2* τῆς ῥαφανίδος γένη πέντε. *fort. i. q. 'Raphanus sativus' L., ut etiam aliis locis* PLIN. nat., *ubi respondet gr.* ῥαφανίς *apud Theophr. hist. plant., e. g.* 19, 117 -us, eruca [*gr. 7, 1, 3*]. 19, 177 innascuntur -is culices, raphano urucae [*gr. 7, 5, 4*]). **b** *gr.* βούνιον (*fort. i. q. 'Bunium ferulaceum' Sibth. et Smith; cf.* GLOSS. III 554, 26 boinion [*i.* βούνιον] i(d est) -os [*item* 618, 54]. *huc pertinent l. 54. 57*): PLIN. nat. 14, 106 e -is fit *vinum* duum denariorum pondere in sextarios binos musti addito *eqs.* (23, 52 e -is v. *cf. Diosc. gr. 5, 46* βουνίου). 24, 153 pseudobunion -i folia habet (*cf. Diosc. gr. 4, 124* βουνίῳ). **c** *rapa* (*fort. i. q. 'Brassica rapa' L.; cf.* GLOSS. III 539, 25 gugilis [*i.* γογγυλίς] id est rapa, id est -o maiore. 575, 33 rapus i(d est) -us. 594, 60 rapas: -is. *al.*): HIPPOCR. vict. 2 l. 434 sq. -i; -i calidissimi sunt et conturbant corpus (*gr. 2, 54, 5* γογγυλίς. *cf. Capponi, Invigilata Lucernis 18/19, 1996/7, 107 sqq.*). ORIBAS. syn. 4, 15, 14 Aa p. 17 rapa, quas -us appellant (La p. 18 rapa, quo [sin]napus dicunt; *gr.* τῶν γογγυλίδων, ἃς βουνιάδας ὀνομάζουσιν).

*deriv.*: napicium, napina.

*compos.*: napocaulis. *Zissos-Ottink.*

**nāpy,** *acc.* -y *n.,* νᾶπυ. GLOSS. III 266, 7 (*in cap.* de oleribus) νᾶπυ: -y (napa *cod.; cf. Gloss.* sinapis, *qua voce explicantur* nape. napius *sim., i.* νᾶπυ *et gen.* νάπυος). *scribitur* -i *in cod. vet.* Aa ORIBASII *ceterisque codd., nisi aliud notavimus. latine trad. nom. et acc. sing. tantum.*

*nomen variarum herbarum, i. q. sinapi* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 169*): **1** -y *solum*: PLIN. nat. 19, 171 unum *genus sinapis* gracile, alterum simile rapi foliis, tertium erucae ...; Athenienses -y appellaverunt, alii thlaspi, alii saurion (*ad rem cf. Athen. dipn. 9, 2 p. 367$^a$* οὐδεὶς δ' Ἀττικῶν σίναπυ ἔφη). ORIBAS. syn. 4, 18, 4 La p. 21 -i, rafani, rapa *eqs.* ([*Aa* senapis]. *gr. resp.* νᾶπυ *ut* 4, 31, 4 La p. 35 *et* Aa p. 34. 4, 33, 1 La *et* Aa p. 36, *quae vox redditur* senape *e. g. 4, 23, 3 La et Aa p. 25*). **2** -y Persicon: PLIN. nat. 27, 140 alterum thlaspi aliqui P. -y ((n)aps *codd.*) vocant, latis foliis, radicibus magnis *eqs.* (*inde* 1, 27, 113 thlaspi sive P. -y [(n)api, naps *al. codd.*]. *cf. Diosc. gr. 2, 156, 2* Περσικὸν σίνηπι [*quod vertitur Diosc. 2, 142 p. 232, 11* sinape Persicum]). *Spoth.*

**1. nār** *v.* naris.

**2. nār** *subst.* [*vox eadem esse vid. atque nomen fluminis q. e.* Nar, *cuius forma prius* *nahar- *erat, cf.* Interamna Nahars (*hodie Terni*), *umbr.* naharkum numen *'Nahartium populus'. derivari potest* *nahar *'sulphur' a radice* *(ə$_1$)neĝ$^h$- *'pungere', cf. russ. vet.* vъz-noziti *'perfodere', slavon. vet.* nozъ *'culter', hibern. med.* ness < *negh-so- *'vulnus' et fort. gr.* ἔγχος *'hasta'* (*Boisacq, Dict. étym. de la langue grecque, $^3$1938, 214*). *Mei.*] SERV. auct. Aen. 7, 517 Sabini lingua sua -r dicunt sulphur.

*cf. Onom.* *Clavadetscher.*

**nār-** *v. etiam* gnar- *vel* narr-. **[narcafton** *vix restituas p. 3, 54.***]**

**narcē** (*et* narcī), -ēs *f.,* νάρκη (*quod gr. infra resp.*). *exstant formae sing. nom.* -i, *acc.* -en (*nisi* -in, *v. l. 43*) *et* -an, *abl.* -e, *plur. acc.* -as. [*vix recte coni. Marx* LVCIL. 494.]

*i. q. torpor*: **1** *indicatur ipsa qualitas* (*non nisi in veriloquio vocis gr.*): PLIN. nat. 21, 128 *narcissum quendam* nervis inimicum, caput gravantem et a -e narcissum dictum, non a fabuloso puero.

**2** *metonymice nomen est rerum torporem efficientium; significatur*: **a** *herba* (*cf. André, Les noms de plantes, 1985, 169*): PS. APVL. herb. 16 l. 7 alii *vocant* ⌞-en, alii Cironion⌟, ... Romani gentiana, alii comitialem (⌞ ⌟ necenpronion *vel* nicispromion *sim. codd.,* -in C. *Howald-Sigerist coll. Diosc. gr. Vind. 3, 3* οἱ δὲ νάρκη, οἱ δὲ Χειρώνιον). DIOSC. 3, 6 p. 378, 26 centauria maior, quem multi -an aut gentiana dicunt *eqs.* (*cf. Gloss. III 570, 25* [*interpr. vocis gr.*] narcana, i(d est) centaurea). **b** *piscis, sc. torpedo* (*cf. Gloss.* torpedo: νάρκη. *sim. al.; affertur inter cibos*): ORIBAS. syn. 4, 12, 4 La p. 11 -i (nasci *cod.; Aa* turpedo), ⌞turpido⌟, pastinaca (⌞ ⌟ *pro interpr. lat. additur ut*: 9, 40 add. Aa p. 348 dabis ex maritimis piscibus ad edendum -as, quas nos torpidines dicimus *eqs.* [*cf. Oribas. ecl. 146, 5*]). 4, 16, 1 La p. 18 pisces aspratiles omnes, gubus, norci, pastenaca (*Aa* turpedo). 4, 28, 13 La p. 30 (-ite *cod., fort. e gr.* νάρκη τε, *Aa* turpedo).

**narcissinus,** -a, -um, ναρκίσσινος. *i. q. ad narcissum pertinens, flore eius infectus* (*sc. de oleo, malagmate; neutr. pro subst. fort. l. 57. 58*): PLIN. nat. 13, 6 (*4* unguentis cognomina dedere ... aliis suci *eqs.*) -um *eqs.* (*v. p. 51, 48*). 21, 129 ex hoc flore fit -um oleum (23, 94 [*inde* 1, 23, 49]. DIOSC. 1, 58 p. 32, 22 de -u: ⌞o. -u⌟ conficis sic: *eqs.* [⌞ ⌟ *gr. 1, 53* ναρκίσσινον *tantum*]. ORIBAS. syn. 9, 50, 4 Aa p. 374 ⌞o. roseu aut -u⌟ [⌞ ⌟ *gr.* ῥοδίνῳ *tantum*]. GLOSS. III 569, 69 milo -o [*i.* μύρον ναρκίσσινον], i(d est) oleus -us [-cisc- *utrobique et loco gemino* 603, 16]). CHIRON 603 -am malagmam inpones (-ssan- *codd.*; Narcissianam *Hoppe, Veterinärhist. Mitt. 5, 1925, 18 coll. Marcell. med. 36, 47*).

**narcissītēs,** *acc.* -ēn *m. et* **narcissītis,** (-is) *f.,* ναρκισσίτης. *nomen lapidis pretiosi, sc. narcisso similis*: PLIN. nat. 37, 188 -is (-im, -in *var. ll.*) ⟨narcissi⟩ venis distinguitur, etiam odore (*suppl. Eichholz loco corrupto; inde* 1, 37, 73 -is). AVIEN. orb. terr. 1225 pars gentis *Medorum* ... saxis excudit -en (*gr. 1031* ναρκισσίτην, *cf. alteram versionem*: PRISC. periheg. 947 *regio* generat -en ..., qui lapis est fuscus). DAMIG. lapid. 44, 1 lapis -es: -es lapis est viridis modice, Martis signum habens; hic tritus odorem habet narcissi herbae (-e *fere codd.*).

※**narcissus,** -ī *m.* (*et f.?*), νάρκισσος (*quod gr. infra resp.*). *de origine* (*v. etiam p. 51, 53. 64. al.*): ISID. orig. 17, 9, 16 (*in cap.* de herbis aromaticis sive communibus) -us herba fabulose inpositum nomen habet a ... puero *Narcisso* (*postea*: decus pulchritudinis in candore retinet folio-

[Spoth]

rum). *scribitur* -is- *pro* -iss- *hic illic in codd. medii aevi* (*in nomine hominum iam e. g.* CIL IV 8785). *de genere et formis: nom. sing. gr.* -os *v. l. 30; fem. fort. l. 68; neutr.* -um *hic illic in* GLOSS. *de notione*: GLOSS. -us: νάρκισσος τὸ ἄνθος. νάρκισσος. bulbus agrestis. bulbus. -um: genus herbae odoriferae purpureae. GLOSS.$^{L}$ III Abol. NA 4 -us: flores purpureos (florex *et* puero *var. ll., ut* GLOSS. V 467, 37; flos ex *Lindsay in app.*). *al.* *legitur inde a* VERG., CIRI, CVLICE, OV., CELSO, COLVM. [*it.* narciso, *francog. med.* narcis, narcisse, *vasc.* narcis, *hisp.* narciso. *cf. Cortelazzo-Zolli$^{2}$ 1024. Wartburg VII 12. Corominas-Pascual IV 212. Schd.*] [*corruptum est* GLOSS. -us: uva ragias; *v. André, Arch. Lat. Med. Aevi 26, 1956, 210.*]

*nomen herbae* (*ad rem cf. e. g. André, Lex. des termes de botan., 1956, 216*). *quae genera -i respiciantur, raro elucet, sed 'Narcissus poeticus' L. et 'N. tazetta' L. verni sunt (cf. e. g. l. 27. 73. p. 52, 8), 'N. serotinus' L. autumnalis (cf. l. 20. 26. 72); ceterum 'N. poeticus' calycem in margine rubentem habet (cf. l. 5sq. 24. 32. 52. 58. 67); nominatur* lilium *l. 23. 30* (*cf.* GLOSS. III 570, 19 -us: lilius silvaticus). *de partibus -i v. sub 2b et l. 72; apponitur* herba *l. 45. p. 50, 74. al.,* flos *p. 52, 9* (*cf. l. 49*).

**1** *agitur de natura, generibus* (*adde l. 52. p. 50, 75*): PLIN. nat. 18, 244 *tempus arandi indicant in satu* coronamentorum -i; namque ... haec ter florent *eqs.* (*re vera genera alia alio tempore florentia; cf. l. 13sqq.*). 21, 25 (*inde* 1, 21, 12; *de explicatione hic illic confusa v. André ad l.*) sunt et purpurea lilia ... maioris ... bulbi, sed unius; -um vocant; huius alterum genus flore candido, calice purpureo; differentia a liliis et haec, quod -is in radice folia sunt ...; tertio generi cetera eadem, calix herbaceus; omnes serotini, ... florent ... per aequinoctium autumnum. 21, 64 (*inter flores vernos*) seriores *sunt violis* ... aliquanto -us et lilium. PS. APVL. herb. 55 l. 5 a Graecis dicitur -os anydros (anigros *edd. coll. Diosc. gr. Vind. 4, 158* ἄνυγρος [ἄνυδρος *recc.*]), ... alii bolbos emeticos, ... Itali bulbus vomitorius. DIOSC. 4, 153 p. 72, 3 de -o: -os, multi et hunc lilium dixerunt ...; hasta habet ..., in qua virga est flos album in gyro et in medium florem croceum aut purpureum ostendit ...; flos suave longe iacit odorem; ... maculas omnibus vultibus tollet *eqs.*

**2** *indicatur usus; adhibetur*: **a** *in cura apium*: VERG. georg. 4, 160 pars *apium* intra saepta domorum ⌞-i lacrimam⌟ ... favis ponunt fundamina (⌞ ⌟ *explicat* SERV. -i umorem; ... allusit ad fabulam *Narcissi,* quia *eqs.*). COLVM. 9, 4, 4 (*inter* flores amicissimos apibus) gladiolus -i. PALLAD. 1, 37, 2 *colonus* nutriat origanum, ... -um, crocum ceterasque herbas suavissimi odoris et floris. **b** *usu medico sim.* (*magico l. 41; vomitum movet e. g. l. 29. 44. 53, vitia cutis tollit l. 33. 42. 55*): CIRIS 370 nutrix *arte magica utens* patula componens sulphura testa -um casiamque herbas incendit olentes. OV. medic. 63 *medicamento, quo facies niteat,* adice -i bis sex sine cortice bulbos (ORIBAS. syn. 1, 18, 8 Aa p. 62, 26. *cf. l. 47*). CELS. 5, 6, 2 (*inter rodentia*) -i radix (5, 15 *v. l. 48.* SER. med. 340 vomitum r. -i pota movebit. PS. APVL. herb. 55 l. 3 herbae -i r. contusa ... vice cataplasmae inponitur. ORIBAS. syn. 5, 19, 1 Ab p. 62 pulvis ex -i radicis. 5, 23, 5 Ab p. 64 bulbi -i radicis. *al.*). *ibid.* -i semen (5, 11. 5, 15 molliunt ... -i et radix et s.). 5, 11. PLIN. nat. 13, 6 narcissinum, *sc. unguentum,* ... ex flore -i desiit componi (-o *codd. et edd. rec., sed cf. Diosc. gr. 1, 53* τοῦ ναρκίσσου ... τὸ ἄνθος *et* PS. APVL. herb. app. 55 l. 4 herbae -i f. in oleo mittis [*sim.* l. 7]. *de eadem re v. p. 50, 57sqq. et* PLIN. nat. 15, 30). 21, 128 (*inde* 1, 21, 12 [75]) -i duo genera in usum medici recipiunt, purpureo flore et alterum herbaceum (*cf. l. 25*), hunc ... vomitorium ... et a 'narce' -um dictum, non a fabuloso puero; utriusque radix mulsei saporis est; ambustis prodest ...; nigras vitiligines emaculat *eqs.* 28, 72 *lac mulieris* cum melle et -i suco. MARCELL. med. 16, 93. *al.* **c** *ad ornandum sim.* (*inter coronamenta nominatur supra l. 20*): CIRIS 96 *munere meo* foribus *Pieridum* ... hyacinthi deponunt flores aut suave rubens -us. HIST. AVG. Heliog. 19, 7 stravit et triclinia de rosa et lectos et porticus idque omni florum genere liliis, violis, hyacinthis et -is.

**3** *cetera exempla* (*in versibus praeter l. 75. p. 52, 11; in descriptione loci amoeni e. g. l. 74. p. 52, 1. 4, non raro in serie florum*): **a** *quaelibet*: VERG. ecl. 2, 48 tibi, *Alexi,* candida nais ... papavera carpens -um et florem iungit bene olentis anethi (*explicat e. g.* SERV. Papaver, Narcissus, Anethus pulcherrimi pueri fuerunt quique in flores suorum nominum versi sunt; quos ei *Alexi* offerendo quasi admonet, *ne eadem patiatur*). 5, 38 *Daphnide mortuo* pro molli viola, pro ⌞purpureo⌟ -o carduos *spinosus* ... surgit (⌞ ⌟ *codd. et* SERV. auct., *fem.* -ea *testatur inter soloecismos* DIOM. gramm. I 453, 36; *sunt qui fem. defendant coll. Theocr. idyll. 1, 133* ἁ ... καλὰ νάρκισσος. *explicant* SERV. auct. speciose, PHILARG. pulchro). 8, 53 (*inter* ἀδύνατα) aurea durae māla ferant quercus, -o floreat alnus. georg. 4, 123 (*inter herbas horti*) sera comantem -um (*cf.* -i coma: COLVM. 10, 98 *serite* lumina calthae -ique comas et hiantis saeva leonis ora. 10, 297 *verno tempore* carpite -i ... comas. FIRM. err. 7, 2 illic, *sc. prope Hennam,* invenies quicquid hyacinthi turget in caulem, illic comam -i *eqs.*). SIDON. carm. 24, 62 *Apollinaris* inter ... -os hyacinthinosque flores *horti* spernit *tus Sabaeum.* *al.* **b** *luditur cum ambiguitate pueri fabulosi et floris* (*cf. e. g. p. 51, 35sq. 63sqq.*): CVLEX 408 (*enumerantur herbae circa tumulum culicis florentes*) non ... -us abest, cui gloria formae igne Cupidineo proprios exarsit in artus. AVSON. 19 (325 S.), 10 per ripas *Stygis* ... marcent fleti, olim regum et puerorum nomina, flores, mirator -us et Oebalides Hyacinthus (*cf.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 132 *puellae* te ..., Hyacinthe ..., -umque metunt, nunc incluta germina veris, praestantes olim pueros). CARM. de aegr. Perd. 34 candidus illic flos -us amat veteris vestigia fontis. **c** *in comparatione sim.*: PETR. CHRYS. serm. 18, 5 verborum floscula non quaeramus ...; violae, rosae, lilia, -us grati flores, sed gratior panis. ENNOD. carm. 1, 9, 150 (*ad episcopum*) *vilicus colit* violas ..., serpillum, -os, balsama, costos ...; sic tua ..., animarum cultor, ... halant rura rosas. VEN. FORT. carm. 4, 26, 125 lilia, -us, violae, rosa, nardus, amomus iudicis, *sc. dei,* in vultu, florentia lumina, vernant. CE 1607, 2 ut dulcis flos filius breviter frunitus anima, ut rosa, ut -us (varc- *lapis deperditus*).

*cf. Onom.*

?**narcīte** *fort. e gr. perperam intellecto v. p. 50, 52.*

**narcōdēs,** *acc. pl.* -ēs, ναρκώδης. *i. q. torpore affectus sim.*: ORIBAS. syn. 6, 29, 7 La p. 115 tonodīs ... et -es, hoc est tensio et ⌞stupor, infert⌟ (stuposin ferit *cod.*) *morbus* dolorīs (*gr.* ναρκώδεις, *Aa* cum ... turpore).

※**narcōticus,** -a, -um, ναρκωτικός (*quod gr. infra resp.*). *fere i. q. torporem et indolentiam afferens, sc. de medicamentis sim.* (*neutr. plur. pro subst. l. 35 et fort. e. g. l. 29; cf. Gloss. III 570, 21* nascordia i(d est) medicamen somniferum [*interpr. vocis gr., ut 603, 24* narcodia: medicamentum s.]): ORIBAS. eup. 4, 58 Aa p. 575 ⌞-a ... medicamenta⌟ (⌞ ⌟ *gr. 4, 57, 8* τοῖς ναρκωτικοῖς. *item vertitur neutr. pro subst.*: 4, 88 Aa p. 605 m., quae opium recipiunt, quod a Grecis -a nuncupantur; subvenire ... videntur stuporem reddendo, sed postea laedunt [*gr. 4, 86, 3*]. ALEX. TRALL. 1, 91 [*gr. II 27*]. *al.; cf.* medicamen: ORIBAS. eup. 4, 88 La p. 604 [*gr. 4, 86, 2* τῶν ναρκωτικῶν *tantum*]. ALEX. TRALL. 2, 263 -is et anodinis m. *al.*). syn. 9, 33, 5 La p. 336 -is potionibus (ALEX. TRALL. 2, 214. *al. apud eundem*). ALEX. TRALL. 1, 91 mandragorae sucus vel huic similia, quae sunt -a. 1, 114 -am ... virtutem. 2, 213 multa sunt de opio et ⌞aliis -is⌟ confecta (⌞ ⌟ alia -a *codd.*). 2, 214 antidota ... ea, quaecumque de opio et iusquiamo (*i.* hyoscyamo) conficiuntur, -a a Graecis appellantur. 2, 243 -a epithimata aut inunctiones. 2, 267 hermodactilus non satis est frigidus aut -us. *al. apud eundem.*

**nardeum,** -ī *n.* *a* nardum, *sc. adi. neutr. pro subst.* (*cf. e. g.* myrteum). *i. q. unguentum e nardo confectum*: CE 796, 3 (*christ.*) -i qui sedulo et ambaris odorem ore spirabas.

**nardifer,** -a, -um. *a* nardum *et* ferre. *i. q. nardum ferens*: GRATT. 314 dum *reges luxuriosi Aegypti* ... potant Mareotica, *sc. vina,* ... -umque metunt Gangen vitiisque ministrant. *Spoth.*

?**nardifico,** -āre (*nisi est medii aevi*). *a* nardum *et* facere. *i. q. odore nardi implere, ni fallimur*: HYMN. Hisp. 207, 21 (*a. 588/633?*) pistis -at arba (*i.* arva) ambrosea (nardifica *cod. post corr. et edd. vet.*; p. *vid. esse* πίστις, *i. fides [fort. alluditur etiam hac voce ad nardum, cf. vol. X 1, 2215, 58sqq.], sed* pistīs *p. p. p. verbi q. e.* pinso *intellegit Castro Sánchez, comm. p. 799*; p. -at aura⟨m⟩ ambrosea⟨m⟩ *Gil*).

**[nardificus,** -a, -um *olim afferebatur e l. 48.*] *Blundell.*

**nardifolium** NOT. Tir. 98, 78. *vox e gen.* nardi *et* folium *concreta, cf. vol. VI 1, 1013, 24sq.*

※**nardinus,** -a, -um, νάρδινος (*quod gr. infra resp., nisi aliud adnotavimus*). *in* INSCR. ocul. Voinot *abbreviatur* nardin 189$^{b}$, nardi 85$^{b}$. *al.*, nard 94$^{b}$. *al.*, n 4 *et* 251 (*in capite signaculi iuxta inscr. pleniorem*). [*e coni. inc.* PLAVT. Mil. 823 (824) ⌞deprompsit -i⌟ amphoram cellarius (⌞ ⌟ *Lambinus,* domi sitam ardimi nam *sim. codd.,* dum misit nardum in *Ussing*); *confunditur c.* nardus LIB. pontif. p. 59, 12. 26. 66, 28 (*e coni. dub. p. 56, 8*).]

*i. q. ad nardum pertinens* (*neutr. pro subst. l. 68sqq. 73sqq. et fort. l. 58. p. 53, 7*): **1** *de rebus e nardo confectis*: **a** *de liquido sim., quod nardo condītum est* (*fere de unguento sim.; de vino v. locos dub. vel obscuros l. 58. 70sqq.*): **α** *de unguento quolibet*: unguentum -um (*addere possis p. 56, 8 e coni.*): PLIN. nat. 25, 97 u. ... -is. MARCELL. med. 9, 92 rosa liquida aut u. -o (*e Plin. nat. 24, 21* cum rosaceo aut nardo). 15, 39 CASS. FEL. 28, 5. *neutr. pro subst.*: PLIN. nat. 13, 15 (*tractantur* unguenta *13, 1sqq.*) -um sive foliatum constat ... costo, nardo *eqs.* INSCR. Année Épigr. 1991 n. 332 (*Ostiis; saec. I*) Caesiaes -u(m) p(ondo) VI (triens) (*sunt qui cogitent de vino; in tessera plumbea ut*: 1977 n. 310 [*Iuliae Concordiae; saec. II/III?*] -i p(ondo) XXVII). **β** *de collyrio*: *neutr. pro subst., sc. in signaculis*: INSCR. ocul. Voinot 251$^{d}$ (*aet. Flav.*) Fortunati nard(inum) ad impet(um) *morbi.* 283$^{b}$ (*saec. IV*). 253$^{a}$ C. Iul(i) Stephan(i) nardi(num) len(e) ad epiph(oras). *et saepe.* col-

*[Spoth]*

lyrium -um: PELAGON. 423 c. -um: ... violae ..., spicae nardi *eqs.* (*inde* VEG. mulom. 2, 22, 12. 3, 27, 4). CASS. FEL. 29, 13 c. Zoili -um a Graecis appellatur (*cf.* ALEX. TRALL. 1, 97 c. -um Zoilii [*sic cod. Andecav.*, -diano *Paris., aliter ed. 1504*]). INSCR. ocul. Voinot 293$^{c}$. *al.* **γ** o l e u m -um: *in re medica*: PS. APVL. herb. 131 l. 28 sucus eius *mandragorae* cum o. -o solutum. THEOD. PRISC. log. 27. MARCELL. med. 20, 69 o. -um aut gleucinum. DIOSC. 1, 68 p. 37, 22 (*inter varias species olei*) de -u: o. -o diverse conficitur *eqs.* ORIBAS. syn. 6, 6, 8 Aa p. 9, 2 (*gr.* τὸ νάρδινον *tantum*). 6, 6 add. Aa p. 10, 9 in o. puro vel -o. ALEX. TRALL. 1, 114 ⌊o. -i⌋ modicum (*sic cod. Andecav. al.*, oleum -um *ed. 1504; gr. II 81* νάρδου μύρου). *et saepe.* *cetera exempla*: LIB. pontif. p. 53, 32 farum cantarum ... ante altare, in quo ardet oleus -us p i s t i c u s (p. 54, 1. 66, 28). p. 59, 12 *possessio Aegyptia quaedam praestat* o. -um lib(ras) CCC (*sim.* p. 59, 26. 60, 6. 61, 7. 12. 19).

**b** *de corona e foliis nardi confecta*: PLIN. nat. 1, 21, 8 de sutilibus coronis, de -is (*respicitur 21, 11* e nardi folio).

**2** *de parte nardi herbae*: PELAGON. 114 spicae nardi p(ondo) *tantum*, ... ⌊folii -i⌋ p(ondo) *tantum* (filiinardinio *cod.; inde Hippiatr. gr. I p. 118, 15* φύλλων νάρδου. *cf. etiam Chiron 830* folium nardi).

**3** *de herba vel fructu, qui odore similis est nardo*: PLIN. nat. 15, 55 *pira appellantur* ab odore myrapia, laurea, -a (*cf.* DIOSC. 1, 10 p. 9, 25 *malobathrum* ⌊gustu -o⌋ et non salso [*gr. 1, 12, 2* ναρδίζον ... τῇ γεύσει]). VEG. mulom. 3, 13, 4 casiae dafnitis ..., casiam -am.

*cf. Onom.*

?**nardipisticum** NOT. Tir. 98, 78$^{a}$. *vox dub., fort. orta per errorem ex Ioh. 12, 3* nardi pistici.

?**nardocelticum** (*vel* -us), -ī *n.* (*vel m.*). *compos. e iunctura* nardus celtica (*p. 54, 37*) *ortum esse vid.* *i. q.* *nardus Celtica*: MARCELL. med. 20, 149 nardostachi (uncia una), -i (uncia una) (*nisi est mera corruptela pro* nardi celtici). *cf. etiam formas* nardoceltice *sim. in* GLOSS. *traditas, quas Goetz in indice s. v.* nardus celtica *tractat.*

**nardomyrum,** -ī *n.*, ναρδόμυρον (*quod gr. non legitur*). *nomen unguenti nardo infecti* (*cf. p. 56, 22*): MARCELL. med. 20, 149 -i drag(mae) *tot.* *Spoth.*

**nardos** *v.* nardum (nardus).

※**nardostachys,** -ios (-ys, -ī) *m. et* **nardostachium,** -ī *n.*, ναρδόσταχυς. *scribitur in cod. vet.* Aa -ci- ORIBAS. syn. 2, 3 p. 95, 8. 9, 20, 3 p. 314. *al.* RVF. podagr. 19. 27, -du- ORIBAS. syn. 2, 56, 43 p. 125, 22. 3, 214 add. p. 892 (*sed* -do- 2, 3 p. 95, 8. *al.* RVF. podagr. 19. 27); *codd. rec. etiam e. g.* -ach-, -och-, -stat- *exhibent; in edd. et codd. interdum per duas voces variis modis scribitur, maxime apud* ORIBAS., *e. g. in cod. vet.* Aa: syn. 2, 3 p. 95, 8 -o sta- (-os sta- *As*). 2, 15 p. 101, 21 -os sta- (-os ta- *As*). 2, 56, 43 p. 125, 22 -us sta-. *al.* *de formis: nom. sing.* -ys *non legitur,* -ios *l. 51. 71 sq. al.* (*cf.* -ius *l. 72 sq. et hic illic in* GLOSS.); *gen. sing.* -ios *l. 57 et* RVF. podagr. 19 (*nisi acc.*). ORIBAS. syn. 3, 214 add. Aa p. 892. 3, 69 add. La p. 922 (*nisi nom.; cf. e. g.* -ius *l. 47*, -eos *l. 61*), -ys *l. 58 sq. et* MARCELL. med. 30, 55, -i *l. 60* (-ii *ed. vet.* ALEX. TRALL. 1, 135. 2, 76 *et saepe, sed* -ius *cod. Paris.*, -io *Andecav.*), -io *l. 67 sq. et* ORIBAS. syn. 3, 51 add. La p. 913 (*iuxta* folio); *acc. sing.* -yum *sub 2*, -ius *l. 65* (*et fort. l. 64*), -ios *fort. l. 45; acc. pl.* -ios *l. 63* (*plur. alibi non legitur*). *de notione*: ORIBAS. eup. 2, 1 *N* 1 La p. 491 ⌊-ios spica dicitur⌋ (⌊ ⌋ *gr.* νάρδου στάχυς, *Aa* spica nardi). ISID. orig. 17, 9, 3 nardus herba est spicosa, unde et a Graecis ναρδόσταχυς appellata (*litt. lat. codd., e. g.* -acus, -acos). GLOSS. nardostachyos: spica nardi. spicus. id est nardi spica nigra. *al.*

*genus herbae, q. e. spica nardi (nar v. André, Les noms de plantes, 1985, 170; accedit adi.* Indicus *l. 73); adhibetur*: **1** *in re medica*: **a** *in compositione sim.*: FRG. Ps. Apul. herb. l. 19 -ios uncia (una). MARCELL. med. 20, 115 rapae seminis, -ys, iunci seminis ..., omnium supra scriptarum specierum uncias singulas. 20, 128 -ys, cassiae ... singulas semiuncias. 20, 149 (*ad stomachum componendum*) -i *tantum.* PS. DIOSC. herb. fem. 59 l. 17 -eos *tantum* ..., mellis Attici *tantum.* RVF. podagr. 27 -ios, murra, gentiana ..., aequali pondere. ORIBAS. syn. 9, 20, 3 Aa p. 314 absenti comas et -ios utrosque (*gr.* νάρδων ἀμφοτέρων, *La* nardus ambus). 9, 24, 22 La p. 328 (*potio*) amilo *tantum* ..., -ius et appii semen (*gr.* νάρδου ἀνά, *Aa* spica nardi). 9 add. La p. 401 recipit ... -ius, xilobalsamo, masticem *eqs.* PHILAGR. med. 4 p. 177, 5 (= frg. 188 l. 561 Mas.) quod *medicamen* recipit: -io (-ii *var. l.*), capparis radicis cortice, miricis foliis ... ana drachm(as) *tot.* ALEX. TRALL. 1, 97 (*bis*) -io *tantum* (*gr. II 37 et 39* ναρδοστάχυς, *cod. Paris.* -io ... -ius, *Oxon.* -ii ... -io). *al.* **b** *cetera exempla* (*gr. resp.* νάρδου στάχυς): ORIBAS. syn. 2, 3 Aa p. 95, 8 *calefaciunt* foliu, -ios, nardus Celtices (*La* spica nardi, *ut*: 2, 15 Aa p. 101, 21 *desiccat* -ios). 2, 56, 43 Aa p. 125, 22 (*sim.* La) -ius optimus est recens, levis *eqs.* 9, 15, 11 add. Ab p. 299 -ius Indicus potus.

**2** *in re coquinaria*: APIC. 7, 6, 8 ius in copadiis: piper ..., mentam, -yum, folium *eqs.* (*sim.* 8, 2, 7 [*embamma*] piper, -yum, folium *eqs.*).

**[nardua,** -ae *f.*, *e falsa vocum divisione* ORIBAS. syn. 6, 6 add. Aa p. 10, 15 cera et ⌊-ae, qualia⌋ pondera (*Ab p. 102* nardo equalea).**]** *Ottink.*

**I** *praevalente notione referendi, exponendi* (*cf. p. 72, 23*): **A** *generatim*: **1** *usu communi; narrantur*: **a** *res gestae, eventus sim.*: **α** *varia exempla*: Ⓘ *respicitur comoedia*: TER. Andr. 709 quo hinc te agis? :: verum vis dicam? :: immo etiam; -is incipit mi initium (*ambigi potest, an alludatur ad usum fere techn., cf. p. 65, 17sqq.*). CIC. de orat. 2, 327 quam longa est -o! (*sc. Simonis, Ter. Andr. 51sqq.; seq. p. 72, 54*). DON. Ter. Andr. 28, 2 haec scaena pro argumenti -e proponitur, in qua fundamenta fabulae iaciuntur (*cf. de parte fabulae scaenicae*: 957, 2 hoc colloquium ... inducitur, ut una -e etiam negotium Charini transigi possit). CHAR. gramm. p. 297, 14 (*e Romano; verba Acronis*) transitum fecit ad -em (*respic. Ter. Ad. 40sqq.*). EVGRAPH. Ter. Eun. 107 brevitas ... in -e servanda est; ... scimus ... in -e rationem futuris quaestionibus collocari. *al.* Ⓘⓘ *vario respectu*: CIC. Brut. 89 ex hac Rutili -e suspicari licet *eqs.* (*cf. 85* me ex P. Rutilio Rufo audivisse). Att. 6, 2, 3 *Dicaearchus* in Trophoniana Chaeronis -e Graecos ... reprehendit. VAL. MAX. 1, 8 ext. 3 miserabilior ... sequentis casus -o: ... uxor *quaedam eqs.* (*cf.* 3, 8, 3 -e insequenti. 4, 3 ext. 3 -o, quae sequitur. *cf. p. 64, 44*). 6, 8, 6 brevis huius facti -o, *sc. antea narrati.* PHAEDR. 1, 12, 2 testis haec -o est: ad fontem cervus *eqs.* (*de apologis Aesopiis ut*: 4, 5, 2. 5, 2, 14). GELL. 5, 18, 1 cum utrumque sit rerum gestarum -o, *sc. et historia et annales.* APVL. met. 4, 27, 8 (*loq. anus*) ego te -bus lepidis anilibusque fabulis ... avocabo. RVFIN. hist. 1, 1, 4 *res* historica -e in unum corpus redigere ([*gr.* δι' ὑφηγήσεως ἱστορικῆς]. 1, 5, 1 ea, quae h. -em debuerant anteire [*gr.* ἱστορίας]. AVG. doctr. christ. 2, 109. *cf. p. 63, 6. 14*). AVG. civ. 19, 12 p. 373, 23 qualem *semihominem* canit poetica et fabulosa -o (conf. 1, 14, 23 suavitates graecas f. -um, *sc. Homeri.* MACR. somn. 1, 2, 9 -o f., non fabula, ut sunt caerimoniarum sacra, ut Hesiodi *eqs.* 1, 2, 10. *cf. p. 63, 58. 61*). *al.* *de traditione*: AVG. quaest. hept. 1, 25, 2 *Abraham liberatus ex igne Chaldaeorum,* etsi in scripturis non legitur, iudaica tamen -e traditur (*aliter p. 63, 55sqq.*).

**β** *apud eccl. de historiis sim. in sacris script. relatis*: TERT. adv. Hermog. 26, 2 (*respic. gen. 1, 1sqq.*) utique sic decet -em inire: primo

praefari, postea prosequi, ⟨ante⟩ (*add. Waszink*) nominare, deinde describere. IREN. 5, 28, 3 (*ad gen. 2, 1sq.*) hoc ... est et ante factorum -o, quemadmodum facta sunt, et futurorum prophetia. HIL. in Matth. 1, 2 non ... levis causa est, ut aliud in -e sit, aliud fuerit in gestis (*de genealogiis variis, cf. Matth. 1, 1sqq. et I par. 3, 10sqq.*). RVFIN. Orig. in gen. 2, 6 p. 38, 2 ex ipsa *bibliotheca* -es historicas disce (*cf. l. 14. p. 62, 65 et* 8, 7 p. 82, 9 ex ipsa historiae -e [*gen. 22, 1sqq.*]). in num. 18, 4 p. 173, 25 -o *euangelica* (AVG. cons. euang. 3, 2, 7. 3, 7, 31. *al.; cf.* 2, 12, 29 euangelistarum [grat. Christ. 45, 49. *al.*]. 4, 8, 9 euangelii [LEO M. serm. 64, 1. *cf. l. 26*]. LEO M. serm. 35, 2 scripturarum -e. 52, 1 sacra -o). AVG. civ. 16, 32 p. 178, 16 secundum -em Stephani (*sc. act. 7, 4*). *al.* *opp.* -o historica *sim. sensui spiritali, allegorico* (*parabolae l. 17*): PHILO quaest. in gen. 4, 158 (*ad 25, 24*) dictum constat pro parte -is, intellectus vero subtilis hoc sapit. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 48, 2 *historica* -o ([*gr.* τὸ σωματικόν. *opp.* quae *scripturae* ... intrinsecus contegunt sacramenta]. Orig. in gen. 7, 2 p. 72, 5. AVG. civ. 13, 21 tit. *ut paradisus* spiritale aliquid intellegatur, salva veritate -is h. de corporali loco. quaest. hept. 2, 164 non parabola, sed h. -o. *al.; cf. l. 6. p. 62, 65 et* RVFIN. Orig. in exod. 2, 1 p. 154, 27 secundum historiae -em [*item* in num. 11, 2 p. 79, 26 *ubi* -o h. cum mystica expositione conveniat]. ORIG. in Matth. ser. 27 p. 46, 21 historiales -es [*postea*: simplices historiae; *opp.* spiritalis ... sensus]). ORIG. in Matth. ser. 27 p. 46, 2sqq. ut -o ... secundum historiam simplicem sit corpus, spiritalis autem sensus ... sit anima et spiritus, qui inhabitat in -bus simplicioribus secundum historiam (*item* simplex: p. 46, 12. 48, 2sq. litteram ... euangelii qui sequuntur, id est s. -em ipsius, salvantur, quoniam ... euangelii -o s. sufficit simplicioribus ad salutem). *al.*

**b** *res variae* (*subaudiendae e. g. l. 36. 38; deus l. 31, homo l. 39*): QVINT. decl. 283, 2 *filios,* quos abdicant patres, sine -e culpae abdicare non possunt. PAVL. dig. 50, 17, 1 regula est, quae rem, quae est, breviter enarrat; ... per regulam ... brevis rerum -o traditur. VET. LAT. Sirach 6, 35 in multitudine presbyterorum ... sta, ... ut omnem -em ⌞dei⌟ possis audire ([⌞ ⌟ *gr.* θείαν]. *sim.* 8, 9 ne despicias -em presbyterorum [*gr. resp.* διήγημα *ut* 8, 11]. *cf.* 39, 2 -em [enarr- *var. l.*] virorum nominatorum conservabit). TERT. adv. Val. 6, 2 quamquam ... distulerim congressionem, solam interim professus -em. IREN. 1, 31, 4 l. 63 occurrentes omnibus sententiis *haereticorum* secundum -is *ordinem* (CASSIAN. inst. 4, 1 -is nos ordine provocante. conl. 1, 23, 2. *al.*). PS. CYPR. rebapt. 15 p. 87, 33 veniamus ... ad probationem -is propositae. DON. Ter. Phorm. 362B, 5 (*describitur homo*) argumentalis -o dicitur, quae nunc subiecta est et ad fidem faciendam et ad constituendam personam defensoris. CASSIAN. conl. 16, 28 haec de amicitia beatus Ioseph spiritali -e disseruit. ENNOD. epist. 3, 8, 2 p. 77, 7 pauper est caritas, in cuius -e sermo non deficit. *al.* *in imag. vel compar.*: ORIG. in Matth. ser. 22 p. 38, 10 omnis ... sermo, per quem potamur spiritaliter, vel omnis -o, per quam enutrimur, vasa sunt potus et cibi (*subest Matth. 23, 25 ut*: p. 38, 17 calix -is ... a foris mundatus est). 37 p. 281, 27 facientes -em quasi spongiam quandam adinplentes eam non de verbo potabili (*subest Matth. 27, 48*).

**2** *accedunt colores secundarii, ut vox vergat in notionem q. e.*: **a** *rumor (contumeliosus), fama sim.* (*gr. resp.* διήγημα): VET. LAT. deut. 28, 37 (cod. 100) eris ... ⌞in enigmat[a]e et in parabola et in -e⌟ in omnibus gentibus (⌞ ⌟ *Vulg.* in proverbium ac fabulam). II par. 7, 20 (cod. 109) dabo eam *domum* (*i. templum*) in parabolam et in -em omnibus populis (*Vulg.* exemplum). **b** *confabulatio, vaniloquentia sim.* (*cf. etiam p. 62, 68*): RVFIN. Orig. in gen. 3, 6 p. 48, 26 confer ... haec nostra cum vestris *iudaicis* fabulis et -bus foetidis (*pendet e Tit. 1, 14* non intendentes i. fabulis et mandatis hominum aversantium se a veritate, *ut*: in exod. 3, 2 p. 165, 6 *si* historiae textum i. -bus nectas, non occurristi Moysi. in num. 13, 4 p. 112, 10 fabulosis et i. -bus [*opp.* rationalibus et dignis divina lege ... sensibus]. *aliter p. 62, 72*). PHYSIOGN. 86 ἀδόλεσχοι ... sunt otiosi homines ... ineptis ... -bus studentes et stolidis. LEO M. serm. 16, 5 dum fabulosis -bus *Manichaeorum* incautus delectatur auditus. **c** *explanatio, interpretatio* (*fort. pro* enarratio, *cf. vol. V 2, 550, 4sqq.*): DIG. de confirm. dig. 6[a] *cum* nihil tam peculiare fuerat quam ⌞ut⌟ legatis ... legis Falcidiae -o, fideicommissis autem senatus consulti Trebelliani *eqs.* (⌞ ⌟ *delendum putat Mommsen, 'nisi* adiungeretur *excidit'; gr.* λόγος). OP. imperf. in Matth. 52 p. 929[extr.] (*respic. 25, 1sqq.*) nunc veniamus ad spiritualem ⌞eius *parabolae*⌟ -em (*gen. obi.; an gen. subi., ut -o sit fere i. q. intellectus, significatio? cf. antea: etsi* spiritualem intellectum habeat parabola). ?**d** *enumeratio*: INST. Iust. 3, 6, 9 necessarium duximus post -em graduum etiam eos praesenti libro inscribi.

**B** *speciatim et fere technice*: **1** *in arte oratoria* (*psalmidica sub bβ. ad rem v. Martin, Antike Rhetorik, 1974, 75sqq., et Calboli Montefusco, Exordium, -o, epilogus, 1988, 33sqq.; variat c.* expositio *e. g. p. 64, 10sqq. 19,* explicatio *p. 64, 15sqq.*): **a** *pertinet ad orationem, imprimis iudicialem* (*v. e. g. p. 64, 7. 11. 14. 18sq. et cf. sub bα; genera -is distingu.* RHET. Her. 1, 8, 12sq. CIC. inv. 1, 27. *al., v. l. 9sqq. 71sqq. p. 65, 18sqq.*): **α** *usu strictiore de certa parte orationis*: Ⓘ *in doctrina*: *enumeratur* -o *inter ceteras partes orationis*: RHET. Her. 1, 3, 4 exordium, -em, divisionem, confirmationem, confutationem, conclusionem. *al.* CIC. inv. 1, 19 exordium, -o, partitio, confirmatio, reprehensio, conclusio. QVINT. inst. 3, 9, 1 prohoemium, -o, probatio, refutatio, peroratio (*antea*: nunc de iudiciali genere). *al.* MART. CAP. 5, 506 post principium -o partitio propositio argumentatio conclusio epilogusque. *al.* *definitur* -o: RHET. Her. 1, 3, 4 -o est rerum gestarum aut proinde ut gestarum expositio (*sim.* 1, 8, 12 [*postea: unum genus -is* pertinet ad eas causas, de quibus iudicium futurum est]. 3, 13, 23 CIC. inv. 1, 27. QVINT. inst. 4, 2, 31 -o est rei factae aut ut factae utilis ad persuadendum expositio [*seq. l. 20*]. PRISC. rhet. 2, 5 p. 552, 11 [*gr.* διήγημα]. MART. CAP. 5, 550 iudicialis ... -o est *eqs.; al., cf. p. 65, 40sq.*). CIC. inv. 1, 28. part. 13 est ... -o praeteritarum rerum aut praesentium. 31 -o est rerum explicatio et ... quasi sedes et fundamentum constituendae fidei. 121 -o ... accusatoris erit quasi membratim gesti negotii suspiciosa explicatio. QVINT. inst. 4, 2, 1 ut ... res, de qua pronuntiaturus est *iudex,* indicetur: haec est -o (*2* expositionem). 4, 2, 11 duas esse in iudiciis -um species existimo, alteram ipsius causae *eqs.* (*opp. p. 65, 5*). 4, 2, 31 (*antea l. 12*) -o est ..., ut Apollodorus finit, oratio docens auditorem, quid in controversia sit. 4, 2, 79 -o est probationis continua propositio, rursus probatio -i congruens confirmatio. *al.* *praecipiuntur usus, qualitates sim. -is* (*cf. p. 62, 46sqq.*): RHET. Her. 1, 9, 14 tres res convenit habere -em: ut brevis, ut dilucida, ut veri similis sit (*sim.* 2, 2, 3 defensoris -o simplicem et dilucidam expositionem debet habere. *al.* CIC. de orat. 2, 80 ut veri similis -o sit, ut aperta, ut brevis. *al.* QVINT. inst. 4, 2, 31. *al.*). 3, 13, 23 sermo dividitur in partes quattuor: dignitatem, demonstrationem, -em, iocationem (*de modo narrandi ut*: 3, 14, 24 *cum* est sermo in -e, vocum varietates opus sunt; ... si qua inciderint in -em dicta, ... animum advertemus, ut ... sensus atque animos voce exprimamus. 3, 15, 26. QVINT. inst. 4, 2, 62 non magis proprium -is est magnifice dicere quam miserabiliter, invidiose, graviter, dulciter, urbane. 4, 2, 116 -em ... gratia et venere exornandam puto. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 164 -o ... extenta atque maiore *voce promatur*). *al.* CIC. de orat. 2, 326 *brevitas* eam virtutem, quae -is est maxima, ut iucunda et ad persuadendum accommodata sit, tollit. *al.* SEN. contr. exc. 4, 3, 3 Asinius Pollio dicebat colorem in -e ostendendum ...; non prudenter facere eos, qui in -e omnia instrumenta coloris consumerent. QVINT. inst. 2, 13, 5 constricta an latius fusa -o, ... causae docebunt. *al.*

(II) *exempla cetera*: Ⓐ *vario respectu*: RHET. Her. 1, 7, 11 *exordium* vitiosum est ..., quod non ex ipsa causa natum videatur, ut proprie cohaereat cum -e. *al.* CIC. inv. 2, 45 gesti negotii et suam et adversarii -em saepe et diligenter *pertractare. al.* SEN. contr. 1, 1, 21 Syriacus Vallius durum sensum videbatur non dure posuisse in -e sic: *eqs.* (*sim. sequitur -o*: 1, 2, 7 Cesti Pii -o: *eqs.* [*item accedit gen. nominis*: 1, 3, 2. 1, 3, 5 Argentari. 1, 3, 6 Pompei Silonis. *ibid. iterum.* 2, 1, 3]. 2, 6, 9 in -e hunc colorem habuit: *eqs.; al., cf. p. 62, 59sq.*). 1, 1, 25 Hermagoras in hac controversia transit a prooemio in -em eleganter; ... ex altera parte transit a prooemio in -em Gallio. 2 praef. 1 principia, argumenta, -es aride dicebantur. QVINT. inst. 4, 2, 4 sunt ... quaedam tam breves causae, ut propositionem potius habeant quam -em. *al.* TAC. dial. 22, 3 *Cicero* lentus est in principiis, longus in -bus. *al.* *in titulo declamationis*: QVINT. decl. 298, 4 (*in parte codd. ut* 301, 2. 305, 4). 332, 3 -o (*del. Aerodius*). 333, 6. 388, 3. Ⓑ *respicitur expositio causae in litis contestatione sim. (cf. p. 62, 40. 63, 29; opp.* responsio *l. 60,* contradictio *l. 61; ad rem v. Kaser-Hackl, Zivilprozeßrecht, 360sq.): actorum*: COD. Iust. 3, 9, 1 (*a. 202*) lis ... tunc videtur contestata, cum iudex per -em negotii causam audire coeperit. 1, 22, 2 (*a. 294*) sive in iuris -e mendacium reperiatur sive in facti sive in tacendi fraude. 2, 58, 2 pr. neque actorem neque fugientem ... exercere certamina, nisi post -em et responsionem ... subeant iusiurandum. 3, 1, 14, 4 post -em propositam et contradictionem obiectam. PAP. Corp. 244, 11 si contra reum -o falsi eligitur. *al.* *variorum*: AGENN. grom. p. 29, 9 expositivus est effectus controversiae, quotiens ... partium magis exigit -es, per quas exponendum sit, quo[d in] rigore termini desi⟨n⟩t. COD. Iust. 6, 4, 3 pr. si quis patronorum ... huiusmodi -em conceperit ..., ut liberti eorum a iure patronatus liberentur *eqs.* 7, 62, 39, 1[a] caveant tam litigatores quam libellorum, *i. refutatoriorum,* dictatores verbosis uti adsertionibus ..., sed haec sola eis inscribere, quae compendiosa -e causas provocationis possunt explanare.

**β** *usu laxiore de minoribus partibus orationi inserendis*: Ⓘ *de exemplis sim.*: RHET. Her. 1, 8, 12 alterum genus est -is, quod intercurrit nonnumquam aut fidei aut criminationis aut transitionis aut alicuius apparationis causa (*sim.* CIC. inv. 1, 27 in quo *genere -is* digressio aliqua extra causam aut criminationis aut similitudinis aut delectationis ... aut amplificationis causa interponitur. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 19

[Schrickx]

p. 201, 31 sqq.). Cic. de orat. 2, 169 utroque in genere et similitudinis et dissimilitudinis exempla sunt ex aliorum factis aut dictis aut eventis et fictae -es saepe ponendae ([*cf. top. 45* f. ... exempla]. Qvint. inst. 4, 2, 19 f. ... -o introduci solet, vel ad concitandos iudices *eqs.*; *cf. l. 10*). Qvint. inst. 4, 2, 11 alteram *speciem -is* in rerum ad causam pertinentium expositione (*opp.* ipsius causae *ut p. 64, 20 et* 4, 2, 17 sunt pertinentes ad causam, sed non i. c. -es, vel exempli gratia ... vel discutiendi alicuius extrinsecus criminis ... vel augendi. Mart. Cap. 5, 551 -um aliae sunt i. c. et negotii, aliae incidentes). Ⓘ *de fabellis iocosis*: Cic. de orat. 2, 240 salsa ac ... a te ipso ficta tota -o (*antea*: fabella). 2, 244. 2, 264 rerum *genera faceta* plura *quam verborum* sunt eaque magis ... ridentur; in quibus est -o, res sane difficilis; ... ad hoc genus adscribamus etiam -es apologorum. Qvint. inst. 6, 3, 42 in narrando ... Cicero consistere facetias putat ...; cuius *Afri Domitii* orationibus complures huius modi -es insertae reperiuntur.

**b** *pertinet ad alia litterarum genera* (*sc. extra causas, sed cf. l. 20. 33 sqq.*): **α** *varia* (*v. Barwick, Hermes 63, 1928, 261 sqq.*): Ⓘ *in distinctionibus*: Rhet. Her. 1, 8, 12 sq. tertium genus *-is* est id, quod a causa civili remotum est, in quo tamen exerceri convenit, quo commodius illas superiores -es in causis tractare possimus; (13) eius -is duo genera sunt, unum, quod in negotiis, alterum, quod in personis positum est; ... *illud* tres habet partes: fabulam, historiam, argumentum (*sim.* Cic. inv. 1, 27 *quod genus* cum exercitatione dicitur et scribitur. Mar. Victorin. rhet. 1, 19 p. 202, 12 sqq.). Qvint. inst. 2, 4, 2 -um, excepta qua in causis utimur, tris accepimus species, fabulam, quae versatur in tragoediis atque carminibus ..., argumentum, quod ... comoediae fingunt, historiam, in qua est gestae rei expositio. Grill. in Cic. inv. 1, 2 l. 31 sqq. -um multa sunt genera; nam et digressio -o est et fabula -o est et argumentum et historia -es sunt; et hoc ergo caput -is est. Prisc. rhet. 2, 5 p. 552, 13 species ... -um quattuor: fabularis, fictilis, historica, civilis (*gr.* διηγήματος). Mart. Cap. 5, 550 -um genera sunt quattuor: historia, fabula, argumentum, negotialis vel iudicialis assertio. Ⓘ *exempla cetera*: Qvint. inst. 2, 1, 8 a -bus ... cura eius *rhetoris* desideratur (*respiciuntur pueri in omnibus generibus instituendi ut*: 2, 4, 15 -es stilo componi. 2, 4, 18. Svet. rhet. 25, 8 -es cum breviter ac presse tum latius et uberius explicare. *cf. l. 19. 23*). Mar. Victorin. rhet. 1, 20 p. 203, 23 illi -i, quae extra civiles causas est (*opp. ibid.* -i oratoriae).

**β** *psalmorum partes* (*opp.* deprecatio *l. 44*): Hier. epist. 65, 8, 1 '...' (*psalm. 44, 3*); finito prohoemio hinc -is exordium est. Cassiod. in psalm. 6, 1 l. 68 in exordio *psalmi* ...; -o vero est ad causam probabilem faciendam rerum gestarum ... expositio (*sim.* 135, 5 l. 97). 18, 1 l. 11 prima -o eius *prophetae* laudat domini praedicatores ..., tertia ab ... vitiis purgari se ... deprecatur. 29, 1 l. 15 prima -e ... gratias agit. 118, 44 l. 787 isti et alii versus ... non habent deprecationem, sed -em; superius enim petiit ..., *hic* gratias agit. 135, 5 l. 97 usque ad finem psalmi laus depromitur per -em praeconialem. *al. apud eundem.*

**2** *in institutione catechizandorum rudium* (*disting.* disputatio *l. 54*): Avg. catech. rud. 1, 1 *in catechizandis rudibus Deogratias dubitat,* unde exorienda, quo usque sit perducenda -o, utrum exhortationem aliquam terminata -e adhibere debeamus. 2, 13 quomodo sit varianda -o, ut aliquando brevior, aliquando longior, semper tamen plena atque perfecta sit. 3, 1 -o plena est, cum quisque primo catechizatur ab eo, quod scriptum est: '...' (*gen. 1, 1*) usque ad praesentia tempora ecclesiae (*sim.* 6, 4). 6, 6 ut relicto -is tractu cor nostrum et lingua in nodos difficilioris disputationis excurrat. *al. in eodem opere.*

**II** *praevalente notione dicendi, loquendi (cf. p. 74, 66 et* enarratio *vol. V 2, 550, 36 sqq.); fere i. q.*: **A** *sermo* (*exempla certiora; vergere potest ad notionem q. e. blateratus l. 60. 61. 64* [*cf. p. 67, 44. 72, 6*]): Vet. Lat. Sirach 9, 23 sit ... omnis -o (enarr- *var. l.*) tua in praeceptis altissimi. 21, 19 -o fatui quasi sarcina in via *est* (*gr.* ἐξήγησις). 22, 6 *ut* musica in luctu importuna -o *est.* 27, 14 -o peccantium odiosa *est.* 38, 26 -o (enarr- *var. l.*) eius *aratoris* in filiis taurorum. Rvst. Help. hist. testam. 21 consona diversas fundit -o linguas (*subest act. 2, 1 sqq.*). Ennod. epist. 7, 12, 1 p. 180, 18 supra errorem est prolixa -o rusticantis. *al.* **B** *effatio, elocutio sim.*: Canon. Turner I p. 361 trinitatis -o gloriae si excedit *eqs.* (*antea*: in enarranda gloria). **C** *vox, clangor* (*sc. avium*): Exc. barb. p. 238, 9 avium -es et opupas (*i. upuparum?*) adnuntiationes et equorum hinnos (*i. hinnitus*) discebat *Faunus rex.*

*appendicula syntactica* (*exempla notabiliora*): **1** *quis narret, indicatur per*: **a** *gen. (pron. poss. l. 72)*: *personae*: Rhet. Her. 2, 2, 3 accusatoris (Cic. part. 121). *ibid.* defensoris. Cic. inv. 2, 45 suam (*item c. pron. poss.*: Qvint. decl. 388, 5 nostra. Vet. Lat. Sirach 9, 23 tua. *al.*). *ibid.* adversarii (Fortvn. rhet. 2, 16. 19 Ivl. Vict. rhet. p. 73, 15). Brut. 89 Rutili (*item c. gen. nominis*: Att. 6, 2, 3 Chaeronis. Sen. contr. 1, 2, 7 Cesti Pii. *al., e. g. p. 64, 45 sq.*). *al.* *rerum* (*cf. p. 63, 67*): Avg. cons. euang. 4, 8, 9 euangelii (Leo M. serm. 64, 1 Orig. in Matth. ser. 27 p. 48, 3). Leo M. serm. 35, 2 scripturarum. **b** *adi.*: Rvfin. Orig. in gen. 3, 6 p. 48, 26 iudaicis (Avg. quaest. hept. 1, 25, 2. *al., p. 63, 55*). in num. 18, 4 p. 173, 25 euangelica (*al., v. p. 63, 7*).

**2** *quid narretur, indicatur per*: **a** *gen. rerum* (*personae v. p. 63, 31*): Rhet. Her. 3, 4, 7 rei (Cic. part. 13 Qvint. inst. 3, 8, 10. 4, 2, 20 Pavl. dig. 50, 17, 1 Gell. 5, 18, 1. *al.*). Cic. inv. 2, 45 negotii (Cod. Iust. 3, 9, 1 [*a. 202*]. Mar. Victorin. rhet. 1, 19 p. 202, 32. *al.*). de orat. 2, 264 apologorum. Val. Max. 1, 8 ext. 3 casus. 6, 8, 6 facti (Cod. Iust. 1, 22, 2 [*a. 294*]. Macr. Sat. 5, 13, 17). Qvint. inst. 4, 2, 17 causae (Mar. Victorin. rhet. 1, 19 p. 201, 26 Ivl. Vict. rhet. p. 74, 14. 75, 14. *al.*). decl. 283, 2 culpae. *al.* **b** *adi.*: Cic. Att. 6, 2, 3 Trophoniana. Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 48, 2 historica (*al., v. p. 62, 65. 63, 14*). *al.* **c** *praepos.*: de: Vet. Lat. Luc. 1, 1 (cod. 5. *al.*). Serv. auct. Aen. 2, 506 Rvfin. hist. mon. 26 Avg. civ. 13, 21 tit. epist. 200, 1 Cassian. conl. 5 tit. 2. *al.* in *c. abl.*: Vet. Lat. Sirach 9, 23 (*gr. resp.* ἐν *ut* 38, 26). **d** *enunt. secund.*: Iren. 5, 28, 3 ante factorum -o, quemadmodum facta sunt. Hier. hom. Orig. in Luc. 11 p. 71, 4 ista -o, quoniam prima descriptio universi orbis sub Caesare Augusto fuerit *eqs.*

*deriv.*: narratiuncula. *Schrickx.*

**narrātīvē** *v.* narrativus.

**narrātiuncula,** -ae *f.* *a* narratio *demin.* Not. Tir. 43, 63 -a.

*i. q. parva narratio*: **1** *generatim*: Qvint. inst. 1, 9, 6 (*fort. contemptim*) -as a poetis celebratas *apud grammaticos* notitiae causa, non eloquentiae tractandas puto; cetera maioris operis et spiritus *eqs.* (*cf. p. 65, 25*). Avg. doctr. christ. 4, 43 *Paulus* interposita -a ... requiescere auditorem facit ...; quo modo periclitatus fuerit ..., brevissime narrat (*sc. II Cor. 11, 32 sq.; l. 31*). Sidon. epist. 2, 9, 6 prandebamus ...; inter bibendum -ae, quarum cognitu hilararemur, institueremur.

**2** *speciatim*: **a** *quae in oratione iudiciali profertur, sc.: quolibet modo inseritur*: Plin. epist. 6, 33, 8 *oratio mea* -is pluribus et eloquendi varietate renovatur. Schol. Cic. Bob. p. 126, 12 (*ad Sest. 6*) διήγησις: ad commendationem personae proficiens -a suptiliter adquirit personae, quod ⟨d⟩esse videbatur (*respici vid. brevis expositio vitae patris P. Sesti*). *res gestas ad causam spectantes exponit*: Ivl. Vict. rhet. p. 73, 9 'ille, cum illi inimicus esset ..., circa illum locum, nocte ... gladio eum transfixit': haec -a habet omnia, et personam et tempus et *cetera* ...; sed haec tamen frustra erunt, nisi certa ratione ponantur *eqs.* **b** *quae legitur, dum monachi cibum sumunt* (*sc. fere lectio divina, cf. e. g. Caes. Arel. serm. 1, 17*): Vita Caes. Arel. 1, 62 p. 323, 1 ad prandium ... et ad cenam mensae suae sine cessatione cotidie legebatur ...; obliviosi ... *fuerunt multi,* dum pauci ... commissam -am potuerant ... replicare.

**narrātīvus,** -a, -um. *a* narrare. [*falsa var. l. pro* enarr- Diom. gramm. I 426, 16.]

*i. qui narrationem continet complectiturve*: **1** *in arte gramm. pertinet ad*: **a** *enuntiatum, sententiam*: Don. Ter. Andr. 459, 3 ('ita pol quidem res est') ⌊productio⌋ est -a ad explendum modo potius iusiurandum (⌊ ⌋ *i. amplificatio, quae distingui vid. a mera exclamatione vel invocatione*). Serv. auct. Aen. 1, 1 est poeticum principium ... -um 'urbs antiqua fuit' ([*disting.* professivum *et* invocativum]. *sim.* Brev. Expos. Verg. georg. prooem. p. 198, 8 secunda invocatio numinis ...; tertia expositio materiae -a, ut 'urbs antiqua fuit' *eqs.*). **b** *genus poeseos*: Gramm. VI 274, 7 poeseos genera sunt tria: actuale, -um, coniunctivum (*cf. vol. V 2, 550, 47 sqq.*).

**2** *in arte rhet. pertinet ad orationem iudicialem (v. p. 63, 75), sc. ad narrationem*: *rerum gestarum ad causam spectantium*: Fortvn. rhet. 2, 19 est ... hypodiegesis, quando quaestionem -o modo adprobamus; est et catadiegesis, cum sola narratione materia continetur, quae in his controversiis conlocatur, in quibus tota oratio -a est. *orationi insertam*: Empor. rhet. p. 567, 1 *orationi* misceri -um ... exemplum vel historicum (*antea*: exemplum horribilium fabularum).

*adv.* **narrātīvē.** *i. q. modo narrativo*: Don. Ter. Andr. praef. 2, 2 ut *Terentius* ... a novissimis argumenti rebus incipiens initium fabulae et originem ⌊-e⌋ reddat spectatoribus, *sc. cum inducit Simonem liberto, quae gesta sint, narrantem* (⌊ ⌋ -tione, -tionis *var. ll.*). Eun. 473, 1 ('quam liberali facie!') non -e laudat, sed ⌊per interrogationem⌋ (*pertinere vid. ad v. 475* numquid habes, quod contemnas?).

※**narrātor,** -ōris *m.* *a* narrare. *legitur apud* Cic., Sil. (*in poesi ut* Prosp., Drac.), Qvint. *et inde a* Symm. (*27^ies apud* Avg.). [*confunditur in codd. e. g. cum* narratio Avg. civ. 16, 4 p. 129, 8 quaest. hept. 2, 164. *al.,* enarrator Symm. epist. 8, 68 (*in falsa var. l.* Gell. 18, 4, 2 Symm. epist. 7, 49); *olim legebatur* Tac. ann. 16, 2, 2.]

*i. qui narrat* (-r *accedit ad subst. e. g. p. 67, 18. 27 sqq.; quid narretur, indicatur per gen. e. g. p. 67, 7. 22 sqq.; saepius periphrasin formarum verbi q. e.* narrare *suspiceris, imprimis usu praedic.* [*sc. in iunctura* -r est *sim.*

[Spoth]

*e. g. l. 7. 23. 31. 33. 36. 51, v. etiam l. 21. 32. 53. 60]; ponitur haud raro iuxta alia subst. in* -tor *desinentia, e. g. l. 9sqq. 34. 40* [*opp. e. g.* exornator *l. 6,* laudator *l. 54 et* Avg. mor. eccl. 31, 64]): **1** *referuntur potius actiones, eventus, status*: **a** *de eo, qui quem certiorem facit, nova docet*: α *scribendo libros sim.*: *quoslibet*: Cic. de orat. 2, 54 addidit maiorem historiae sonum ... Antipater; ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo -es fuerunt (*item de rerum scriptoribus sim.*: Cassiod. var. 7, 15, 4 ferunt prisci saeculi -es fabricarum septem ... terris adtributa miracula). Avg. de mend. 10, 17 p. 437, 1 dissertori ... atque praedicatori rerum aeternarum vel -i aut pronuntiatori rerum temporalium. mor. eccl. 31, 68 super -is simplicitatem cothurnum etiam laudatoris *addere*. Prosp. carm. de ingrat. 388 scriptor, -r et auctor. Aster. ad Renat. 29 ne malivoli potius quam -is videar uti persona. *sacram script.*: Avg. civ. 16, 4 p. 129, 8 (*de gen. 11, 1sqq.*) ⌞redit⌟ ... -r ad illud tempus, quando *eqs.* (⌞ ⌟ *describitur cursus narrationis ut e. g.* quaest. hept. 7, 3 -r, quod postea factum est, praeoccupavit). cons. euang. 3, 25, 71 p. 371, 4 veracissimo -i (*cf. e. g.* gen. ad litt. 11, 1 p. 335, 4 a fide -is). gen. ad litt. 11, 31 p. 364, 28 euangelista -r. quaest. hept. 1, 76 exsequitur ... -r ... eius *Isaac* divitias. serm. 223A, 1 coll. Morin p. 12, 1 -r operum famulus dei Moyses (*sim.* Ps. Orig. hom. in Matth. 2, 5 p. 252, 16). *al. apud eundem.* β *nuntiando*: Sil. 6, 530 Carthagine remissus in urbem -r poenae, *sc. a Regulo subitae,* ... reverti. Symm. epist. 8, 68 quorum *actuum* testis atque -r Euscius fuit (*cf.* Avg. epist. 194, 2 non solum advectorem scriptorum tuorum, verum etiam -em testemque factorum). Clavd. Don. Aen. 2, 170 p. 171, 8 falsus ... -r, *sc. Sinon.* Leo M. epist. 43, 1 Conc.[S] II 4 p. 26, 15 haec ... conperta sunt non incerto nuntio, sed ... *ab* fidelissimo rerum, quae gesta sunt, -e Hilaro diacono *eqs.* ([*gr. II 1, 1 p. 3, 18* τοῦ πιστοτάτου, *sc.* ἀγγέλου]. *item fere* 44, 1 *ibid.* p. 19, 24 [*gr. II 1, 1 p. 25, 23* ἀγγέλῳ]). serm. 71, 3 licet ... totius facti angeli -es copiose veritatem dominicae resurrectionis adstruerent. γ *cetera exempla*: Qvint. inst. 11, 1, 36 Pompeius abunde disertus rerum suarum -r ... fuit. Symm. epist. 2, 86, 1 *in epistula* cursus ac recursus tuos luculentus -r insinuas. Hier. in Matth. 6, 8 l. 749 *dicentes deo, quibus indigeamus,* nos non -es esse, sed rogatores; aliud est enim narrare ignoranti, aliud scientem petere. *referuntur parum certa* (*cf. p. 70, 58*): Ps. Varro sent. 24 qui audit, ut auditorum -r sit, numquam fiet par docenti (68 falso magistri nuncupantur a. -es; sic audiendi sunt, ut qui rumores recensere magni ducunt).

**b** *de eo, qui non tam docet quam: delectat*: Cic. de orat. 2, 219 *natura* creat imitatores ⌞et -es⌟ facetos adiuvante et voltu et voce *eqs.* (⌞ ⌟ *om. pars codd.*). Fvlg. Virg. cont. p. 103, 11 neque ... hoc pacto in tuis libris conductus *poeta epicus* -r accessi, ut id, quod sentire me oportuerat, disputarem et non ea potius, quae senseram, lucidarem (*nisi de enarratore carminis coll. vol. V 2, 550, 57sqq.*). *blaterat, vana loquitur* (*huc vergit fort. l. 31; cf. p. 72, 6sqq.*): Ambr. in psalm. 118 serm. 11, 19 (*ad 118, 85* narraverunt mihi iniusti exercitationes, *i.* ἀδολεσχίας) -es ... superflui.

**2** *tractantur potius argumenta, proposita (in locis sacrae script. subest* enarrare *l. 49. 56. 58. 61)*: *exponendo sim.* (*hucine l. 65?*): Hier. in Is. 14, 53, 7 l. 60 G. ('generationem eius *servi dei* quis enarrabit?') ut vel ab angelo *Gabriel* vel ab euangelista tantum nativitatis *Iesu* ... sacramenta dicantur, cuius -r rarissimus est ([*antea*: quod difficulter possit exponi]. *cf.* Ps. Avg. serm. ed. Caillau 1, 7, 22 incarnationis tuae mysterium temerarius -r attingo ...: in vulva virginis *eqs.*). Drac. laud. dei 3, 741 (*ad deum, ut 737* nemo tua praeconia congrua dixit) si laudator abest, -r plenus adesset: sed quis opus narrare tuum sermone valebit? (*cf. Sirach 18, 2* quis sufficit enarrare opera illius?). Cassiod. in psalm. 103 l. 745 (*de domino in psalmo loquente*) magistrum caelestem, doctorem veracem, -em creaturae suae. *praedicando*: Avg. serm. 373, 3 (*1* coeli enarraverunt gloriam dei [*sec. psalm. 18, 2*]) qui *Iesus* potuit natus habere praedicatores angelos, -es coelos, adoratores magos. Prosp. in psalm. 144, 7 l. 61 (*antea*: laudatores dei ...; magnitudinem *dei* ... enarrabunt) ineffabilium ... nullus eloquentior est -r quam *eqs.* (*cf. ibid.* l. 62 -es magnitudinis tuae). Cassiod. in psalm. 146, 1 l. 38 (*antea*: laudatio) quale est, ut psalmus castitatem dicat et cantator se ab obscenitate non subtrahat? si humilitatem praedicet et -r ⌞eius⌟ superbiae flatibus intumescat? (⌞ ⌟ *i. sive humilitatis sive psalmi, cf. p. 70, 55sq.; vix cogites de notione recitantis*).

*f.* **narrātrīx,** (-īcis). *i. quae narrat* (*iuxta subst.*): Anth. 672, 29 (*non est cremanda Aeneis*) iterum sentire ruinas Troia suas ... cogetur ...? ardebit miserae ⌞-x fama Creusae⌟? (⌞ ⌟ *trad. non nisi in cod. Vat. saec. XI*).

*deriv.*: narratorius.

**narrātōrius,** -a, -um. *a* narrator. *i. q. ad narratorem pertinens, sc. ad eum, qui res (proprie) gestas refert*: Avg. divers. quaest. 80, 3 l. 96 dicta sunt ... illa, *sc. ira vel laetitia dei sim.,* propheticis imaginationibus, non -a manifestatione (*cf. l. 84* qui res gestas, ut meminerant, narraverunt).

*adv.* **narrātōriē.** *i. q. modo narratorio, ratione (bene?) narrantis*: Don. Ter. Hec. 828, 2 (*Bacchis narrationem Pamphili refert*: 'se fatetur vi in via nescioquam compressisse') ⌞-e⌟ 'nescioquam'; ex quo dicto omnis error natus est: nam appone nomen et nulla fabula est (⌞ ⌟ oratorie *Stephanus*).

**narrātrīx** *v.* narrator. **1. narrātus** *v.* narro.

**2. narrātus,** -ūs *m.* *a* narrare. *i. q. actus narrandi, narratio* (*potius res narrata* Apvl.): Ov. met. 5, 499 (*loq. Arethusa*) cur ... per aequoris undas advehar Ortygiam, veniet -bus hora tempestiva meis. Apvl. met. 9, 30, 1 forsitan lector scrupulosus reprehendens -um meum *eqs.*

**narria** *v. p. 56, 36.*

**[***glossa* **narritāre:** frequenter narrare *affertur ex Osberno, deriv. n 124.***]**

※**narro,** -āvī, -ātum, -āre. [*a* gnārus, *quod derivatum esse vid. a* *ĝneə$_3$- *'cognoscere' (quae radix apparet etiam in gr.* γνώριμος *'notus',* γιγνώσκειν, *pers. vet.* xšnāsa-, *slavon. vet.* znati *'cognovisse'; cf. vol. VI 2, 2122, 8sqq.), ita ut significetur fere i. q. gnarum facere; post vocalem longam geminata est* r, *cf. e. g.* Vārro < vārus, Iūppiter < Iūpiter. *Mei.*] *de origine* (*adde l. 24. 26*): Varro ling. 6, 51 -o, cum alterum facio nar[r]um. Char. gramm. p. 390, 27 -amus, quod ignoratur. *scripturam sollemnem* narra- *testatur* Caper gramm. VII 96, 6 per duo r (*sim.* Gramm. suppl. 297, 23), *exhibent inscr. l. 36 et* CE 249, 19 (*a. 136*), *codd. vet. e. g. A* Ter. Hec. 97. 350 Eun. 916. 1050; nara- *testantur* Vel. gramm. VII 80, 9 sane in eo, quod est -are, observatum est, ut unum r scriberemus, quoniam venit a gnaro. Mar. Victorin. gramm. 4, 57. Cassiod. gramm. VII 159, 8 (*e Papir.*) -are per unum r scribitur, ut Varroni placet; secutus est enim etymologiam nominis ⌞eius, qua⌟ gnarus dicitur *eqs.* (eo quod *proponit Keil*), *exhibent* Pap. Corp. 279, 2, 20 (*saec. III/IV*) ⟨n⟩arant. CE 661, 4 (*a. 359*) naremus, *cod. vet. A* Plavt. Vid. 70 *et interdum cod. unicus saec. VI/VII* Cassiod. compl. (*v. Stangl, Blätter f. d. bayer. Gymnasialschulwesen 34, 1898, 257*), *recc. e. g.* Plavt. Pseud. 1008 (*B*). Truc. 722 (*BCD*). Gloss.[L] V Aa N 20 naravit (navit Gloss. V 507, 49 [*man. alt.*] *et* Gloss.[L] V Abba NA 29). *de* gnar(u)ra- *v. vol. VI 2, 2121, 78. 2122, 5.* Not. Tir. 43, 59 -at. *formae stirpis perf. contractae occurrunt passim (cf. e. g. Neue-Wagener[3] IV 230); supin.* -tum Prop. 2, 29[b], 27 (-bat, -bant *var. ll.*), -tu Amm. 27, 2, 11. 28, 1, 15 Sidon. epist. 2, 9, 10. 5, 5, 1. a *longam esse indicat apex* Orat. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 1, 37 nárrem (*fort. nimis docte sec. etym.; cf. Ritschl, Opusc. IV 771*). *de notione et differentia*: Synon. Cic. p. 420, 8 commemorat. testatur. -at. divulgat *eqs.* p. 422, 33 dixit. ... rettulit. -vit. indicavit *eqs.* p. 435, 28 nuntiat. fert. ait. -at. adportat. Diff. ed. Uhlfelder 27 sermocinamur, quando cum aliquo sermonem conserimus, ⌞-amus docte⌟ (-amus, quando soli loquimur *var. l. et* Diff. ed. Beck p. 56, 10; *cf. vol. VII 2, 1673, 45*). Gloss. -o: διηγοῦμαι, ἐξηγοῦμαι. -at: nuntiat. -vit: rettulit, locutus est. *al.* *legitur inde a* Liv. Andr., Plavto (*primis temporibus praeter usum techn. maxime in serm. cottidiano, e. g. apud comicos,* Cic. *epist.,* Catvll., Hor. sat. *et* epist.); *vox frequentatur a* Cic. (*137[ies]*), Ov. (*79[ies]*), *deest e. g.* Lvcr., Vitr. [*sard. centr.* nárrere, *mer.* nai *'dicere'; fort. e* *nárere. *cf. M.-L. 5829. Wagner II 156sq. Wartburg VII 17. Schd.*] [*variat in codd. saepius c.* enarrare, *v. e. g. p. 74, 61. 75, 43 et vol. V 2, 550, 81.*]

*significatur i. q. perferre ad alicuius notitiam sim., sc. fere dictis, scriptis (etiam sine verbis p. 71, 11 [cf. p. 75, 43]; facete dicitur aliquis sibi ipse* -are *p. 69, 3; in proverbio v. p. 70, 21). gr. respondet* διηγεῖσθαι, ἐξηγεῖσθαι *sim., nisi aliud indicavimus; ceterum imprimis* ἀπαγγέλλειν, *e. g.* Vet. Lat. psalm. 77, 4 (cod. 303. *al. et* Vvlg.). *pro syn. est praecipue* dicere *e. g. p. 69, 51. 57. 70, 28. 73, 36 (coniungitur p. 74, 54. 57 et e. g.* Vvlg. exod. 13, 8 -bis ... dicens), referre *e. g. p. 69, 16. 27,* ait *p. 75, 25. al.; opp.* tacere, mussitare, celare *sim. e. g. p. 70, 28. 32. 38. 74, 24 et* Ov. epist. 9, 84 Mart. 12, 35, 4; *disting.* agere *p. 69, 46. 71, 56sq. 72, 45 et* Don. Ter. Andr. 28, 2, gerere, facere *sim. p. 73, 15 et* Cic. inv. 1, 29 ut ita -entur, ut gestae res erunt (*sim.* Gell. 10, 3, 10), ostendere *p. 70, 63. 72, 43sq. 68,* aspicere, videre *p. 73, 57 et* Liv. 39, 6, 6.

**I** *pro obi. sunt (vel animo obversantur) ea, quorum quis gnarus faciendus est, ita ut sit fere i. q. (verbis) referre, exponere*: **A** -antur *varia, sc. actiones, eventus, status sim.* **(***condicio rerum e. g. p. 70, 15. 72, 1. 75, 13;* -antur *fere praeterita vel praesentia, sed futura e. g. p. 69, 1. 46. 70, 46sqq. [cf. p. 76, 3sq.]; exempla pauca selecta* [*cf. p. 75, 74sqq.*]**)**: **1** *generatim*: **a** *strictius* -ant *ii, qui quem certiorem faciunt (cf. p. 69, 2), nova docent* (*haud raro* -atur *respondendo, e. g. l. 73. p. 69, 21. 27. 56sqq. 70, 48. 51*): α *usu communi*: ① *exempla quaelibet* **(**-atur *sive longius, e. g. p. 69, 4sqq. 7sqq. [cf. p. 77, 30. 35], sive breviter, e. g. p. 69, 66 [cf. p. 77, 33]; nuntiando e. g. p. 69, 1. 14sqq. 28. 33, rationem reddendo p. 69, 12. 44***)**: Ⓐ *cum obi. sim.*: Liv. Andr. carm. frg. 5 tu ... mihi -ato omnia disertim (*cf. Hom. α 169* εἰπὲ καὶ ... κατάλεξον). Plavt. Amph. 744 (*loq. Alcumena*) quis ... nisi vos -vit mi, illi ut fuerit proelium? ... quippe qui ex te audivi *eqs.* Asin. 367 abi ad

*[Spoth]*

forum ad erum et -a haec ut nos acturi sumus: te ex Leonida futurum esse atriensem Sauream *eqs.* Pseud. 20 face me certum, quid tibist ... :: cape has tabellas, tute hinc -ato tibi, quae me miseria ... contabefacit. Stich. 380 poste – ut occepi -are – fidicinas, tibicinas, sambucas advexit *eqs.* (579 TER. Andr. 504. *sim.* Hec. 362 nequeo ... initium ullum invenire idoneum, unde exordiar -are, quae necopinanti accidunt. *cf. p. 71, 47. 75, 28*). TER. Andr. 354 ait tibi uxorem dare hodie, item alia multa, quae nunc non est -andi locus (*cf.* Haut. 336 longumst ..., si tibi -em, quam ob rem id faciam. CAEL. Cic. fam. 8, 6, 2 non est iam tempus plura -andi; unum illud monere te possum *eqs.; cf. etiam l. 46. 47. p. 73, 68*). Eun. 672 (*dominus ad eunuchum, quem putat fugitivum*) quid tibi huc reditiost? quid vestis mutatiost? quid -as? CIC. rep. 6, 3 (*si quidem sunt verba Ciceronis; cf. Büchner, comm. 1984, 439*) *Er Pamphylus,* qui rogo impositus revixisset multaque de inferis secreta -asset (*cf. p. 70, 27; sim. nuntiatur ex inferis*: SEN. epist. 30, 9 si quis revixisset et in morte nihil mali esse -ret expertus. *ad inferos*: VERG. Aen. 2, 549 [*Pyrrhus occidens hostem ironice*] referes ergo haec et nuntius ibis: ... genitori *meo* ... mea tristia facta degeneremque Neoptolemum -are memento. 9, 742 hic ... inventum Priamo -bis Achillem. SIL. 1, 398. *cf. p. 75, 31*). fin. 5, 48 videmusne ..., ut *pueri* aliquid scire se gaudeant? ut id aliis -are gestiant? Att. 2, 6, 2 scripsi ad quaestores urbanos de Quinti fratris negotio: vide, quid -ent ecquae spes sit denari an *eqs.* 5, 5, 1 nec quid mandem, habeo – nihil enim praetermissum est – nec quid -em – nŏvi enim nihil est – nec iocandi locus est ([*sim. disting.* mandare 5, 6, 2]. *cf.* MART. 9, 35, 12 [*2* plurima dum fingis, sed quasi vera refers] tolle tuas artes; hodie cenabis apud me hac lege, ut -es nil, Philomuse, novi). fam. 6, 1, 6 mihi Philargyrus tuus omnia de te requirenti ... -vit te ... sollicitum solere esse. HOR. epist. 1, 7, 55 abi, quaere et refer, unde domo, quis *sit* ... :: it, redit et -at Volteium nomine Menam, praeconem *eqs.* OV. met. 13, 14 (*in iudicio armorum loq. Aiax*) nec memoranda ... vobis mea facta, Pelasgi, esse reor: vidistis enim; sua -et Vlixes, quae sine teste gerit. Pont. 4, 9, 87 quaere *e Flacco* loci faciem ..., mentiar an coeat duratus frigore pontus ...; haec ubi -arit, ... require *eqs.* VAL. MAX. 4, 3, 5 legationis ministri, -ate Samnitibus M.' Curium malle *eqs.* PLIN. nat. praef. 1 libros naturalis historiae ... natos ⌞*esse*⌟ apud me proxima fetura licentiore epistula -are constitui tibi (⌞ ⌟ *alii aliter intellegunt. perperam agnoscebatur olim notio nuncupandi, dedicandi sim.*). TAC. ann. 4, 69, 2 Latiaris ... Sabinum, velut recens cognita -turus, domum ... trahit. FRONTO p. 63, 17 sq. admone me, ut tibi aliquid de hac re -em; sed *eqs.* APVL. met. 1, 26, 4 'quam salve agit,' inquit, 'Demeas noster? quid uxor? ...'; -o singula. *et saepissime.* Ⓑ *obi. subaudiendo vel absolute*: PLAVT. Asin. 380 sed quis hic est? is est, ille est ipsus, *sc. mercator*; iam ego recurro huc; tu hunc interea hic tene; volo seni -are. Merc. 482 qui scis esse amicam illam meam? :: tute heri ipsus mihi -asti. Mil. 1404 mentitur; feri! :: mane, dum -o. :: quid cessatis? :: non licet mihi dicere? :: dic! TER. Andr. 706 quid facies? cedo! :: dies hic mihi ut satis sit, vereor, ad agendum: ne vacuum esse me nunc ad -andum credas. Phorm. 1000 quando nihil times ..., tu -a! AFRAN. com. 72 post -vero; nunc est distentus animus ut negotiis. RHET. Her. 4, 51, 64 vident hominem posteri die, -ant, *sc. quae sibi obvenerint,* expostulant, accusant. CIC. de orat. 1, 167 memini enim mihi -are Mucium. Att. 13, 49, 1 *quae hic perstrinxi,* puto me tibi -asse. HOR. sat. 2, 7, 5 cupiens tibi dicere servŏs pauca reformido. :: ... age libertate Decembri ... utere! -a! epist. 2, 2, 147 si tibi nulla sitim finiret copia lymphae, -res medicis. *al.*

Ⅱ *locutiones quaedam*: Ⓐ *sermonis cottidiani* (*cf. e. g. p. 70, 71. 75, 32. 76, 7*): ① *sine obi.*: ⓐ *imperat.* -a: *ad interrog. confirmandam* (*aliter l. 52*): PLAVT. Men. 889 (*loq. medicus*) quid esse illi morbi dixeras? -a, senex! ... num eum veternus ... tenet? Poen. 1027 gunebbal samem lyryla. :: -a: quid est? quid ait? (*cf. 1024* quid ait aut quid orat? expedi!). CIC. Att. 2, 7, 2 (*verba ficta plebeiorum ad Clodium*) ad plebem transisti, ut Tigranem ires salutatum? -a mihi: reges Armenii patricios resalutare non solent? PETRON. 48, 4 sed -a tu mihi, Agamemnon: quam controversiam hodie declamasti? 67, 1 sed -a mihi, Gai, rogo: Fortunata quare non recumbit? 133, 1 -a mihi ..., frater, sed tua fide: ea nocte ... vigilavit an *eqs.*? ⓑ *locut.* bene (probe) -as, male -as (*i. bona aut mala nuntias*): TER. Andr. 970 pater *mulieris* amicus summus nobis ... :: -as probe ([-es *var. l.*]. Eun. 916 cognoscitne *signa nutrix*? :: ac memoriter. :: p. [bene *var. l.*] edepol -as). CIC. parad. 23 Socrates disputabat isto modo. :: bene hercule -as; nam istum doctum ... virum fuisse memoriae *traditur* ([b. *om. pars codd.*]. Att. 13, 33, 2 Othonem quod speras posse vinci, sane b. -as. VAL. MAX. 3, 7 ext. 8. *cf. l. 67*). Tusc. 1, 10 (*iocose*) an tu haec non credis? :: minime vero. :: male hercule -as (Att. 16, 14, 4 m. -as de Nepotis filio. *aliter p. 77, 31*). ⓒ *locut.* -o tibi *ad acuendam animi intentionem* (-bo t. *p. 70, 1 sq.; cf. p. 71, 42. 76, 29; seq. oratio recta*): CIC. Att. 2, 11, 1 -o t.: plane relegatus mihi videor, postea quam in Formiano sum (*in initio epistulae ut*: 15, 16[a] -o t.: haec loca venusta sunt *eqs.* 15, 21, 1 fam. 11, 24, 1). 13, 51, 2 -o t.: Quintus cras *veniet* (-bo *var. l.; monet, ut Atticus caveat, v. Shackleton Bailey ad l.; cf.* PETRON. 129, 6 -bo t., adulescens, paralysin cave!). SEN. apocol. 6, 1 (*loq. Febris*) ego tibi dico ...: Lugduni natus est *Claudius* ...; quod t. -o, ... *prope Viennam* natus est.

② *accedit pron. neutr.*: ⓐ quid -as? (-at *l. 15 sq.*): *in exclam. admirantis* (*interrog. genuinam v. imprimis p. 76, 5*): TER. Andr. 461 ab Andria est ancilla haec. :: q. -as? ita est! Haut. 851 q. -as, Chreme? immo *eqs.* Phorm. 136 vincimur; duxit *eam in matrimonium.* :: q. -as? :: hoc, quod audis (DON. *ad l.* 1 admirantis vox est, non interrogantis). Ad. 448 (DON. *sim. ac supra*). 559. MART. 3, 63, 13 (*2* quid sit, dic mihi, bellus homo) q. -as? hoc est, hoc est homo ... bellus? HIST. Apoll. rec. A (*et* B) 25 q. -as, pessime hominum? GLOSS. III 649, 6 non est hic. :: q. -as? sed ubi est? *fort. in interrog. quaerentis, quid quis novi de se -are possit, quomodo se habeat*: TER. Haut. 192 eam misere amat; ... nunc servolum ad eam in urbem misit ... :: q. -at *adulescens*? :: quid ille? se miserum esse. MART. 3, 84, 1 q. -at tua moecha? non puellam dixi ..., linguam. ⓑ nihil -as (*cf. locutionem* nihil dicis *vol. V 1, 974, 65 sqq.*): TER. Phorm. 806 numquamne hodie concedes mihi ....? :: si tu n. -as. MART. 8, 17, 3 *egi tuam causam.* :: -asti n. ... et a te perdita causa est (*nisi ad p. 72, 23*).

Ⓑ *proverbiales* (*hucine p. 75, 24?*): CAECIL. com. 68 quae -are inepti est ⟨ad⟩ scutras ferventis. TER. Haut. 222 haud scit, quam mihi nunc surdo -et fabulam (HOR. epist. 2, 1, 199 *ut in theatro* scriptores ... -are putaret asello fabellam s. [*simul spectat ad p. 71, 46*]. HIER. epist. 117, 2, 1. *cf. Otto, Sprichw. n. 1715*).

**β** *accedunt colores secundarii, sc.*: Ⅰ *prodendi silenda, eloquendi secreta* (*cf. p. 69, 14*): PLAVT. Persa 493 est res quaedam, quam occultabam tibi dicere: nunc eam -bo (*item confitendo*: OV. epist. 16, 223 rumpor et invideo – quidni ... omnia -em? 20, 201 matri licet omnia -es: nil tua, Cydippe, facta pudoris habent. trist. 3, 6, 11 cui *amico* ... ego -bam, secreti quidquid habebam. *al.*). Truc. 313 ea vos ēstis, ... ebibitis; egone haec mussitem? iam quidem hercle ibo ad forum atque haec facta -bo seni ([*cf.* 722 da mi operam, ut -em, quae volo; ... non mussito *eqs.*]. *item deferendo, indicium faciendo*: SALL. Catil. 23, 4 *Fulvia* de Catilinae coniuratione, quae quoque modo audierat, compluribus -vit. OV. am. 2, 8, 28 [*25* index ... fatebor] quo ... loco tecum fuerim ..., -bo dominae. met. 2, 599 *corvus* -at. *al., e. g. p. 77, 5*). TER. Haut. 706 me hoc voles patrem exorare, ut celet senem vestrum? :: immo ut recta via ⌞rem -et⌟ ordine omnem (renarret *var. l.*). CIC. Verr. II 4, 41 circum patronos ... cursare, rem omnibus -are ([*sim.* 4, 46]. *item efferendo in vulgus, effutiendo*: HOR. epist. 1, 13, 16 ne volgo -es *eqs.* TIB. 1, 5, 42 *femina* -at scire nefanda meam *dominam.* OV. met. 3, 192 [*Diana ad Actaeona*] nunc tibi me ... *nudam* visam ... -es! si poteris -are, licet. SEN. epist. 3, 4 quidam, quae tantum amicis committenda sunt, obviis -ant. *al.*). VAL. MAX. 2, 2, 1 quod secreto in curia erat actum, P. Crasso ... in itinere -vit *quidam. al.*

Ⅱ *vaticinandi sim.* (*cf. p. 71, 11. 73, 34*): PLAVT. Pseud. 750 ubi te aspexerit, -bit ultro, quid sese velis. HOR. sat. 2, 5, 1 (*loq. Vlixes*) hoc quoque, Tiresia, praeter -ta petenti responde. OV. met. 11, 588 *Somnus* exstincti ... Ceycis imagine mittat somnia ad Alcyonen veros -antia casus, *sc. iam praeteritos.* LIV. 26, 6, 15 (*14* cum respondisset haruspex) tu perditas res Campanorum ⌞-as⌟ (*om. pars codd.*), ubi summus honos ad filium meum perveniet. QVEROL. p. 36, 2 pulchre edepol omnia -vit, quasi qui mecum vixerit. ROMVL. fab. 18, 2 rec. gall. *ut* cornix illi *grui* futura praevidendo -ret (*desunt recc. cet.*). CASSIOD. in psalm. 34, 28 l. 520 passionis et resurrectionis suae ventura -vit (*sc. Christus in psalmis, ut*: 108, 1 l. 10 Iudae traditoris et perfidi populi -atur iniquitas [*antea*: iniquitatem ... praedicens]. *al. apud eundem*). *al.* Ⅲ *circumferendi rumores, parum certa* (*cf. p. 73, 63. 76, 17; iuxta ponitur* fabulose PLIN. nat. 12, 85. 32, 143. 34, 156 [*cf. p. 73, 55. 58*], palam *p. 71, 1,* passim APVL. met. 11, 18, 1, vulgo CLAVD. 26, 229): *act.*: CATVLL. 43, 6 ten provincia -at esse bellam? PROP. 2, 18, 37 credam ego -anti ... famae (OV. Pont. 2, 1, 25. VELL. 2, 121, 3 hostium duces non occisos fama -vit, sed vinctos triumphus ostendit. OCTAVIA 763. *al.*). OV. am. 3, 1, 17 sq. nequitiam vinosa tuam convivia -ant, -ant ... compita (*cf. Mart. 7, 97, 11 sq.* te convivia, te forum sonabit, aedes, compita *eqs.*). met. 13, 843 (*Cyclops ad Galateam*) Iuppiter in caelo – nam vos -are soletis, nescio quem regnare Iovem – coma plurima torvos *eqs.* Ib. 531 ut ... cothurnatum periisse Lycophrona *poetam* -ant (*item* -ant, *sc. subi. non definito*: MELA 3, 93. PLIN. nat. 2, 126 -ant et in Ponto caecian in se trahere nubes. *al. apud eundem.* SIL. 12, 133 infernis pressas nebulis ... Cimmerias iacuisse domos ... -ant urbis). SEN. contr. 1, 2, 17 (*Marulli sententia*) -ate sane omnes *ad hanc mulierem* tamquam ad prostitutam venisse, cum tamquam a sacerdote discesserint. SEN. epist. 43, 1 quis mihi id te cogitare -verat, quod tu nulli -veras? is, qui scit plurumum, rumor (MART. 3, 87, 1 SIDON. carm. 5, 125). *al.* *pass.*: CAEL. Cic. fam. 8, 1, 4 neque haec incerta ... vulgo iactantur, sed

*[Spoth]*

inter paucos ... palam secreto -antur. Hor. carm. 3, 21, 11 -atur et prisci Catonis saepe mero caluisse virtus (*item nom. c. inf. [subaudiendo] e. g.* Ov. epist. 6, 19 [*Hypsipyle Iasoni*] barbara -atur venisse venefica tecum. fast. 4, 369 lacte mero veteres usi -antur et herbis. Plin. nat. 10, 3 *phoenix* aquilae -atur magnitudine, auri fulgore circa colla, cetero purpureus). Ov. met. 12, 57 hi *rumores* vacuas implent sermonibus aures, hi -ta ferunt alio. 15, 312 admotis Athamanas aquis accendere lignum -atur (*item pendet acc. c. inf.*: Sen. contr. 9 praef. 3. Plin. nat. 35, 121 aves ... siluisse -atur [-antur *var. l., fort. recta*]. Tac. Germ. 33, 1 Clavd. 5, 121 Hier. in Ier. 1, 81, 2). Plin. epist. 8, 20, 3 mihi ostenditur ... lacus ...; simul quaedam incredibilia -antur (*cf. l. 42*). *al.* Ⓘⓥ *significandi, sine verbis testandi aliquid* (*sc. -ant animalia agendo, exstando; hucine etiam* saecula *p. 73, 40?*): Plin. nat. 11, 140 *ardiolae sunt* optimi augurii, cum ad austrum volent ...; solvi enim pericula et metus -ant (-at *var. l.*). Vvlg. Iob 12, 8 interroga iumenta et docebunt te et volatilia caeli et indicabunt tibi; loquere terrae et respondebit tibi et -bunt pisces maris; quis ignorat *eqs.*?

*de notione et differentia* (*v. etiam p. 111, 18sqq.*): PAVL. FEST. p. 183 oriri: -i vel surgere. AGROEC. gramm. VII 121, 19 -itur, quod de utero decidit, enascitur, quod de terra ... exsurgit. SYNON. Cic. p. 437, 11 ortus. oriundus. editus. progenitus. -tus. procreatus. orsus. GLOSS. -or: *τίκτομαι. φύομαι. γεννῶμαι.* -entem: *γεννώμενον.* -entes: orientes. -ti sunt: *ἐγεννήθησαν.* -itur: gignitur. -endi: *τοῦ γεννηθῆναι.* gnatus: -tus, generatus, creatus, enixus. -tus: nutritus. *πεφυκώς. γεννηθείς. τεχθείς.* GLOSS.$^L$ II Philox. DO 49 domi -tus: *οἰκογενής. sim. al.; cf. e. g. p. 79, 63.* *legitur inde a* NAEV. (*restit., v. p. 96, 13*), PLAVTO, ENN., TER., CATONE, *in titulis ca. inde ab a. 170 a. Chr.* (*v. p. 88, 29*); -ta *pro subst. i. q. filia iam inde a* LIV. ANDR. (*v. p. 109, 59*), -tus *pro subst. i. q. filius inde a* NAEV. (*v. p. 111, 60*). [*val.* se naşte, *it.* nascere, *sard. centr.* náskere, *raet. occ.* (*Engadin*) našer, *or.* nási, *francog.* naître, *prov.* naiser, *cat.* néixer, naixer, *hisp., port. vet.* nacer, *rec.* nascer; *dalm.* naskoit *'natus'; val.* naşte, *sard. mer.* náširi *'parere, gignere'. cf. M.-L. 5832. Tiktin-Miron$^3$ II 769. Battisti-Alessio IV 2549. Cortelazzo-Zolli$^2$ 1025. Wagner II 158. Wartburg VII 18sqq. Coromines V 901sqq. Corominas-Pascual IV 201sqq. Machado$^3$ IV 195. Schd.*] [*confunditur in codd. c.* crescere VERG. ecl. 7, 25, enasci LIV. 24, 18, 2. *al., v. vol. V 2, 553, 6sqq.,* innasci *v. vol. VII 1, 1690, 74sqq.,* noscere OV. fast. 4, 399 LIV. 21, 43, 15. *al.; falso trad.* LIV. 26, 41, 9 (*pro* data). MANIL. 2, 44; *restit. p. 92, 8. 93, 14. 96, 13 et e. g.* MANIL. 1, 815 (tractos *trad.*); *forma* nascitus *perperam affertur in lexicis e* CASSIOD. in psalm. 102, 5 l. 77 (*ubi* nasutum); *v. etiam p. 205, 53.*]

*i. q. gigni, oriri, incipere (esse), provenire sim.* (*gr. plerumque resp.* *γεννᾶσθαι*). *praemonenda quaedam: 1) de notione: passim strictius comprehenditur potius actio oriendi (puncto quodam temporis); disting.* mori, perire *sim. in cap. priore p. 88, 71. 89, 64. 90, 5, in cap. altero praecipue p. 98, 28sqq. et e. g. p. 100, 4. 45. 108, 15,* augescere, crescere, adolescere *sim. in cap. priore p. 92, 28, in cap. altero p. 97, 33. 38. 102, 34. 103, 6,* altus, educatus, susceptus *sim. in cap. priore p. 85, 1sqq. 11. 49. 87, 28. al. laxius respicitur potius actio vel tempus crescendi, adolescendi, ad plenitudinem, maturitatem quandam progrediendi sim.: in cap. priore maxime occurrit in formarum c. part. perf. compositarum usu prisco (sc. resultativo q. d., v. infra), sc. quo aetas animantis indicatur p. 88, 18sqq., ceterum v. e. g. p. 89, 9. 14sqq. 17sq., in stirpe praes. p. 90, 49sqq. (respicitur aetas, v. etiam p. 102, 72sq.) nec non e. g. p. 90, 57. 91, 36. 61. 92, 51. 59; in cap. altero v. p. 103, 8 (sc. disting. status potius plenus, adultus), item in stirpe praes. p. 96, 39. 56. 98, 70. 103, 52. 105, 11 et saepe. 2) de usu temporum: formae c. part. perf. compositae, quod saepe pro part. coniuncto vel adi. adhibetur, multo praevalentes cum in cap. priore tum tempore prisco (v. e. g. p. 81, 49) describunt statum effectum, qualitatem, sc. speciatim in indicanda animantis aetate (cf. supra), de animantibus alicunde oriundis e. g. p. 83, 58sqq. 84, 43sqq., notione quodammodo aucta de animantibus aut rebus aptis, destinatis ad aliquid e. g. p. 87, 12sqq. 88, 17. 101, 2sqq. 102, 9sqq. 107, 14sqq. 108, 40sqq., de eis, qui (quae) naturā sunt aliquid, e. g. p. 86, 71sqq. stirps praes. adhibetur saepe usu generali accedente indicatione locali de animantibus, plantis, rebus alicubi naturā vel naturali situ exsistentibus, viventibus sim. e. g. p. 85, 68sqq. 96, 74sqq. 99, 29sqq., speciatim usu resultativo q. d. (v. Hofmann-Szantyr 305sq.; cf.* oriri *vol. IX 2, 999, 82sqq.) in indicando, a quibus parentibus vel qua de gente sim. quis sit oriundus p. 82, 12. 67. 84, 37. 59. 70. 85, 33sq., de eis, qui sunt apti, destinati ad aliquid e. g. p. 86, 20sq., de eis, qui (quae) inde a partu vel naturā sunt aliquid, maxime p. 86, 21. 87, 5sqq. 98, 73sqq.*

*exempla sic digerenda esse putavimus*:

CAPVT PRIVS: *-untur animantes*:

- **I** *proprie et corporaliter*:
  - **A** *ratione naturali; respiciuntur*:
    - **1** *homines, dei*: **a** *singuli: p. 81, 46* (*indicantur e. g. parentes p. 81, 47, familia, gens sim. p. 84, 43, proprietates, quibus quis sit praeditus vel ad quae sit destinatus sim., p. 86, 1, aetas, anni p. 88, 18; part. praes. de recentibus a partu p. 90, 51; negatur quisquam -tus esse sim. p. 90, 72*). **b** *multitudo, genus sim.: p. 91, 13.*
    - **2** *animalia: p. 91, 38* (*fere i. q. exsistere, vivere p. 92, 62*).
  - **B** *extra rationem naturalem: p. 93, 9.*
- **II** *translate vel incorporaliter*: **A** *contextu vario: p. 93, 57* (*-untur diem natalem agentes p. 94, 4*). **B** *in philosophia, theologia respiciuntur dei: p. 94, 11.* **C** *in religione Christ.: p. 94, 17* (*sc. homines -untur fidem accipiendo, baptismate, resurrectione, intrando in vitam aeternam; -itur Christus per fideles p. 95, 1*). **D** *in religione Mithrae: p. 95, 3.*
- **III** *in theologia Christ. (sc. de personis trinitatis): p. 95, 8.*

*[Ramminger]*

**CAPVT ALTERVM:** *-untur res*:

**I** *naturales*:

**A** *quaelibet*:

**1** *usu vario respiciuntur, quae -untur*: **a** *exsistendo sim. vel (ex)crescendo, sc. herbae, arbores, sata, poma sim. p. 96, 6 (praevalente respectu crescere incipiendi, germinandi p. 97, 23, proveniendi p. 97, 55), mundus eiusve partes, elementa sim. p. 98, 26 (-untur naturali situ exstantia p. 99, 28), proventus rei pecuariae sim. p. 99, 59.* **b** *se movendo, exeundo sim.: p. 99, 70 (venti, nebulae p. 99, 70, flumina, aqua p. 100, 5, stellae, sidera sim. p. 100, 25).* **c** *alicunde initium capiendo, se extendendo, surgendo: p. 100, 58.*

**2** *speciatim: p. 101, 1* (-tus *i. q. aptus sim. p. 101, 2, nativus p. 101, 8; indicatur forma vel quantitas vel qualitas p. 101, 10).*

**B** *ad homines, animalia eorumve corpus, animum sim. pertinentes, sc. corporeae p. 101, 36* (-tus *i. q. aptus sim. p. 102, 9*), *incorporeae p. 102, 18.*

**II** *quaelibet non natura crescentes vel creatae; -untur*:

**A** *incorporeae vel mente, animo percipiendae*:

**1** *oriendo, exsistendo vel crescendo*: **a** *usu vario respiciuntur actiones, status sim. p. 103, 18, auctoritas, fama sim. p. 104, 72, artes, res ab homine ingenio inventae, conditae sim. p. 105, 12, affectus, animus quidam sim. p. 106, 65.* **b** *speciatim, sc. pro subi. est enunt. secund. vel inf. p. 107, 7,* -tus *i. q. aptus sim. p. 107, 15, aliquid* -tum esse *i. q. naturā, substantiā esse (in logica) p. 107, 20.*

**2** *exeundo, prodeundo: p. 107, 31.*

**3** *incipiendo: p. 107, 40.*

**B** *corporeae vel sensibus percipiendae, quae*: **1** *pariuntur, efficiuntur ab homine: p. 107, 74* (-tus *i. q. aptus sim. p. 108, 40*). **2** *alicunde incipiunt, se extendunt sim.: p. 108, 45.* **3** *alicunde exeunt, prodeunt: p. 108, 51.*

*part. praes. pro subst.* nāscentia *i. q. γενήματα p. 108, 56,* nāscentēs *i. q. liberi p. 109, 23.*

*part. perf. pro subst.* nāta *i. q. filia p. 109, 32,* nātus *i. q. filius p. 110, 52.*

**CAPVT PRIVS:** *-untur animantes (partes corporis v. in cap. altero [sed nota l. 44]):* **I** *proprie et corporaliter*: **A** *ratione naturali* **(***sc. respiciuntur, qui in propagando genere sunt procreati, partu feminae et genitura maris; spectat ad eos, qui concipiuntur p. 82, 30 sq. 90, 12 sq. 22 [disting. e. g. l. 73], qui in utero crescunt p. 90, 45 sq.; addidimus Christi ex virgine nativitatem, v. e. g. p. 82, 4 sqq.***)**: **1** *-untur homines, dei* **(***qui indicantur per meton. e. g. p. 87, 75. 88, 10, prosopop. p. 86, 15, genus neutr. e. g. p. 82, 7. 89, 44. 91, 43. 92, 6; addidimus* corpus *e. g. p. 83, 9. 92, 49,* pectora *p. 89, 38, cf.* caput CIC. Phil. 11, 1, ingenia SEN. contr. 1 praef. 7**)**: **a** *singuli*: **α** *accedunt locutiones, quibus indicantur*: ① *parentes (huc traximus abl.* semine, sanguine, coniugio *sim., e. g. p. 83, 4. 49. 55. 74. 84, 68, locut.* ex utero *p. 82, 14). praevalent formae c. part. perf. compositae, sc. part. saepe pro adi. vel subst. adhibito* **(***cf.* PRISC. gramm. III 317, 13 '-tus illius' nomen, '-tus' ... 'ab illa' vel 'illi' participium. 464, 30 sq. '-tus et ipse dea' ὁ τεχθεὶς ἐκ θεᾶς, -tus ... deae ὁ υἱὸς θεᾶς dicitur. *huc autem traximus part. perf. vi quadam verbali praeditum, sc. unde pendet adv., abl., praepos., arcuimus autem eos locos, ubi accedit gen.***)**, *e. g. p. 82, 38 sqq. 63. 83, 8. 43. 55. 57. 89, 51, sed occurrit stirps praes. l. 67. p. 82, 5. 12. 21. 58. 67. 74 sqq. 83, 3. 15. 39. 44. 54. 75. 84, 5. 32. 37. 39. 51. 59 (bis); raro accedit indicatio loci, temporis, generis, sc. l. 69. p. 82, 57. 83, 61. 64. 64. 84, 61. 86, 41 (ceterum v. praecipue p. 85, 15 sqq. 44 sqq.).*

Ⓐ *mater (insuper intellegitur pater e. g. l. 69. 74. p. 82, 43. 49 sqq.); indicatur per locut.*: ① *c. praepos.*: ⓐ ex (*cf. p. 91, 50. 92, 11; exempla selecta post* NEP.): PLAVT. Cas. 46 educavit *era puellam* ..., quasi si esset ex se -ta (Rud. 410). Cist. 604 ex uxore (CIC. de orat. 1, 238 ex altera -tus ... u. CAES. Gall. 5, 14, 5 ex iis *u. al.; cf. l. 72*). 606 ex priore muliere -ta ... meo ero est filia **(***cf. l. 72; locutio indicat condicionem humanam [cf. p. 82, 17]*: VET. LAT. Iob 14, 1 [Hier. interpr. *al.*] homo -tus ex m. brevis vitae [*gr.* βροτὸς ... γεννητὸς γυναικός, VVLG. *v. p. 82, 20*]. HIER. in Gal. 4, 4 l. 16 sq. propter illos, qui -ti erant ex m., ex m. -i voluit *Christum deus pater. al.; cf. p. 95, 39 et p. 113, 13 sqq.***)**. 612. Epid. 574 ex te (TER. Haut. 1020). 636 Periphanei filiam, ex Philippa matre -tam Thebis, Epidauri satam (*al., v. vol. VIII 437, 15 sq.; cf. infra p. 84, 16*). Mil. 1081 Iuppiter ex Ope -tust. TER. Hec. 279 ex me. CIC. de orat. 1, 183 ex utraque ..., ex posteriore, *sc. uxore vel muliere.* rep. 2, 37 ex serva (*postea*: ex ... regis cliente conceptus). nat. deor. 3, 48 Circe ... et Pasiphae et Aeeta e Perseide Oceani filia -tae patre Sole. *al.* NEP. Iph. 3, 4 ex Thressa. VAL. MAX. 4, 3, 2 ex eodem naturae utero et continentia -ta est et Cato **(**HYG. fab. 179, 3 ex u. eius *Semelae* Liber est -tus. AMBR. epist. extra coll. 14, 33 cum ex Mariae -retur u. *Christus.* HIER. epist. 68, 1, 2 [*spectat ad Ioh. 9, 1*] apostoli suspicantes de eo, qui -tus caecus erat ex u. *al.; cf. l. 46***)**. TERT. adv. Prax. 26, 2 *filius dei,* qui -i habebat ex virgine **(**PS. MAR. VICTORIN. phys. 17 p. $1304^{C}$ *ut* contra naturam -i praediceretur ex v. AVG. serm. 186, 2. GENNAD. dogm. 2 l. 16 [*antea*: ex homine]. *al.***)**. *al., e. g. l. 13; nota neutr.*: GAIVS inst. 2, 203 quod ex illa ancilla -tum erit. ⓑ de (*cf. p. 92, 46*): OV. met. 2, 469 Arcas ... fuerat de paelice -tus (IVV. 6, 627). 15, 836 prolem ... de coniuge -tam. TERT. carn. 17, 2 ut dei filius de virgine -retur **(**CYPR. testim. 2, 9 tit. ut de v. -retur homo et deus, hominis et dei filius. FILASTR. 44, 2 [*postea*: apparuisse in carne]. ARATOR act. 1, 176 solum, quod de v. feta -itur, illud obit. *al.***)**. VET. LAT. Matth. 19, 12 (cod. 3. *al. et* VVLG.) sunt ... spadones, qui de matris utero sic -ti sunt **(**[*gr.* ἐγεννήθησαν, *opp.* facti sunt ab hominibus; cod. 2. *al.* ex u. matris *sim.,* Consult. Zacch. 3, 5, 10 ab u.]. HIER. in Gal. 3, 19 l. 22 de virginis u. *al.; cf. p. 94, 32. 95, 43***)**. Gal. 4, 4 (Cypr. testim. 2, 8) misit deus filium suum -tum de muliere **(**[*gr.* γενόμενον, *cod. 75. al. et Vulg.* factum, *ubi* -tum *var. l.*]. *item locutio indicat condicionem humanam* [*cf. p. 81, 64*]: HIER. in Gal. 5, 18 l. 45 ut eos, qui -ti erant de m. et sub lege, salvaret. VVLG. Iob 14, 1 homo -tus de m. brevi vivens tempore [*cf. p. 81, 65*]. *al., e. g. p. 113, 22***)**. TAB. devot. Audollent 141 (*saec. IV*) libera, que -itor di (*i.* -itur de) matre cum Samio (*sc. patre; siquidem recte legitur intellegiturque, v. Solin, Anal. Epigr., 1998, 79*). *al.* ⓒ per (*cf. p. 84, 13. 29*): TERT. carn. 20, 1 per virginem dicitis -tum, non ex virgine et in vulva, non ex vulva (LACT. inst. 4, 12, 7 per v. -to *Christo.* HIL. trin. 4, 42 l. 31 ex spiritu. AVG. epist. 242, 4 de humana generatione, qua per v. -tus est. *al., e. g. p. 95, 36*). RVFIN. Adamant. 5, 9 per Mariam -tus est, sed non de Maria. ⓓ in *c. abl.* (*cf. l. 24*): AVG. epist. 187, 33 *non* renatum dicimus hominem, quem mater peperit, tamquam iterum -tus sit, qui iam semel fuerat -tus in utero (quaest. hept. 1, 117, 1 iam in u. -tus erat, quia conceptus erat. *al.*). ⓔ ab: AVG. c. Iulian. op. imperf. 6, 15, 3 ab utero (*adde l. 15*).

② *c. abl. nudo* (*cf. p. 92, 8*): PLAVT. Persa 252 Iovi ... Ope -to. ACC. trag. 642 deum Cadmigena -tum Semela (CIC. Tusc. 1, 28 [*inde* AVG. civ. 8, 5 p. 327, 29]. nat. deor. 2, 62). CIC. Cluent. 27 filius Papia -tus. Phil. 3, 17 Iulia -ta ([*v. app. crit.*]. VELL. 2, 47, 2). nat. deor. 3, 45 matre (*al., v. vol. VIII 437, 6 sqq.; cf. infra p. 83, 60*). *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 15, 2 Psecade. NEP. Att. 19, 4 Drusilla -to. VERG. Aen. 1, 582 -te dea **(***item vocat.*: 1, 615. *al.* HOR. epod. 13, 12 mortalis d. -te puer Thetide. OV. met. 7, 690 SIL. 8, 81. *al. [cf. e. g. l. 42. 45]; ceterum*: VERG. Aen. 6, 90 -tus et ipse d. OV. ars 1, 18 -tus uterque d., *i. Amor et Achilles. al.***)**. HOR. sat. 2, 6, 5 Maia -te (OV. met. 2, 686 Atlantide M. -tus). PROP. 1, 17, 25 Doride. OV. met. 4, 288 Mercurio puerum diva Cythereide -tum. 9, 23 quo *Iove* te iactas, Alcmena -te, creatum ([matre *var. l.*]. SEN. Herc. f. 773 Phaedr. 317). fast. 5, 447 Pliade -te. *al.; nota* SEN. suas. 4, 1 *augur* non eodem contentus utero, quo imprudentes -imur (AVG. virg. 9, 9. *al.; cf. p. 81, 75 sqq.*). *in inscr. Etruriae (sc. aet. liberae rei p. ex. vel paulo post; de gen. matrem indicante v. p. 110, 31 sq. 112, 54 sqq.)*: CIL I$^2$ 2003 L(ucius) ... Septumia -t(us). 2006. 2009 C. Vensius C. f. Caesia -tus **(***item disting.* f(ilius) *vel* f(ilia) *c. gen. patris*: 2061 L(uci) f. Tetia -ta. 2641 [*post a. 90 a. Chr.*]. *al. ibid.* XI 1943 [*fort. aet. Aug. in.*]. *et saepius ibid.* INSCR. Année Épigr. 1987 n. 365 [*Clusii; saec. I ex. a. Chr. vel I in.*]. 1991 n. 662 [*Clusii, ut vid.*] Tasnonia -ta. *nota* CIL XIV 3607 [= INSCR. Ital. IV 1, 124; *Tibure, ante a. 54*], 15 Marsi f. Laelia -ta Pulchri, *sc. uxor***)**. *al. in vol.* CIL I$^2$ *et* XI.

Ⓑ *pater (simul intellegitur mater e. g. l. 65. 72. p. 83, 6 [per dat.]); indicatur per locut.*: ① *c. praepos.*: ⓐ ex (*cf. p. 91, 54*): PLAVT. Amph. 98 Amphitruo -tus Argis ex Argo patre (CIC. Q. Rosc. 30 ex improbo p. probum filium -i. HYG. fab. 253, 2 ex quo *Erechtheo p.* -tus est Aglaurus. *al.*). TER. Hec. 399 ex te **(**[DON. *ad l.* 1 sq. nove dixit -tum abortum, quasi abortus -atur; -tum ergo pro facto conceptoque dixit]. LENT. Cic. fam. 12, 14, 8. NEP. Epam. 10, 1 *p. 93, 70***)**. Ad. 40 ex me ..., ex fratre (VAL. MAX. 5, 10 ext. 3). 658 ex alio viro. CIC. rep. 1, 54 *regis* ut ex se -tis ita consulentis suis civibus. fin. 2, 61 (*antea*: filius) ex eo *Decio* -tus ... *non* cecidisset in proelio. *al.* VARRO ling. 8, 42 qui ex his *Menaechmis* sint -ti. NEP. Dion 2, 4 sororis suae filios ex illo -tos. Att. 19, 4 -ta est ... Attico neptis ex Agrippa. OV. met. 11, 316 (*311* ut sua ... complevit tempora venter *Chiones*) -itur e Phoebo *Philammon* (*de altero gemello v. p. 83, 3*). LIV. 45, 15, 1 quibus filius quinquenni maior ex se -tus *est.* LEX Iul. Pap. (dig. 23, 2, 44 pr.) qui senator est ⟨erit⟩ quive filius neposve ex filio proneposve ⌞ex ⟨nepote⟩ filio -to⌟ (⌞ ⌟ *ibid. iterum.* GAIVS inst. 3, 45 sq. 3, 58 ex n. ⟨filio -to⟩). S. C. Larin. 16 ex histrione aut gladiatore *eqs.* SEN. Tro. 343 ex virginis concepte ... stupro, *Pyrrhe,* et ex Achille -te. MART. 6, 39, 13 *filius* ex concubino *uxoris tuae* -tus est tibi (*cf.* IVV. 9, 83 tibi *patrono* filiolus vel filia -itur ex me *cliente*). 11, 15, 9 (*si recte huc traximus*) illam, ex qua -imur, omnium parentem, ... mentulam. PLIN. epist. 1, 14, 2 ex

*[Ramminger]*

quo *iuvene* -i nepotes *cuidam* ... deceat. *al.* ⓑ de (*cf. e. g. non nulla sub III allata*): Ov. met. 2, 555 virginibus ... de Cecrope -tis. 11, 313 alipedis de stirpe dei ... propago -itur Autolycus (*de altero gemello v. p. 82,* 67). fast. 3, 73 de cuius *Martis* sanguine -tus credor **(**trist. 2, 205 [*204* tuus ... civis] quemquam Latio ... de s. -tum ... barbara vincla pati. *cf. l. 49. p. 84, 68*). 4, 587 (*loq. Ceres*) si memor es, de quo mihi sit Proserpina -ta. Ib. 298 de Iove. CE 387, 9 (*saec. I/II; loq. mater*) superest ... mihi proles, ⟨... patri⟩ similes uno de coniuge -ti ... et virgo. Arnob. nat. 4, 26 p. 233, 10 -tas quinquaginta de Thestio. Hier. c. Ioh. 26 l. 68 *corpus resurrecti* de viri semine et carnis voluptate non -tum est. Fvlg. Rvsp. c. Fab. frg. 19, 2 l. 25 ut *primus homo* de se filium protulisset haberetque de se -tum. CIL V 1662 -tus ex civitate *quadam* ..., de Restuto -tus, de (dt *lapis*) matre Maiore creatus. *al.* ⓒ ab (*cf. p. 84, 32. 38*): Lex Iul. Pap. (dig. 38, 1, 37 pr.) qui libertinus duos pluresve ⌞a se genitos⌟ -tasve ... habebit (⌞ ⌟ ex se -tos *Cuiacius*). Tac. hist. 1, 16, 2 generari et -i a principibus fortuitum (*opp.* adoptandi iudicium; *cf. p. 90, 7*).

② *c. dat.* **(***exempla certiora, cf. p. 81, 64. 82, 43. 68. 73. al., ceterum p. 84, 73 sqq. nec non l. 34 [iuxta indicatur adulter, qui genuit, p. 82, 73 sq.]; dat. cum praepos.* ab *comparat* Prisc. gramm. III 269, 27 ablativo vel dativo ... adiunguntur ... passivam vim habentia neutralia vel deponentia, ut 'vapulo a te' et 'tibi exulo, -or, patior'. 317, 13 *p. 81, 50.* 389, 8 '-or a te' et 'tibi'. *cf. dat., qui indicat possessorem, e. g. p. 91, 58. 68 sqq.***)**: Plavt. Capt. 7 seni huic fuerunt filii -ti duo (Men. 18 ei. Trin. 575. *al.*). Enn. frg. var. 70 si quid liberum virile secus ei *Saturno* -tum esset. Lex repetund. (CIL I² 583) 77 nepotes ... eiei filio -teis civeis ... sunto **(**[*pro* -tei, *v. Leumann, Gramm. 1977, 427*]. *in formula simili*: inc. Tarent. [*ibid.* 2924] 8 n. ... ⌞eo⌟ f. -tis, qui *eqs.* [⌞ ⌟ *dat., v. vol. VII 2, 457, 67*]. Salpens. [CIL II 1963] 1, 3 *cum* liberis, qui legitumis nuptis quaesiti ...; item n. ac neptibus f. ⌞nat[al]is⌟, qui quaeve *eqs.* [⌞ ⌟ -tis -tabus *voluit Mommsen*]. Irnit. 3 A 43 n. ac neptibus f. ⟨n⟩atis, qui quaeve *eqs.*; *ceterum e. g.* Chart. lat. ant. III 214, 5 [*a. 195/6*]**)**. Iul. Pap. *p. 82, 69. al., e. g.* Ov. *p. 82, 43 et* Hier. epist. 54, 4, 3 faciat pater, quod vult, de substantia sua: non es eius, cui -ta es, sed cui renata et qui te ... redemit.

③ *c. abl. nudo* (*sc. plerumque nom. propr. [fort. dat. e. g. l. 35. 44. 55]; addidimus* unde *l. 44*): Enn. ann. 30 Assaraco -tus Capys. scaen. 45 *puer,* primus Priamo qui foret postilla -tus. 357 Tantalo prognatus, Pelope -tus *Thyestes* (Cic. nat. deor. 3, 53). Ter. Andr. 486 puer est -tus Pamphilo. Acc. trag. 131 -to Laerta. Afran. com. 364 quo -tu's patre (Calp. hist. 27 p. libertino. Cic. S. Rosc. 46 si tibi fortuna non dedit, ut p. certo -rere, ex quo *intellegeres eqs.* rep. 2, 4 p. Marte. *al.; cf. l. 60 sqq.*). 403 (*loq. Priapus*) aurito me parente -tum **(**Cic. Sest. 6. Hor. sat. 1, 6, 7 quali. CE 1005, 11 [*saec. I¹*] me ... Gallis -tum caroq(ue) ⟨p⟩are⟨nte⟩**)**. Cic. Arat. 20 -tum summo Iove Persea vises (nat. deor. 3, 42. 54 Ov. epist. 16, 272. *al.*). S. Rosc. 71 eum ..., unde ipse -tus esset. fat. 30 '-etur Oedipus ⌞Laio⌟' (*postea*: ex ea *muliere* Oedipum procreaturum *Laium*). off. 1, 121 hunc Paulo -tum adoptavit. *al.* Hor. carm. 2, 4, 5 Aiacem Telamone -tum (Ov. epist. 3, 27 T. et Amyntore -ti). Ov. met. 6, 114 Minoo -ta Thoante feror. 6, 436 qua *die* ... data est ... Pandione -ta (*cf. p. 92, 52*). Ib. 473 sanguine, *sc. patrio,* -tus eodem, quo genita est *Arctos* (*cf. p. 84, 68*). *et saepe.* Liv. 1, 3, 3 Ascanius ... quacumque matre genitus – certe -tum Aenea constat. 1, 16, 3 *Romulum* deum deo -tum ... salvere. Pavl. Fest. p. 83 Erebo -tam Noctem ait *Varro*. *al., e. g.* Plin. nat. 7, 51 *quidam* adulterio Aethiopis -tā matre ... avum regeneravit Aethiopem. Inscr. Année Épigr. 1998 n. 1578 (*saec. III*) Primus et ⟨F⟩aust⟨ina nas⟩cuntur duo fratribus. Carm. adv. Marc. 3, 219 grandis Ioannes super omnes semine -tos (*sc. homines, cf. p. 84, 70. 113, 14 sqq.*). Mart. Cap. 6, 655 qui *Alexander* Philippo cum -tus crederetur (*disting.* dracone ... conceptum).

ⓒ *uterque parens; indicatur per locut.*: ① *c. abl. nudo* (*fortasse dat. e. g. l. 63. p. 84, 2; iuxta praepos.* ex *l. 69 sqq.*): Plavt. Amph. 28 humana matre -tus, humano patre **(**Men. 1103 *fratres* geminos una m. -tos et p. uno uno die. Cic. nat. deor. 3, 56. Nep. Dat. 1, 1 p. Camisare, ... m. Scythissa. Orat. imp. Claud. [CIL XIII 1668] 1, 13. *al.; cf. l. 73 et* Plavt. Cist. 718 matri et patri, quibus -ta est**)**. Persa 596 quo genere aut qua in patria -ta sit aut quibus parentibus **(**Rud. 738 haec est -ta Athenis ingenuis p. Cic. Tusc. 5, 58 bonis p. atque honesto loco. Lael. 70. Liv. 44, 30, 2 *alterum fratrem* utroque p., alterum ... matre eadem -tum. Sen. contr. 7, 6, 1 honestis. Val. Max. 8, 5, 1 isdem p. -tis. CE 1125, 4 libertinis ... p. ambis. *al.***)**. Cic. nat. deor. 3, 42 Erebo et Nocte. 3, 54 (*loco lacunoso; syn.* procreatae). 3, 56 Iove tertio -tus et Maia, ex quo et Penelopa Pana -tum ferunt **(***sim. accedit* ex *c. pron.* [*et nom. propr.* ἀπὸ κοινοῦ]: 3, 59 Venus prima Caelo et Die -ta ..., ex qua et Mercurio Cupidinem ... -tum accepimus. *ibid. iterum***)**. *al. in eodem opere* (*sc. c. binis nom. propr.*). Ov. met. 12, 504 nec nos *Centauros* matre dea nec nos Ixione -tos esse reor. *al.* Mela 1, 45 confuso parentium coitu. Lvcan. 8, 409 sanguine mixto -itur *Arsacides, sc. incesto* (Plin. nat. 7, 14 adulterino). *al., e. g.* matrimonio -i *vol. VIII 478, 32. 34; huc fort. pertinet* Inscr. Iugosl. Šašel 1328 (*saec. II/III*) *pater* cum coniuge ... *et* virgo his ⟨Ca⟩ssia -ta. ② *c. praepos.* ex (*hic illic ἀπὸ κοινοῦ posita; addas p. 83, 69 sqq., cf. e. g. p. 91, 49; exempla selecta inde a* Nep.): Ter. Haut. 1030 ex me atque ex hoc. Catvll. 90, 1 -atur magus ex Gelli matrisque ... coniugio **(**[*3* gignatur]. *cf.* Plin. nat. 2, 17 matrimonia ... inter deos *esse* et ... ex ⌞his⌟ neminem -i [⌞ ⌟ *sc. matrimoniis coll. vol. VIII 478, 47 sq.; an deis?*]**)**. Cic. nat. deor. 3, 53 ex rege Iove ... et Proserpina. 3, 55 ex tertio Iove et Iunone. Nep. Dat. 2, 3 ex fratre et sorore. Timol. 1, 4 soror ex eisdem parentibus -ta. Vitr. 8, 3, 25 ex his. Ascon. tog. cand. p. 71, 4 ex eo ... stupro. Gaivs inst. 1, 64 qui ex eo coitu -untur *eqs.* **(**1, 78. Avg. c. Faust. 16, 15 p. 457, 2 homini ex c. -to dissimilis Christus. Gennad. dogm. 2 l. 16 -tus ... dei filius ex homine, non per hominem, id est non ex viri c. ..., sed ex virgine. Fvlg. Rvsp. epist. 17, 8 ex c. maris feminaeque. *al.; cf. p. 92, 56***)**. 1, 78 ex eis, inter quos non est conubium. Gell. 5, 19, 9 (*in rogationis formula*) quam si ex eo patre matreque familias eius -tus esset *filius adoptivus*. *al.* ?③ *c.* inde, unde (*sc. e coitu; an e muliere, puella coll. e. g. p. 83, 44?*): Ter. Hec. 832 Philumenam compressam esse ab eo et filium inde hunc -tum. Phorm. 1018 u. haec -ta est. Avg. civ. 3, 5 p. 101, 24 utrum praevaricatores angeli cum filiabus hominum concubuerint, u. -tis gigantibus ... terra completa est. ④ *c. adv. aut praepos.* per (*respicitur incestus*): Sen. Ag. 233 *Aegistho* non est poena sic -to mori. Phoen. 300 *Eteocles et Polynices* per nefas -ti. Thy. 42 liberi pereant male, peius tamen -antur.

ⓓ *exempla ambigua vel generalia* (*cf. e. g. p. 91, 50. 51. 53. 56. 92, 34. 47*): Ter. Eun. 460 ex homine hunc -tum dicas? **(**Avg. serm. 139, 3 filius hominis -tus ex h. meliore condicione -tus est quam filius dei? Gennad. dogm. 2 l. 4 -tus secundum veritatem naturae ex deo dei filius et ... ex h. hominis filius. *al.; cf.* Sedvl. op. pasch. 2, 2 p. 199, 2 -ente Christo per hominem *eqs.***)**. CIL I² 3172 (*Brundisii; saec. II ex./I in. a. Chr.*) sei quei exs eis -ti erunt. Cic. nat. deor. 2, 62 ex nobis -tos liberos appellamus. Verg. Aen. 3, 98 *omnibus dominabuntur* nati natorum (*v. p. 112, 6*) ⌞et qui -entur ab illis⌟ **(***inde* CE 2034 [= CIL VI 13377, *ubi antea*: sibi et ... filio ... libertis libertabusque posterisque eorum]**)**. Plin. paneg. 28, 5 ex his. Vet. Lat. Ioh. 3, 6 (cod. 3. *al.*) quod -tum est de carne, caro est, ... ⌞quod -tum est de spiritu, spiritus est⌟ (*gr.* τὸ γεγεννημένον ἐκ *bis,* cod. 6. *al. et* Vvlg. ex ..., ex; ⌞ ⌟ *pertinet ad IIC1*). CIL VI 13294 libertis liberta⟨busque et nas⟩centib(us) (*i. [iam] -tis*) et qui ex eis ⟨-entur⟩ (*suppl. sec.* Année Épigr. 1948 n. 60). XIV 766 fec(erunt) sibi ... *et heredibus* eorum et qui ab eis -entur. Ps. Avg. quaest. test. 81 tit. (*ad Gal. 2, 15* nos natura Iudaei) de Iudaeis Iudaei -untur *eqs.* 81, 2 de Christiano ... ideo non -itur Christianus, quia ipse, qui generat, non -tus, sed factus est Christianus; ... *non* per substantiam -itur, sed per fidem. *al.*



Ⓘ *familia, maiores, gens sim.; indicatur per locut.*: Ⓐ *c. abl. nudo*: Plavt. Aul. 778 genere quo sim -tus (*al., v. vol. VI 2, 1888, 37 sqq., ubi addas* Qvadrig. hist. 10ᵇ). Rhet. Her. 3, 7, 13 quibus maioribus -tus sit (Qvint. inst. 11, 1, 85. CIL XVII 2, 32 [*a. 317/37*] patre avo maioribus impp.). Cic. Quinct. 31 nemo nostro loco -tus (Verr. II 3, 62 eodem genere ac l. 5, 31 honesto. 5, 111 domi suae nobilissimo l. Balb. 18. *al., v. vol. VII 2, 1588, 64 sqq.*). Phil. 3, 17 *gente* Iulia -tus. Q. Cic. pet. 13 consularibus familiis (*al., v. vol. VI 1, 243, 16 sq., ubi addas* Caes. Gall. 7, 37, 1). Verg. Aen. 1, 286 -etur pulchra Troianus origine Caesar (*al., v. vol. IX 2, 989, 44 sq.*). Epiced. Drusi 366 qua -tus erat, gloria summa domūs. Liv. 7, 40, 8 si cui genus ... subdere spiritus *potuit* ..., iis eram -tus. Vell. 2, 76, 4 obscurissimis initiis. Prvd. apoth. 418 *Iesu,* ⌞-te deo⌟, -te sceptris et germine Dauid (⌞ ⌟ *pertinet ad IIIA1*). Clavd. 8, 122 hoc nobilis ortu -eris. *al.* Ⓑ *c. praepos. sim.* **(**de *l. 58 sq. 64. 70 sq.* [*arcuimus p. 83, 3*], ex *l. 59. 62. 67,* in *c. abl. l. 60 sq. 67,* ab *l. 64,* per *l. 72,* unde *l. 69***)**: Plavt. Capt. 277 quo de genere -tust ... Philocrates? (Isid. eccl. off. 1, 15, 2 salvatore de g. David -ente). Ter. Ad. 297 ex tanta familia (Cic. Planc. 12 summa in f. -to. Phil. 2, 26 in ea f. -tus, quae *eqs.* rep. 1, 31 hoc avunculo, nobilissima in f. atque in hac tam clara re publica -tus. parad. 36 in amplissima f.). Cic. Sest. 50 (*in imag.*) virum ... ex isdem quibus nos radicibus -tum ad salutem huius imperi. Hor. carm. 2, 3, 21 prisco -tus ab Inacho ... an ... infima de gente **(**Homer. 202 Aetola ⌞de g.⌟ [*nisi pendet e nomine*] Thoas Andraemone -tus. Inscr. Année Épigr. 1975 n. 530 [*e Britannia; saec. I/II*] gentis ..., unde ille -itur. Qvodv. symb. 2, 4 in ipsa ... g. *Iudaeorum,* in qua et ex qua -i dignatus est *Christus***)**. Ov. met. 15, 447 de sanguine -tus Iuli (*cf. p. 83, 4. 49*). Liv. 1, 41, 3 (*Tanaquil Servio filio servae*) qui sis, non unde -tus sis, reputa (*adde l. 66*). Cypr. testim. 2, 11 tit. quod de semine David secundum carnem -i haberet (Hier. c. Vigil. 4 l. 2 qui de latronum et convenarum -tus est s. *al.*). Ennod. opusc. 3, 7 p. 385, 6 factus est victor stemmatis sui, per quod universos -endo superavit. ⓒ *c. dat.* (*quo indicatur avus; cf. p. 82, 65. 83, 1*): Ter. Hec. 639 -tus est nobis nepos. Nep. reg. 2, 3 cum ... multi ... ei -ti essent nepotes. Pavl. Fest. p. 164 *nepos* ab eo, quod -tus post patri sit quam filius.

*[Ramminger]*

Ⓓ *c. adv.*: Cic. Quinct. 55 quem ad modum -tus et quo pacto educatus sim **(***cf.* ita: Verr. II 4, 126 i. -tus, i. educatus est, i. factus et animo et corpore [*seq. enunt. secund. c.* ut, *ut*: fam. 6, 5, 4 i. ... -tus, i. educatus, i. doctus. Sen. epist. 98, 13 ut rem publicam deberet capessere. Tac. ann. 4, 8, 5. *cf. p. 86, 9sqq.*]**)**. fin. 5, 57 optime -tus institutusque **(***cf.* bene -tus: Alterc. Heracl. p. 135 leonum cor habes et b. -tus es. Hier. tract. in psalm. I p. 191 l. 78 *Ioseph,* b. -tus et sanctus vir. Ennod. epist. 1, 1, 5 p. 2, 17 [*postea*: iubar sanguinis]. Vita Caes. Arel. 2, 8 p. 327, 25 b. -ti homines seu reliqui captivi. Pass. Pontian. [BHL 6891] 2 iuvenis b. -te**)**. Epiced. Drusi 379 alte. Sen. contr. 9, 1 them. sordide -tus (Tac. dial. 8, 3 quo sordidius et abiectius. Tert. nat. 2, 7, 7 s. -tos, inhoneste institutos). Sen. benef. 3, 22, 1 felicius -tis *quam servi.* epist. 47, 10 splendidissime (*posit.*: Plin. epist. 6, 22, 2. 6, 33, 2). Frontin. strat. 4, 6, 4 honeste (*al., v. vol. VI 3, 2913, 64sq., ubi addas* Tert. nat. 1, 16, 14). *al.*

(III) *tempus* (*nota* in *c. acc. l. 29; cf. e. g. p. 89, 40; exempla post* Cic. *pauca selecta*): Plavt. Amph. 481 alter decumo post mense -etur puer quam seminatust, alter mense septumo (Varro Men. 543 undecimo. *al.; cf.* in decem mensibus: Cic. top. 44. Scaev. dig. 28, 2, 29 pr. proximis. *al.*; intra decem menses: Sen. contr. 7, 8, 5 Marcell. dig. 40, 5, 56. *al.*). Cist. 136 puerum ... recens -tum. Men. 1103 uno die **(**[*v. p. 83, 60*]. Cic. Catil. 3, 2 si non minus nobis iucundi ... sunt ei dies, quibus conservamur, quam illi, quibus -imur. Varro frg. Gell. 3, 2, 2 qui ... in his horis viginti quattuor -ti sunt, uno d. -ti dicuntur. Ov. fast. 3, 812 illa d. Val. Max. 1, 8 ext. 17. Ps. Sen. mon. 109 quo primum d. -tus es. CIL X 2933 d. Saturni. *al.***)**. Mil. 1082 postriduo ... quam *eqs.* Most. 88 quando (92). Truc. 509 nudius quintus. Cic. S. Rosc. 50 illis temporibus **(**div. 2, 93 eodem t. 2, 95 [*iuxta* conceptum]. *al.* Lvcr. 3, 868 nullo ... t. -tus [*cf. p. 90, 75sq. 91, 3. 92, 18*]. Catvll. 64, 22 o nimis optato saeclorum t. -ti heroes. Varro ling. 6, 5. *al.; cf.* in tempora: Lvcan. 2, 45 *o nos miseros,* quod non in Punica -ti t. Cannarum fuimus. 5, 620**)**. Brut. 161 quibus *consulibus* -ti sumus (*ibid. iterum.* Ov. ars 2, 663. *al.; cf. l. 41*). rep. 6, 23 qui postea -entur (*seq.* qui ante -ti sunt). ac. 2, 15 (*in imag.*) illi *philosophi physici* tum in novis rebus quasi modo -entes haesitaverunt *eqs.* (Verg. ecl. 4, 8 tu m. -enti puero ... fave Lucina. Ov. met. 8, 455 o m. -te. *cf. p. 91, 59*). div. 1, 47 perniciem (*sc. Alexandrum*) Asiae proxuma nocte -tam. off. 3, 95 cum *Agamemnon* devovisset Dianae, quod in suo regno pulcherrimum -tum esset illo anno, immolavit Iphigeniam, qua nihil erat eo ... anno -tum pulchrius. Varro ling. 9, 60 mane. frg. Gell. 3, 2, 6 kalendis hora sexta (Plin. epist. 2, 20, 3). Ov. epist. 11, 108 (*107* puer ... tam paucis editus horis) vix bene -tus erat. Vitr. 9 praef. 17 plures post nostram memoriam -entes. CIL IV 1555 *his consulibus* (*sc. a. 29*) -tus pridie Nonas Capratinas. Sen. Tro. 469 o -te sero Phrygibus, o matri cito. epist. 64, 7 nec ulli -to post mille saecula praecludetur occasio ... adiciendi *iam inventis.* *al.*

(IV) *locus* (*cf. e. g. p. 81, 69. 82, 57. 83, 64[bis]; exempla pauca selecta*): Plavt. Men. 408 Syracusis ... in Sicilia. Mil. 648 Ephesi sum -tus, non enim in Apulis. Persa 149 ubi se -tam praedicet. 151 longe ab Athenis. 631 in culina, in angulo ad laevam manum **(***item ludicre*: CIL IV 4533 [= CE 41 adn.] inter beta(m) et brassica(m) [*ad loc. v. Kruschwitz, Arctos 38, 2004, 47*]**)**. Rud. 741 Athenis -tus *sum* altusque educatusque Atticis. Lael. or. frg. Schol. Cic. Bob. p. 118, 15 quod is cum illo animo atque ingenio hac e civitate ... -tus est **(***item accedit praepos.* ex: Sen. epist. 4, 9 [*in imag.*] ex quo -tus es, duceris [*sc. morte*]. Ivv. 3, 156 lenonum pueri quocumque ex fornice -ti. CIL VI 3266 [*saec. III?*] -t(us) ex Pann(onia) imf(eriore). Avg. civ. 2, 12 p. 110, 2 utrum etiam dea Febris ex illa *Aegypto* -ta sit. *al., e. g. p. 83, 12*). Cic. leg. agr. 2, 84 illi miseri, -ti in illis agris et educati. Arch. 4 ibi, *sc. Antiochiae,* ... loco nobili. Catvll. 10, 15 (*de lecticariis*) quod illic, *sc. in Bithynia,* -tum dicitur esse. Sall. Iug. 63, 3 *Marius* -tus et omnem pueritiam Arpini altus. Nep. reg. 3, 5 *Hamilcarem et Hannibalem* calliditate omnes *reges* in Africa -tos praestitisse. Att. 13, 4 neque tamen horum *servorum* quemquam nisi domi -tum domique factum habuit. Hor. carm. 4, 9, 2 ad Aufidum. epist. 2, 1, 244 Boeotum in crasso ... aere -tum (*cf.* Ivv. 10, 50 crasso ... sub aere). Liv. 5, 30, 1 in quo *solo* -ti essent. CIL III 2746 (*saec.* $I^2$*/III*) -tus domo Celeiae. VIII 16689 (*post saec. I*) hic -tus, vixit *annos tot* ..., h(ic) s(itus) e(st). VI 2425 (*saec. III*) -t(us) provinc(ia) Dacia. 2760 (*saec. III*) -t(us) M(o)esia inferiore dom⟨o⟩ *Oesco.* III 10540 -tus natione *Cappadox.* *et passim.* respectu *oriendi, prodeundi magis minusve evanido vergere vid. ad notionem (naturā) exsistere, vivere* (*cf. usum p. 92, 62sqq. 96, 74sqq. illustratum nec non p. 91, 20. 28sq.; non nisi stirps praes.*): Vitr. 2, 1, 1 homines vetere more ut ferae in silvis et speluncis ... -bantur ciboque agresti vescendo vitam exigebant (Plin. nat. 4, 95 in quibus *insulis* equinis pedibus h. -antur. 7, 30 alibi cauda villosa h. -i pernicitatis eximiae). 6, 1, 4 corpora, quae -untur sub septentrione, a febri sunt timidiora *eqs.* (*antea*: qui ... sunt proximi ad axem meridia- num). 6, 1, 10 qui ... refrigeratis -untur regionibus *eqs.* (*antea*: meridianae nationes).



Ⓥ *proprietates quaelibet, quibus quis vel (inde a) tempore -endi vel natura ingenitis sit praeditus, vel quem ad finem, effectum, quam ad actionem, voluntatem, cuius ad commodum sim. sit aptus, destinatus sim.; indicantur per locut.*: Ⓐ *varias*: Plavt. Bacch. 615 malevolente ingenio (1086 eo. Enn. scaen. 12 eo ego i. -tus sum: amicitiam ... in frontem promptam gero. Ter. Haut. 421 i. egregio ad miserias). Rud. 321 cum istiusmodi virtutibus operisque (Lael. or. frg. *p. 85, 50. al.*). Ter. Hec. 270 animo leni. Lvcr. 5, 913 hominem tanto membrorum esse impete -tum, ... ut *eqs.* Cic. Mil. 68 qui ita -tus est et ita consuevit (de orat. 1, 90 [*seq. enunt. secund. c.* ut, *ut*: fin. 5, 43 -ti factique. div. 2, 96. *al.; cf. p. 85, 2sqq.*]. fat. 9. *al., e. g.* Plin. nat. 7, 69 i., *sc. cum dentibus.* Lex colleg. aq. [CIL VI 10298; *saec. I*] 23 i., *sc. corpore vitiato.* Decret. decur. Tergest. [CIL V 532; *a. 138/161*] 1, 23 vir i. -tus [*postea p. 87, 63*]**)**. 101 qua *mente* -tus est. leg. 1, 16 cuius muneris colendi ... causa -ti et in lucem editi simus (*cf. e. g. p. 92, 32*). fin. 2, 69 nos ... Virtutes sic -tae sumus, ut tibi *Voluptati* serviremus **(**Sort. Sangall. 40, 1 quidquid finges, eveniet, quia sic -tus es[t]. Hier. epist. 68, 1, 2 iste peccavit ..., ut s. -retur? [*v. l. 55*]. *cf. p. 82, 13***)**. off. 1, 119 quomodo (*sc. quo ingenio praeditus*). Sall. Iug. 24, 10 quoniam eo -tus sum, ut Iugurthae scelerum ostentui essem. Hor. sat. 1, 3, 68 vitiis nemo sine -itur. Ov. met. 10, 248 *Pygmalion eburi* formam ... dedit, qua femina -i nulla potest. Petron. 47, 4 nemo nostrum solide -tus est. Svet. Vesp. 23, 1 de quodam procerae staturae improbiusque -to. *al., e. g. p. 90, 20.*

Ⓑ *praedic., sc. accedit*: ① *adi. aut subst. quodlibet* (*cf. e. g. p. 92, 45. 49. 71; exempla selecta post* Cic.): Plavt. Amph. 179 verna (Val. Max. 3, 4, 3). Capt. 577 te⟨te⟩ -tum ... liberum (Rud. 739. *al.* Afran. com. 232. Cic. Deiot. 34 *p. 89, 15.* Caes. Gall. 7, 37, 2 *p. 87, 60. al.*). Poen. 1240 *filias* ingenuas, liberas summoque genere -tas (Enn. scaen. 324 -tum i. Aiacem. *al., v. vol. VII 1, 1544, 28sqq.*). Pseud. 589 metum et fugam perduellibus meis me ... -tum. Rud. 218 serva. Ter. Haut. 214 nos a pueris ... -i senes. Phorm. 792 virum me -tam vellem (Rvt. Lvp. 2, 6 Phaedr. 3, 8, 11. Min. Fel. 35, 6 vos ... adulteria prohibetis et facitis, nos uxoribus nostris solummodo viri -imur). Lvcil. 974 uti pecudem te asinumque ut denique -i praestiterit (*sc. post hanc vitam*). Cic. Catil. 2, 27 quia *Catilinarii* -ti sunt cives (Vatin. 10 *melius fuit* me c. in hac civitate -i *quam te.* Phil. 13, 1 eum detestabilem c. rei publicae -tum iudico. Pollio Cic. fam. 10, 32, 3 c. Romanus. *al.*). Cael. 6 deformem. Phil. 13, 32 quam sit huic rei publicae -tus hostis Antonius (Liv. 35, 12, 14 Hannibale -to adversus Romanos h.). fin. 4, 18 hoc solum animal, *sc. homo,* -tum est pudoris ... particeps. Tusc. 3, 36 mortalis -tus (Val. Max. 9, 13, 3 ext. 1. *al.*). Nep. Epam. 6, 3 innocentes illos -tos domi, scelere admisso ... receptos esse ab Atheniensibus. Prop. 1, 6, 29 non -tus idoneus armis. 2, 3, 29 gloria Romanis una es tu -ta puellis. 4, 11, 67 filia, tu specimen censurae -ta paternae. Ov. am. 2, 5, 4 perpetuum -ta puella malum. 2, 14, 19 cum posses -i formosa. met. 9, 747 (*ad Iphin*) quid sis -ta, vide (= 12, 474 [*ad Caenea, de quo* 12, 175 femina -tus erat]). Ib. 209 -tus es infelix. Pont. 2, 3, 71 quod eras aliis factus, mihi -tus amicus, quodque tibi in cunis oscula ... dedi. Labeo Gell. 4, 2, 12 non sanos -i homines. Sen. contr. 2, 4, 12 qui non -ti sunt nobiles, sed facti (Ps. Sen. mon. 62. *cf.* Sen. contr. 1, 6, 3 ignobiles). Sen. Thy. 314 ne mali fiant times? -untur (Apvl. Plat. 2, 3 p. 222 hominem ab stirpe ipsa neque absolute m. nec bonum -i). dial. 4, 10, 6 neminem -i sapientem, sed fieri. Cvrt. 6, 11, 4 Macedo -tus. Pavl. dig. 50, 16, 129 qui mortui -untur, neque -ti neque procreati videntur, quia *eqs.* Vet. Lat. Ioh. 9, 2 (cod. 5. *al. et* Vvlg.) quis peccavit, hic aut parentes eius, ut caecus -retur (*gr.* γεννηθῇ, cod. 3 quod c. -tus est, *sim. al.*). Hil. trin. 12, 48 qui ... erat filius dei, -tus erat et filius hominis (Hier. epist. 21, 2, 5 ut filius dei h. f. -retur. Gennad. *p. 84, 27. al.*). Inscr. numm. imp. V 1 p. 299 n. 306 deo et domino -to Aureliano Aug. *al.; nota* Boeth. Porph. isag. p. 20, 22 Socrates *ut homo* non ... semper ridet, quamvis sit -tus semper risibilis **(***gr.* ἀεὶ πεφυκὼς εἶναι γελαστικός. *in logica ut*: top. Arist. 136a3 apti -ti habere *visum* [*gr.* πεφυκότες ἔχειν]. *eundem usum verbi v. p. 107, 22sqq.***)**. ② *subst.* homo (*cf. p. 89, 45. 113, 24*): Plavt. Cas. 294 *puellam* concedere h. -to nemini. Svlp. Rvf. Cic. fam. 4, 5, 4 (*antea*: homunculi) *memento* h. te esse -tum. *ibid. filiae* moriendum fuit, quoniam h. -ta fuerat. Sen. dial. 2, 6, 3 attollere se h. -tus supra humana *potest.* Fronto p. 222, 3 Apvl. apol. 8, 6 met. 9, 1, 5. Lact. inst. 3, 19, 7 omnem h. -tum immortalitate donari. *al.; v. etiam* Zenonis *ed. Löfstedt, p. 58*sq., ubi addas locos ad Christum spectantes e. g.* Tert. adv. Marc. 4, 13, 6 deus h. -tus est. Hil. trin. 3, 7 l. 14. 10, 21 l. 6 manens in forma dei ... h. -tus *est. ibid.* l. 15 nostrae similitudinis -tum h. ③ *pron. rel.* quod (*cf.* quid *l. 45; respicitur id, quod quis naturā est, v. Adkin, Jerome on Virginity, 2003, 161*): *formae c. part. perf. compositae*: Sen. contr. 1 praef. 9 emolliti enervesque, q. -ti sunt (*sc. viri*), inviti manent. Clavd. Don. Aen. 2, 155 p. 168, 25 civis, qui -endo provenit, ... *ita* desinit esse, q. -tus est. 11,

570 p. 504, 17 (*antea*: posse naturam consuetudine commutari) cum esset femina ..., omne, q. fuerat -ta, *respuit.* AMBR. hex. 4, 4, 13 quid ... tam inutile *est,* quam ut unusquisque persuadeat sibi hoc esse, q. -tus est? nemo ergo debet ... niti quo melior fiat. in Luc. 4, 34 cur tu fastidias, q. -tus es, adpetas quod indebitum est? *al.* *stirps praes.* (*resultativi q. d. ut item p. 86, 33; cf. p. 98, 73*): ZENO 1, 36, 13 *caritas* humanitati praestat esse, q. -itur (*si recte huc traximus*). CLAVD. DON. Aen. 1, 520 p. 105, 9 fit deterior, cui extorquetur contra naturam, q. -i non meruit. AMBR. exhort. virg. 6, 35 *est* illud ... verum, q. -imur, non in quod mutamur. CASSIAN. conl. 5, 19, 4 *non possumus* id non esse, q. -imur. *al.*

Ⓒ *c. praepos.*: ① ad (*aliter p. 89, 11, cf. p. 84, 63. 91, 46; exempla selecta inde a* CIC.): *formae c. part. perf. compositae*: PLAVT. Rud. 189 hancine ego ad rem -tam miseram me memorabo? CIC. Verr. II 2, 134 in omni ... nequitia ... Timarchidem ad istius ... singularem ... nequitiam -tum atque aptum fuisse (Flacc. frg. Cus. 14 hominem ... corpore, animo ... -tum atque a. ad tempora belli militaremque rationem. de orat. 1, 99 ad dicendum maxime -tum a. que). 3, 96 ut ... nomen senatorium non modo ad invidiam imperitorum, sed etiam ad contumeliam improborum -tum esse videatur. Manil. 42 ad ... bella conficienda (*item accedit gerund.*: Vatin. 25 ad conservandam rem publicam. Tusc. 1, 32 ad homines iuvandos *eqs. al.* LIV. 29, 19, 3. *al.* SEN. contr. 10 praef. 10 SEN. dial. 8, 5, 7). Balb. 3 L. Crasso ... homine -to ad dicendi singularem quantam facultatem. har. resp. 6 ad interitum exitiumque Karthaginis (*postea*: ad illam pestem comprimendam *eqs.*). Phil. 12, 9 C. Caesarem deorum beneficio -tum ad haec tempora. leg. 1, 62 se ad civilem societatem -tum *sensit sapiens.* fin. 3, 65 nos ad coniunctionem ... hominum et ad naturalem communitatem esse -tos. 5, 63 ad laudem et ad decus -ti, suscepti, instituti sumus. OV. trist. 4, 10, 18 ad arma fori. LIV. 7, 18, 7 plebem nusquam alio -tam quam ad serviendum. VELL. 2, 129, 1 viri -ti ad omnia, quae recte facienda sunt. CIL XI 4170 (*a. 32*) providentiae Ti. Caesaris -ti ad aeternitatem Romani nominis. SEN. dial. 2, 1, 1 altera pars (*sc. feminae*) ad obsequendum, altera (*sc. mares*) imperio -ta *est.* *al.* *stirps praes.*: CIRIS 42 ad tantas nunc primum -imur artes (*sc. ad philosophiam*), nunc primum teneros firmamus robore nervos. SEN. suas. 4, 2 *astrologi inquirunt,* Saturnus -entem ⟨ad cultum agrorum⟩ an ad bella Mars militem ... exceperit (*seq. p. 90, 37*). SEN. benef. 3, 30, 4 ad ista facienda. epist. 90, 46 ad hoc (*sc. virtutem*) quidem, sed sine hoc -imur. CLAVD. 18, 331 -itur ad fructum mulier. ② in *c. acc.* (*cf. p. 89, 22. 91, 20. 29. 65; exempla selecta post* MANIL.): CIC. Tusc. 1, 9 quoniam ... etiam mortui miseri sunt, in miseriam -imur sempiternam. OV. am. 1, 9, 41 segnis eram ... *et* in otia -tus (*sim.* trist. 3, 2, 9). LIV. 9, 9, 11 viris in arma -tis (STAT. Theb. 10, 233 in a. tubasque). *al.* MANIL. 5, 658 in pelagi caedes. SEN. benef. 2, 6, 3 *sapiens* in commune auxilium -tus ac bonum publicum. 2, 12, 2 homo, *i. C. Caesar,* -tus in hoc, ut mores liberae civitatis ... servitute mutaret (*item praeparatur enunt. fin.*: dial. 11, 14, 3 in h., ne *eqs.* epist. 120, 14). dial. 1, 6, 3 in exemplar. epist. 24, 15 in haec. QVINT. inst. 2, 8, 5 (*antea*: quibus ... aptus). *al.* ③ *variis*: CIC. Phil. 10, 22 qui *L. Antonius* ob eam causam -tus videtur, ne omnium mortalium turpissimus esset M. Antonius. PLIN. paneg. 28, 7 propter te -untur (LACT. inst. 3, 12, 1 quid sit, p. quod -imur. CHROMAT. in Matth. 4, 2 salvator noster omnibus ... -tus est, unus p. omnes -tus est. *al.; cf. p. 92, 5*). QVINT. decl. 329, 5 homines adversus (ad *Burman*) deorum hominumque iniuriam -tos. *al.*

Ⓓ *c. dat.* (*stirps praes. non nisi l. 72. p. 88, 13; exempla selecta inde a* CIC.): ① *rei* (*cf. p. 91, 16. 24. 92, 5*): TER. Ad. 545 me credo huic esse -tum rei, ferundis miseriis (SEN. contr. 3 praef. 14. TERT. paenit. 12, 9 peccator ... nec ulli r. nisi paenitentiae -tus). CIC. Cluent. 43 se non suis commodis, sed etiam suorum municipum ... -tum esse. Sest. 138 somno ... et delectationi -tos. Cael. 59 huic imperio (CAES. Gall. 7, 37, 2 se liberos et i. -tos. *addas l. 32*). Pis. 41 -tus abdomini suo, non laudi et gloriae (*al., v. vol. I 59, 66 sqq.*). Mil. 104 vir patriae -tus (Phil. 14, 32 LIV. 28, 43, 19. DECRET. decur. Tergest. [CIL V 532; *a. 138/161*] 1, 31 non ali quam p. suae. *al.; addas p. 88, 5 sqq.*). Phil. 3, 8 (*de D. Bruto*) o civem -tum rei publicae (13, 46 *magno* deorum ... beneficio r. p. -tus. *al.* [*in* Phil.]. PS. SEN. extr. voc. 194 non rem publicam sibi -tam ..., sed se r. p.). 6, 9 *Brutum* vestrae ... libertati -tum, non otio suo (SEN. dial. 6, 20, 6 virum l. non suae tantum, sed publicae -tum). PROP. 2, 25, 1 *puella* -ta meo, pulcherrima cura, dolori. OV. Pont. 3, 1, 123 *Circe* vertendis -ta figuris (*item c. dat. gerund.* TER. *l. 56; cf. e. g. p. 91, 21. 101, 8. 102, 11. 107, 17*). LIV. 10, 22, 6 esse ... viros -tos militiae. 36, 17, 5 servituti (TAC. Agr. 31, 2). SEN. clem. 1, 18, 3 numerari inter publico malo -tos (nat. 5, 18, 11 suo quisque ... ac suorum m. -retur. SVET. Nero 6, 1 publico). dial. 9, 1, 13 morti -tus es (nat. 1 praef. 4). PLIN. nat. 7, 110 Dionysius tyrannus ... saevitiae superbiaeque -tus. SIL. 6, 341 tibi, *Gradive, Reguli* dextera et urbi -ta tuae damnatur sorte catenae. TERT. patient. 12, 1 quis ... impatientiae -tus ... ignoscet fratri suo. INSCR. numm. imp. IX p. 28 n. 75 bono rei public(a)e -ti (p. 79 n. 15. *al., v. vol. II 2100, 61 sqq. et supra p. 79, 55 sqq.*). *al.* ② *animantis* (*sc. hominis praeter l. 13; plerumque pron. refl. [cf. p. 92, 25]; huc vergere vid.* OV. ars 1, 430 *p. 94, 7 [v. Hollis, comm. 1977, ad l.]; cf. p. 92, 60*): RHET. Her. 4, 43, 55 non mihi soli, sed ... multo potius -tus sum ⌞patriae⌟ (*item opp.*: CIC. Mur. 83 non tibi, sed p. -tus *es.* fin. 2, 45 *secundum Platonem* non sibi se soli -tum ..., sed p., sed suis). CIC. Marcell. 25 si tibi ... soli -tus esses. Phil. 5, 24 civem non sibi, sed nobis et rei publicae -tum. rep. 3, 12 quae *virtus* omnis magis quam sepse diligit, aliis -ta potius quam sibi. fin. 2, 79 sibi quemque -tum esse et suis voluptatibus. off. 1, 22 *secundum Platonem* non nobis solum -ti sumus ortusque nostri partem patria vindicat, partem amici. SEN. Herc. O. 1897 *Herculis virtute* non stabulis (*sc. equis Diomedis*) -itur infans. clem. 2, 1, 2 Burrus ... tibi principi -tus. dial. 10, 14, 1 *scriptores veteres* nobis -ti sunt, nobis vitam praeparaverunt. *al.*

Ⓔ *c. inf.* (*cf. p. 91, 27. 66 sq. 101, 5 sq. 102, 17*): HOR. epist. 1, 2, 27 nos ... sumus ... fruges consumere -ti.

(VI) *aetas, anni* (*de crescendi, adolescendi actione per tempus se extendente, ut vid. [cf. p. 90, 49 sq.]; stirps praes. non nisi l. 61; capitulis singulis non tribuimus locos, ubi nota vocis q. e.* annus *certe solvi non potest, e. g.* CIL $I^2$ 792, 3 [*saec.* $I^2$ *a. Chr.*] ann -t(us) *tot* [*seq.* annor, *v. l. 49*]. III $14359^4$ an XIX nat. V 564 nat ann XX): Ⓐ *forma* (maior, minor) annos *tot* -tus (*cf. p. 91, 44. 92, 38; addidimus* plus, amplius *pro subst. l. 25 sq. 39, cf.* minus *p. 91, 45; exempla post* NEP. *paucissima selecta*): PLAVT. Men. 446 plus ⌞triginta annis⌟ -tus sum ([⌞ ⌟ *abl. compar.*]. TER. Haut. 62 a. sexaginta -tus es aut p. eo). 1115 quot eras a. -tus ...? :: septuennis. Merc. 1017 a. -tus sexaginta qui erit. Mil. 629 haud sum a. -tus praeter quinquaginta et quattuor. *al.* ELOG. Scip. (CIL $I^2$ 11 = VI 8, 3, 1289 add.; *ca. a. 170 a. Chr.*) 5 a. -tus (viginti). TER. Eun. 526 ea si vivit, a. -tast sedecim, non maior (LEX repetund. [CIL $I^2$ 583] 13 *l. 53 et* 17. CIC. S. Rosc. 39 NEP. reg. 2, 3. LIV. 45, 32, 3 cum liberis m. quam ... *tot* a. -tis [*cf.* GELL. 1, 12, 1 minorem quam a. VI, m. quam a. XX -tam]). CIL $I^2$ 12 (= VI 8, 3, 1290 add.; *ca. a. 160 a. Chr.*) a. -tus XXXIII. CE 959, 6 (= CIL $I^2$ $1221^b$, 15; *aet. Sullae*) XXXX a. -ta necis potior (*antea l. 47*). CIC. Cluent. 110 cum a. ad quinquaginta -tus esset (GELL. 17, 8, 4 ad a. maxime -tus octo). dom. 34 a. viginti -tus, etiam minor (LEX Iul. munic. [CIL $I^2$ 593] 89 m. a. XXX -tus est. FRONTIN. strat. 4, 1, 10. *adde l. 32*). Brut. 80 a. quinque et octoginta -tus excessit e vita. Cato 14 a. septuaginta -tus – tot enim vixit Ennius – *eqs. al.* SALL. Iug. 64, 4. NEP. Hann. 2, 3 non amplius novem a. *al.* HOR. sat. 2, 3, 118. R. GEST. div. Aug. 1 a. undeviginti -tus exercitum ... comparavi. CIL VI 40346 (*a. 27/28*) a. -tum XIIII. VELL. 2, 26, 1 a. -tus sex et viginti. CE 558, 2 (*saec. III*) -ta ter novenos misera et nupta bis octo ⌞per⌟ annos (⌞ ⌟ *ἀπὸ κοινοῦ?*). *al.; subauditur* a.: CE 1996, 11 (*saec. II/III*) -ta bis octonos. Ⓑ *forma* annorum *tot* -tus: CIL VI 8, 3, 1291 add. (*ca. a. 150 a. Chr.*) ⟨Sci⟩pio Asiagenus Comatus annoru(m) -tus XVI. VARRO Men. 496 decem a. -tus. CE 959, 5 (= CIL $I^2$ $1221^b$, 12; *aet. Sullae*) septem me -tam a. (*seq. l. 34*). LEX VRSON. (CIL $II^2$ 5, 1022) 98, 33 qui minor annor(um) XIIII aut maior annor(um) LX -tus erit. CIL $I^2$ 792, 8 annor(um) -t(us) XVIII (*saec.* $I^2$ *a. Chr., ut* 1569). 1718. X 2381 (*a. 5*) a. -tus XXXI. CE 85, 1 (*non post saec. I*) decem et octo a. -tus vixi ... bene. 1257, 5 (*saec. I*). CIL III 8436. *al.* Ⓒ *forma* (maior, minor) annis *tot* -tus (diebus OV.): LEX repetund. (CIL $I^2$ 583) 13 queive minor a. XXX maiorve annos LX -tus siet (CIC. Verr. II 2, 122 m. XXX a. -tus. LEX Iul. munic. [CIL $I^2$ 593] 100 quei m. a. -tus est. NEP. Hann. 3, 2 m. quinque et viginti a. -tus imperator factus *est. al.*). CE 59, 4 (*saec. I a. Chr.*) ⟨quom ess⟩et bis decem a. -ta. INSCR. Année Épigr. 2005 n. 1452 (*e Philadelphia; a. 15 a. Chr.*) a. -tus LXX. OV. fast. 6, 143 Proca -tus ... quinque diebus. CIL $II^2$ 7, 1, 863 (*saec. I ex./II*) Atia ... -ta a. *tot.* HIER. epist. 117, 10, 1. Ⓓ *exempla cetera*: PETRON. 57, 8 homo maior -tus (COMM. instr. 2, 29 tit.). INSCR. Iugosl. Šašel 1591, 4 (*saec. I ex.*) maxime -tus (*cf.* 10 ⟨mi⟩nime -tus). CASSIOD. var. 7, 41, 1 minor -endo grandaevus cupis esse consilio. INSCR. Tun. Merlin 1366 (*christ.*) *coniunx* brevi tempore -ta, quae vixit ... ann⟨o⟩s XXVII.

(VII) *condiciones sim. variae ad actionem pariendi vel ad eum, qui -itur vel adolescit, pertinentes* (*cf. e. g. p. 91, 23; exempla selecta inde a* CIC.): Ⓐ *quolibet respectu*: ① *exempla varia*: PLAVT. Mil. 314 quis magi' dis inimicis -tus quam tu atque iratis? (Most. 563 miser, scelestus, -tus d. i. omnibus. *cf. p. 108, 18 et* PHAEDR. 4, 21, 15 d. ... iratis [SEN. apocol. 11, 3 corpus *Claudii*]. SEN. epist. 53, 4 Vlixem non fuisse tam irato mari [*sc. eius deo*]. CIL XIV 2055 [*saec.* $I^2$/*II?*] dis iniquis -ta). VARRO Men. 332 -imur ... spissius quam morimur. frg. Non. p. 352, 32 qui ... celeriter erant -ti (*postea*: in partu). CIC. Mur. 56 ea condicione nob[il]is erat in hac civitate -tus, ... ut ingenium *eius* praesidio multis ... esse deberet (Att. 15, 1, 1 fam. 5, 16, 2. *al.*). Mil. 30 *Milo* hoc fato -tus est, ut *eqs.* (div. 1, 2. PS. QVINT. decl. 8, 12 duo ... fratres -untur f. singulorum.

*[Ramminger]*

*al.*). Tusc. 3, 59 ea lege esse nos -tos, ut *eqs.* (*al., v. vol. VII 2, 1249, 68 sq.;* cf. infra l. 11). Hor. sat. 2, 7, 14 Vertumnis ... iniquis. Ov. met. 9, 705 -ta est ignaro femina patre. Sen. Herc. f. 830 -tus Eurystheus properante partu. Tert. carn. 17, 2 nove, *sc. de virgine,* -i habebat novae nativitatis dedicator, *i. Christus. al.*

② *accedunt praepos.*: ⓐ *variae*: Plavt. Stich. 179 per annonam caram. Hor. sat. 2, 2, 93 hos utinam inter heroas -tum tellus me prima tulisset (Liv. 4, 15, 3 -tus in libero populo i. iura legesque. Tac. ann. 1, 3, 7 i. bella civium. Ivst. 6, 8, 9 homini i. litteras -to). Sen. contr. 2, 4, 11 *abdicatione* abstulisti mihi fratrem, cum quo -tus sum, cum quo educatus sum, *ut adoptares alterum.* Sen. epist. 77, 12 ad hanc legem -tus es (90, 18 ad parata -ti sumus *eqs.*). ⓑ in: *c. abl.* (*addas l. 8 et cf. p. 91, 18*): Cic. Verr. II 3, 60 homine in dedecore -to, ad turpitudinem educato. leg. agr. 1, 18 homines in vetere dignitate fortunaque -ti (*sim.* 2, 97 in vetere fortuna). Deiot. 34 nos liberi in summa populi Romani libertate -ti (*cf.* Liv. 4, 15, 3 in libero populo). Phil. 3, 5 qui *Caesar* nisi in hac re publica -tus esset. de orat. 3, 131 in alia lingua ac moribus *atque Graeci. ibid.* illi *Graeci* -ti in litteris. Q. Cic. pet. 9 -tus in patris egestate (Qvint. decl. 269, 8). Sall. Iug. 31, 11 in imperio. Liv. 6, 33, 1 in quo *bello* et -ti erant et consenuerant. 8, 21, 1 in qua *condicione.* Svet. Claud. 39, 2 (*in imag.*) *Agrippinam minorem* filiam et alumnam et in gremio suo -tam atque educatam *praedicavit. al.* *c. acc.* (*cf. p. 87, 38*): Liv. 1, 34, 2 puero ... in nullam sortem bonorum -to ab inopia (*cf.* 1, 34, 4 in quibus *divitiis sim.* -ta erat). Lvcan. 7, 643 quid meruere nepotes in regnum -i. Tac. ann. 16, 35, 1 in ea tempora ..., quibus *eqs.* (*cf. p. 85, 29*).

③ *accedit dat. indicans rei publicae partem, munus sim., in quo quis -tus est* (*ita ut ei obligetur, cf. eundem dat. p. 97, 69; ceterum cf. p. 90, 24*): Cod. Theod. 12, 1, 95 viri ordinibus -ti ad militiae non debent sacramenta confugere. Iust. 11, 10, 5 pr. provisum est fabricenses artibus propriis inservire, ut ... immorentur cum subole professioni, cui -ti sunt.

Ⓑ *respiciuntur signa caeli sim.* (*fere per abl. vel praepos. easdem atque in indicandis parentibus adhibitas l. 35 bis [cf. vol. VI 2, 1989, 29 sqq., praecipue 38. 40], per ceteras praepos. l. 38. 39, enunt. secund. l. 40*): Cic. div. 2, 92 eodem statu caeli et stellarum. fat. 12 oriente Canicula. Manil. 2, 304 qui e trinis *signis* ... fuerint -ti. 2, 535 quid mirer ab illis *signis* -entīs ⌊Librae⌋ superari posse ⌊trigono⌋? (*sc. sub L. trigono -tis, v. ed. Housman in app.*). 2, 541 Lanigero genitis bellum est cum Virgine -tis ... et eis, quos protulit Vrna; (543) in partu Tauri sub Cancro -ta feruntur pectora. 2, 707 signis ... eisdem (Petron. 39, 5 *bis*). 3, 403 averso ... Tauro. 4, 231 in ... Centauri corpore (Petron. 39, 7 in Geminis. *al.*). 4, 572 hic ... -etur, cum primus Aquarius exit. *al.*

**β** *exempla quaelibet* (*notabiliora selecta*): Ⓘ *contextu vario*: Ⓐ *formae c. part. perf. compositae* (*exempla selecta inde a* Cic.): Plavt. Amph. 501 quod erit -tum, tollito (*item pron. neutr. pro subi.*: Rud. 706 -tum quantum est hominum sacrilegissime. Cic. Att. 10, 18, 1 Tullia mea peperit ... puerum ...; quod ... est -tum, perimbecillum est. *al.; cf. e. g. p. 82, 7. 84, 34. 85, 37. 57*). 611 postquam sum -tus, *non* habui nisi te servom (Men. 400 huc ... *numquam,* p. -tus sum, intra portam penetravi pedem. 959 p. -tus sum, numquam. *al., e. g.* Plin. nat. 11, 166 *dentes -untur* homini, p. -tus est, septimo mense). Most. 402 tamquam si intus -tus nemo in aedibus habitet (451. Pseud. 297 qui suom repetunt, alienum reddunt -to n. 970 dominus huic ... nisi ego n. -tust. *cf. p. 86, 64; sim.* -tus *pro subst. i. q. homo*: Vet. Lat. IV Esdr. 4, 6 quis -torum poterit ⟨hoc⟩ facere [*item gen. part.*: 7, 46. Avg. epist. 190, 23 nullus ... -torum]. Conc.[S] I 5 p. 135, 7 *Christus* humiliavit se, qui omnem -tum transcendit [*gr. I 1, 7 p. 55, 37 παντὸς ... γενητοῦ*]). Truc. 699 neque -tust neque progignetur ..., cui *eqs.* Cic. har. resp. 49 viro uni omnium fortissimo, quicumque -ti sunt (Tusc. 1, 9 *bis.* div. 2, 97 pueris, q. essent -ti. Lvcr. 5, 177 [*180* esse creatum]). de orat. 1, 115 sunt ... quidam ... ita naturae muneribus ornati, ut non -ti, sed ab aliquo deo ficti esse videantur. Tusc. 1, 3 anno ante -tum Ennium (Nep. Epam. 10, 4 a. Epaminondam -tum. *al.*). Verg. Aen. 9, 603 durum a stirpe genus -tos ad flumina primum deferimus (*605* pueri, *607* iuventus, *610* senectus). Hor. epist. 1, 17, 10 qui -tus moriensque fefellit. Stat. silv. 2, 7, 36 -tum protinus atque humum per ipsam ... dulce vagientem. Arnob. nat. 1, 37 p. 31, 17 sq. -tum hominem, *i. Christum,* colimus; quid enim, vos h. nullum colitis -tum? ([*postea*: mortalium ... ex numero]. *ibid.* p. 32, 6 nobis -ti h. obiectatis cultum. Avg. c. Faust. 16, 15 p. 457, 3 h. -to similis Christus). *al.*

Ⓑ *stirps praes.*: ① *formae quaelibet*: Lvcil. 952 priusquam Theognis -retur (*cf. e. g.* Lvcr. 3, 973 ante acta vetustas ..., quam -imur ante. R. Gest. div. Aug. 13 pr⟨iusquam⟩ -rer [*gr. πρὸ μὲν ἐμοῦ*]). Cic. Catil. 3, 2 -endi ... condicio (*item* Sen. dial. 8, 4, 1. *al.; cf. e. g.* -endi initium: Cic. Balb. 18. Vlp. dig. 38, 8, 1, 1 cognati ... appellati sunt ... quasi commune -endi i. habuerint; sors: Lydia 78. Manil. 4, 231 quibus in ... Centauri corpore s. est -endi concessa. *al.*; lex: Ov. met. 2, 650. *al., v.* *vol. VII 2, 1250, 36 sqq.*; dies: Manil. 1, 55 *astrologi notaverunt,* -endi quae cuique d. ... fuisset; claritas: Qvint. inst. 5, 11, 5 [*opp.* virtute]). Tusc. 1, 114 non -i homini longe optimum esse (*cf. e. g.* CE 1145, 5 [*saec. I/II*] non -i melius fuerat). 5, 36 *v. p. 108, 16.* Pvblil. sent. L 5 lex universa est, quae iubet -i et mori. M 15 magis fidus heres -itur quam scribitur (*sc. in testamento; sim. -untur strictius liberi, qui sanguine sunt iuncti cum patre*: Plin. paneg. 7, 7 nihil interesse arbitratus *est Nerva* genueris an elegeris, si perinde sine iudicio adoptentur liberi ac -untur. *cf. p. 83, 15*). Pavl. Fest. p. 222 partus (*sc. p. p. p. sec. vol. X 1, 399, 36; an est subst.?*) et pro -endo (*sc. pro eo, quod -itur, cf. gerund. subst. p. 96, 31*) ponitur et pro parato (*seq. Naev. trag. 54* male parta). Sen. Ag. 825 sensit ortus, sensit occasus Herculem -i ([*826* creari]. *spectat ad conceptionem; in eadem re*: Herc. O. 1500). Plin. epist. 4, 21, 2 (*antea*: filiam enixa decessit) quae *filiae* sunt parentibus statim et dum -untur orbatae. Gell. 3, 10, 7 ad homines ... -endos vim numeri istius *septenarii* ... pertinere ... ait *Varro* ([*postea*: in utero absolvitur]. *cf.* Tert. anim. 37, 4 ut tanto temporis numero, *sc. decem mensium decalogum significantium,* -amur, quanto disciplinae numero renascimur). Tert. adv. Marc. 3, 9, 5 solus Christus in carnem ex carne -i habebat (CE 656, 8 [*Romae; saec. III ex./IV in.*] quam *puellam* dom(inu)s -i mira sapientia et arte iusserat in c. *cf.* in carne: Tert. *ibid.* Avg. civ. 16, 2 p. 121, 29 de cuius *Sem* semine in c. -tus est Christus. *al.*). Lact. opif. 19, 4 (*spectat ad conceptionem*) terreni parentis nihil est, nisi ut humorem corporis, in quo est materia -endi, cum *voluptate* ... emittat vel recipiat. Cod. Theod. 12, 1, 118 pr. decurio fortunam, quam -endo meruit ..., non mutet ([*seq.* sorte -endi]. *cf.* Cassiod. var. 2, 18, 1 -endo curialis, *v. etiam p. 89, 26 sqq.*). *al.* *gerund. fungitur part. fut. vice* (*contra* Cledon. gramm. V 57, 34 deponens ..., quod deponat participium futuri temporis in dus ... et '-endus' non facit. Ps. Palaem. reg. 4, 4): Cod. Iust. 5, 27, 4 pr. (*a. 470*) genitos vel -endos filios.



② *part. praes.* (*saepius pro subst.; hic illic fungi vid. part. perf. vice, maxime in abl. absol., e. g. l. 52 sq. [cf. p. 84, 37. 87, 32]; v. Hofmann-Szantyr 386 sq.; spectat ad actionem crescendi, adolescendi sim. maxime l. 45 sq. 49*): ⓐ *usu vario*: Lvcr. 1, 113 *ignoratur,* -ta sit an contra -entibus insinuetur *anima* (*sim.* 3, 671. *cf. dat. sing.*: Ps. Sall. rep. 2, 13, 2 *familiam sim.* tibi -enti cum anima simul tradidimus, *sc. maiores.* Verg. Aen. 8, 564 -enti cui tris animas Feronia ... dederat. *al.* [*v. etiam p. 85, 33*]. Ov. trist. 5, 3, 14 nubila -enti ... mihi Parca fuit. *al.* Sen. suas. 4, 2 an blanda adnuerit -enti Venus. *al.*). Cic. div. 2, 91 ortus -entium (2, 94). Varro ling. 5, 69 luna ... -entium dux. Tib. 3, 11, 3 te -ente novum Parcae cecinere puellis servitium (*item abl. absol. e. g.* Clavd. 7, 18 te -ente ferox ... Germania ... intremuit. 24, 226 auratos Rhodiis imbres -ente Minerva indulsisse Iovem. Avg. serm. 199, 3 eo *Christo* -ente lux nova est ... revelata [*antea*: eo -to stellam ... viderunt]. *al.*). Manil. 4, 16 -entes morimur finisque ab origine pendet. Plin. nat. 11, 181 hoc *cor* primum -entibus formari in utero (*item -untur, qui in utero crescunt*: Tert. castit. 12, 5 nobis magis non licere -entem necare quam et -tum. *cf. l. 16 sq.*). Stat. silv. 1, 2, 260 te -entem gremio ... recepit Parthenope. CE 420, 10 (*saec. I/II?*) quam sit dira cupido ⟨ulter⟩ius -entem aliquem procedere hora. Coripp. Ioh. 3, 74 *Africa* usque ad ter denos Antalae floruit annos -entis (*i. usque ad a. tricesimum post Antalam -tum*). 3, 156 *Antalam* septimus et decimus -entem sumpserat annus. *al.* ⓑ *de recentibus a partu, nuper -tis* (*part. perf. vice? [cf. p. 91, 64 et e. g. part. perf. p. 89, 62]. addendum vid. p. 85, 33 sq.*): Prop. 2, 3, 23 non tibi -enti primis ... diebus ... sternuit omen Amor? Sen. dial. 1, 5, 7 quantum cuique temporis restat, prima -entium hora disposuit. epist. 102, 26 nisu matris expulsus es; gemis, ploras: et hoc ipsum flere -entis est. Petron. 4, 2 (*hyperbolice*) eloquentiam ... pueris induunt adhuc -entibus. Plin. nat. 30, 134 si ... oculi nigri -entium placeant. Tert. adv. Marc. 1, 29, 8 duritia Pharaonis -entium enecatrix (*spectat ad exod. 1, 22 ut*: Cypr. Gall. exod. 45 [*44* progenitos ... pueros]). Clavd. 5, 112 quos -entes explorat gurgite Rhenus (*v. Levy, comm. 1971, 148*). Avg. nupt. et concup. 2, 3, 8 quisquis ita dicit deum -entium conditorem, ut parvulorum neget a potestate diaboli redemptorem. Sedvl. carm. pasch. 2, 95 *tres magi* -enti fuderunt munera regi, *i. Christo. et saepius.* ⓒ *fungitur part. fut. vice* (*ubique iuxta part. perf.; v. Hofmann-Szantyr 387 et cf. p. 85, 41. 91, 62*): CIL V 936 (*saec. I*) *concubinae* et ⌊lib(ertis) lib(ertabus)q(ue) suis et eorum natis -entibus⌋ (⌊ ⌋ *item* 937. *cf.* VI 3613 [*saec.* $I^2/II^1$] sibi et suis libert(abus)q(ue) -tis -entibus [*item* XII 3702, *saec. II*]). Tab. Sulis 10 *non* ei somnum permittat nec -tos nec -entes (*an ad l. 45? v. ad loc. Adams, Britannia 23, 1992, 20*). Inscr. suppl. Ital. n. s. 4 p. 82 n. 58, 35 (*Sulmone; saec. III*) rogo vos omnes -tos -entesque, ut *eqs.*

(II) *ad despectum sim. exprimendum negatur, dubitatur quisquam omnino -tus esse* (*v. Housman, Class. Papers II 731 sq.; cf. vol. X 1, 672, 49 sqq.*): Plavt. Aul. 231 tu me ... haud respicias, -tus quasi numquam siem (Epid. 336 nec mihi plus ⌊adiumenti ades⌋ [*v. app. crit.*] quam

*[Ramminger]*

ille, qui n. etiam -tust [*cf. p. 85, 27*]). Trin. 850 -tus necne is fuerit, id *non* scio (*cf.* CIC. fam. 9, 15, 4 quos *reges peregrinos* ego ... omnino -tos nesciebam). SEN. apocol. 3, 2 horam eius nemo novit: nemo ... umquam illum -tum putavit (*simul ad diem natalem pertinet [v. p. 94, 5], ut*: MART. 11, 65, 6 cras [*sc. hodie non*] mihi -tus eris). *notione aucta respiciuntur, qui (liberti) non habent patrem naturalem aut qui non sint generis nobilis* (*v. Kay, comm. 1985, ad Mart. 11, 12, 2 et Grewing, comm. 1997, ad Mart. 6, 77, 10* mortuus): PETRON. 58, 10 qui *melior* te -tum non putat. MART. 4, 83, 4 despicis omnes nec quisquam liber nec tibi -tus homo est. 8, 64, 18 -tum te ... nec semel putabo. 10, 27, 4 natali ... tuo ... senatus accubat ..., nemo tamen -tum te ... putat. TAC. ann. 11, 21, 2 Tiberius dedecus natalium *velavit* ...: 'Curtius Rufus videtur mihi ⌞ex se⌟ -tus' (*cf. p. 93, 68*).

**b** *multitudo, genus sim.* (*de genere hominum mortali v. etiam p. 81, 65. 82, 18. 83, 55; cf. p. 92, 15*): LVCIL. 152 optimus multo post homines -tos gladiator qui fuit (*al., v. vol. VI 3, 2874, 61sqq.*). CIC. prov. 10 Iudaeis et Syris, nationibus -tis servituti. CAES. Gall. 5, 12, 1 Britanniae pars interior ab iis colitur, quos -tos in insula ... memoria proditum dicunt. 6, 35, 7 *Germanos* in bello latrociniisque -tos. PANEG. in Mess. 110 *est mihi* testis ... Pannonius ... disiectus in Alpes, testis Arupinis et pauper -tus in arvis. LIV. 5, 37, 8 -ta in vanos tumultus gens (24, 42, 6 g. -ta instaurandis ... bellis. FLOR. epit. 1, 13, 4 ad hominum interitum, urbium stragem. *cf.* VITR. 6, 1, 12 ut naturae gentium disparibus animis et corporum figuris qualitatibusque -rentur). 10, 16, 6 Gallos inter ferrum et arma -tos. VELL. 2, 118, 1 (*de Germanis*) -tum ... mendacio genus (HYG. astr. 2, 25, 1 post eorum *hominum aurei saeculi* obitum, qui sunt -ti, ... magis avaros coepisse fieri; ... dum diceretur aeneum g. hominum -tum). SEN. epist. 95, 21 *feminae in coitu* pati -tae. LVCAN. 7, 400 (*399* generis ... turba ... humani) toto populi qui -imur orbe (8, 364 in Arctois p. quicumque pruinis -itur. STAT. Theb. 3, 24 in proelia -ti. MART. 6, 2, 4 *legibus,* Caesar, populis ... futuris succurris, -i quos sine fraude iubes). VET. LAT. gen. 10, 14 (Lib. geneal. chron. I p. 167, 141) de ipso Caslonin -ti sunt Filistini (*gr.* ἐξῆλθεν, *Vulg.* egressi sunt). PS. AVG. quaest. test. 81, 1 (*de circumcisione*) ut -ti ex Abraham signum haberent, per quod probarentur filii esse Abrahae (*seq.* -ti Iudaei signum accipiunt). *al.* *spectat ad par hominum primorum numero crescens*: VET. LAT. gen. 1, 28 (Filastr. 57, 2. 120, 1) -imini et multiplicamini (*gr.* αὐξάνεσθε, *Tert. anim. 27, 4. al. et Vulg.* crescite).

**2** *-untur animalia* (*eorumve tota quaedam genera*): **a** *respectu oriendi, prodeundi, crescendi pleno vel praevalente (de rana crescendo formas mutante p. 92, 59; part. perf. pro subst. p. 92, 6sqq. 35. 52, part. praes. pro subst. l. 62 [ceterum v. p. 112, 42sqq.]; indicatur, quem ad finem, cuius bono -antur, l. 46sqq. 65sqq. p. 92, 5bis. 22. 32. 36); respiciuntur*:

**α** *vivipara* (*non raro neutr. pro subst.; cf. p. 93, 33*): ① *usu vario* (*exempla inde a* VARRONE *pauca selecta*): PLAVT. Merc. 524 *ovem* -tam annos sexaginta. LEX agr. (CIL I$^2$ 585) 14 quaeque *pecudes* ... ex eis minus annum -tae erunt. VARRO Men. 559 *equus* ad vehendum -tus (CIC. fin. 2, 40 ad cursum equum, ad arandum bovem, ad indagandum canem *esse* -*tum*. SEN. clem. 1, 16, 5 *iumenta* ad contumeliam et miserias -ta). ling. 9, 28 quod ex quocumque asino et equa -itur, id est mulus aut mula *eqs.* (rust. 2 praef. 5 quae -ta ex pecore *sunt.* 2, 1, 19 ex his equis [*fem.*] qui -ti *sunt* pulli. CIC. div. 2, 60 *si* aliqua portentosa aut ex pecude aut ex homine -ta dicuntur. PAVL. FEST. p. 33 animalia ex diverso genere -ta, ut ... muli ex equo et asina. COLVM. 7, 3, 15 quod ex vetere ⌞materia⌟ -itur [*v. vol. VIII 463, 23sqq.*]. PETRON. 38, 4 quae *mula* non ex onagro -ta sit. *al.; cf. e. g. p. 92, 15. 35*). rust. 2, 7, 7 *equos* duodecimo ... mense die decimo ... -i. 2, 8, 3 qui *asinus* ... seminio -tus sit bono (*sim. indicantur parentes per abl.*: OV. met. 3, 223 *canes* patre Dictaeo, sed matre Laconide -ti. COLVM. 6, 37, 4 asina et onagro. *cf. p. 92, 8. 52*). CIC. inv. 1, 84 *equus* domi tibi -tus sit *eqs.* fin. 4, 64 *catuli* modo -ti. nat. deor. 2, 128 ea ..., quae paulo ante -ta sunt, ... mammas adpetunt. LVCR. 4, 60 vituli ... membranas de corpore summo -entes mittunt. VERG. georg. 3, 390 ne *aries nigricans* maculis infuscet vellera ... -entum (*in eadem re*: CALP. ecl. 2, 37 ut niger albae terga maritus ovis -enti mutet in agna. *de part. praes. pro fut. cf. p. 90, 64*). Aen. 4, 515 -entis equi de fronte revulsus ... amor (*cf. Plin. nat. 8, 165* statim edito partu). OV. met. 15, 117 oves, placidum pecus inque tuendos -tum homines. 15, 121 (*de bove*) animal ... -tum tolerare labores (*item pendet inf.*: MIN. FEL. 17, 2. *cf. p. 88, 16*). fast. 4, 648 agna ... -endo saepe necabat ovem. LIV. 1, 45, 4 bos in Sabinis -ta cuidam patri familiae ... dicitur *maxima* (*cf. dat.*: VERS. metr. Bass. gramm. VI 256, 13 [= 15] tibi -itur omne pecus, tibi crescit herba. HIST. AVG. Aurelian. 4, 7 vitulum matri eius -tum *maximum*). 27, 4, 11 agnum cum ubere lactenti -tum (*item de partu portentoso e. g.* 31, 12, 7 agnus c. suillo capite, ... porcus c. capite humano -tus [*cf. p. 92, 40*]. *ceterum*: SEN. contr. 9, 6, 9 quarundam ferarum catuli cum rabie -untur). 34, 44, 3 ver sacrum videri pecus, quod -tum esset inter kal. Martias et pridie kal. Maias. CELS. 2, 18, 9 (*de cibis*) *animal,*



quodcumque humido caelo quam quod sicco -tum est, *levius est* (*antea*: levior piscis inter saxa editus; qui in vado vixit). SEN. benef. 4, 18, 2 quaecumque *animalia* vaga -bantur et actura vitam segregem, armata sunt. LVCAN. 9, 921 longe -entis (*i. procul -ti*) ... cervi. PLIN. nat. 8, 219 lepus omnium praedae -ens. IVV. 1, 141 *aper* animal propter convivia -tum. *al.* ② *part. perf. neutr. sing. pro subst.* (*de plur. v. p. 112, 46sq. et fort. p. 112, 61. 63; cf. l. 58*): VARRO rust. 1, 2, 17 colonus *ibi* ... ne caprā ⌞-tum⌟ pascat ([⌞ ⌟ *restit., v. app. crit.*]. *sim.* 2, 3, 7. *item vix masc.*: COLVM. 6, 24, 4 nisi cibis fulta est *vacca post partum,* quamvis bona nutrix labore fatigata -to subtrahit alimentum). 2, 2, 14 *ne passus sis oves* minores quam bimas saliri, quod ... -tum ex his idoneum *non* est. 2, 2, 15 -a recentia. PLIN. nat. 8, 173 ex duobus diversis generibus -ta tertii generis fieri. *al.*

**β** *varia* (*subiunximus generalia quaedam; -untur ova l. 44; exempla selecta post* VARRONEM): PLAVT. Rud. 604 -tas ex Philomela ... esse hirundines. 992 quod in mari non -tum est (*sc. vidulum*) ..., ne feras *pro pisce.* CATO agr. 95 *si sic facies,* convolvulus non -etur. LVCR. 5, 70 quae tellure animantes extiterint et quae nullo sint tempore -tae. CIC. fin. 1, 30 omne animal, simul atque -tum sit, voluptatem appetere *docet Epicurus* (nat. deor. 3, 32 a. nullum inveniri potest, quod neque -tum umquam sit et semper sit futurum. *al., e. g.* PLIN. nat. 27, 146 rerum parens nullum a. ad hoc tantum, ut ... alia satiaret, -i voluit. BOETH. Porph. isag. p. 12, 6 [*in logica*] dicimus ... animalium haec quidem apta -ta sunt ad navigandum, illa vero minime [*gr.* πεφυκέναι *c. inf.; pertinet ad usum p. 107, 22sqq. illustratum*]. *cf. e. g. l. 5. p. 86, 40. 91, 66*). 3, 63 immanes quaedam bestiae sibi solum -tae sunt ([*opp.* pinoteres]. 5, 42. *cf. p. 93, 26*). nat. deor. 2, 28 a quo *calido* et animantia omnia et ea, quorum stirpes terra continentur, et -i sit necesse et augescere. 2, 129 testudines ... et crocodilos dicunt, cum ... partum ediderint, obruere ova, deinde discedere: ita et -untur, *sc. ex ovo,* et educantur ⌞ipsa⌟ per sese (⌞ ⌟ *pro subi. vix esse ova, sed generaliter haec animalia putat Pease, comm. 1958, ad l.*). 2, 160 avīs quasdam ... rerum augurandarum causa esse -tas (PLIN. nat. 10, 149 a. omnes in pedes -untur. *cf.* OV. fast. 6, 141 *striges* sive ... -untur ⌞aves⌟ [*praedic.*] seu carmine fiunt naeniaque in volucres ... figurat anus). Lael. 27 quae *bestiae* ex se -tos ita amant ad quoddam tempus ..., ut *eqs.* VARRO rust. 1, 38, 3 *si id facis,* negant serpentem -i *ibi* ([*inde* 1 capp.]. FLOR. epit. 2, 2, 20 quasi in vindictam Africae -ta). 3, 7, 9 *columbarum* pulli -untur bini, qui *eqs.* (3, 10, 7 eligunt pullos *anserinos* circiter sesquimensem qui sunt -ti [*coni. Keil in comm., 1894, 273; abl.* sesquimense ... natu *codd. quorundam def. Flach, ed. 2002, 254*]. LIV. 32, 1, 11 p. gallinaceos tris cum ternis pedibus -tos esse. IVV. 13, 142 [*in imag. proverbiali, v. Otto, Sprichw. n. 749*] tu gallinae filius albae, nos viles p. -ti infelicibus ovis). 3, 9, 8 tollere substramen et recens ... subicere, quod pulices et cetera -i solent *ibi.* 3, 9, 9 (*de gallinis*) quae *ova tum* ... -ta sunt ..., non supponenda ([*antea*: partum]. PAVL. FEST. p. 71 o. decimum maius -itur. COLVM. 8, 5, 4 ut *o.,* quae -ta sunt, recolligantur. PS. AVG. quaest. test. 81, 1 de pullo. *cf. l. 29*). 3, 16, 4 *apes* partim ex apibus *eqs.* (*item de apibus*: VERG. georg. 4, 200 ipsae e foliis -tos [*sc. fetus, nisi pro subst.*] ... ore legunt. OV. met. 15, 383 fetus ... apium sine membris corpora -i. COLVM. 9, 2, 4 quando et in qua regione primum -tae sint. PLIN. nat. 11, 47). OV. met. 1, 427 quaedam *animalia* modo coepta per ipsum -endi spatium, quaedam inperfecta *eqs.* Pont. 1, 3, 39 cum bene sit clausae cavea ⌞Pandione -tae⌟ (*i. lusciniae*), ... in silvas *redit.* CELS. 6, 6, 15$^A$ *cum* inter pilos palpebrarum peduculi -untur (6, 6, 15$^B$ similes). COLVM. 8, 14, 7 anser tricensimo die -itur. PLIN. nat. 8, 173 quae sunt ita, *sc. e duobus generibus diversis,* -ta (*item c. adv.*: 8, 213 qualiter, *sc. mixturā cum fero,* -tos antiqui hybridas vocabant). 10, 11 *haliaeti* ex diverso aquilarum coitu -untur; id quidem, quod ex his -tum est *eqs.* 10, 150 post solstitium -ta *a gallinis* non implent magnitudinem iustam. 32, 122 -entium ranarum in aqua, quibus adhuc cauda est. 37, 4 piscis eximia magnitudine regi -tus. *al.*

**b** *respectu oriendi, crescendi sim. magis minusve evanido indicatur, ubi animalia (eorumve genera) fere exsistant, vivant, versentur sim.* (*sc. naturā, proprie; multo praevalet stirps praes., semper indicato loco [cf. p. 85, 68. 96, 74]; exempla certiora*): CIC. Tusc. 1, 94 apud Hypanim fluvium ... bestiolas -i, quae unum diem vivant (VARRO rust. 1, 12, 3 siquae *b. noxiae* prope -untur [*2* crescunt animalia quaedam minuta]. SCRIB. LARG. 151). CAES. Gall. 4, 2, 2 Germani *iumentis* importatis non utuntur, sed quae sunt apud eos -ta parva ... *laboris patientia* efficiunt. 6, 25, 5 multa ... in ea *silva Hyrcania* genera ferarum -i (VARRO rust. 3, 12, 6 quod *g. leporis* in Gallia -itur. *ibid. iterum.* VITR. 1, 4, 11 bestiarum palustrium g. ibi -i). VARRO rust. 2, 6, 2 hi pisces in omni mari similes -untur (FEST. p. 322 in Aegypt(i)o mari ... -itur. PAVL. FEST. p. 59. SEN. nat. 3, 19, 3 -i ... posse p. in illo terrarum profundo sit indicium, quod anguillae latebrosis locis -untur. *cf. p. 96, 44*). VITR. 8, 2, 7 ibi ... -untur ichneumones, crocodili *eqs.* 8, 3, 24 in eius agris oppidi nulla *serpens* -itur. SEN. suas. 1, 13 be-

[Ramminger]

luarum in Oceano -entium. Sen. benef. 4, 5, 2 animalia ... in humido -entia *eqs.* (Plin. nat. 8, 88 in eadem -tum Aegypto. Svet. Galba 3, 1). Calp. ecl. 7, 67 (*de hippopotamo*) pecus, quod in illo -itur amne, *i. Nilo.* Plin. nat. 2, 227 in eo *flumine* ... -untur aquatiles musculi. 8, 39 septentrio fert ... -tam in Scandinavia insula ... achlin. 8, 91 similis crocodilo ... est in Nilo -tus scincos. 8, 136 leontophonon ... *non* aliubi -ens quam ubi leo gignitur. *al.* Qvint. inst. 5, 10, 21 ubi quaeque *avis aut fera* -i aut morari soleat, ignarus. Tab. Peut. 12, 5 in his locis elephanti -untur. *al.*

**B** *extra rationem naturalem, sc. respiciuntur, qui non parti e femina (eiusdem speciei) aut concepti semine viri sunt* (*de Christo ex virgine Maria -to sub A agendum putavimus, v. e. g. p. 82, 10. 25, cf. p. 194, 50. 95, 30; animalium fetus portentosos v. sub A2; infra addidimus mala quaedam parum definita l. 46sq.*): Plavt. Mil. 1292 mulier ... -tast ex ipsa Mora. Rud. 704 te ex concha -tam esse (*de Venere ut*: Enn. ann. 52 te, ⌞sale -ta⌟, precor, Venus [⌞ ⌟ *restit. Vahlen, sed v. Skutsch, 1985, ad l.*]. Varro ling. 5, 63 e spumis. Tib. 1, 2, 41 sanguine. *al.; cf.* Stat. silv. 1, 5, 54 hoc mallet -i Cytherea profundo, *sc. balneo*). Ter. Haut. 1036 si ex capite sis meo -tus, item ut aiunt Minervam esse ex Iove (*de eadem re e. g.* Ov. fast. 5, 231 sine matre). Varro Men. 163 Empedocles -tos homines ex terra ait ut blitum. rust. 2, 5, 5 ex hoc *tauro* putrefacto -i ... apes (3, 2, 11 ex bubulo pecore, unde a. -untur [*sim.* 3, 16, 4]. *sim. al., cf. p. 92, 47*). frg. Gell. 17, 3, 4 qui *Σπάρτοι* dicuntur in agro Thebano -ti (*de eisdem*: Sen. Oed. 741. Ivv. 14, 242 legiones dentibus anguis ... -untur). Cic. Tusc. 3, 12 non ... ⌞e⌟ silice -ti sumus ([⌞ ⌟ *om. codd. pler.*]. *sim.* Hier. epist. 14, 3, 2. *cf.* Ov. trist. 3, 11, 3 e scopulis *eqs.* Stat. Theb. 4, 340 o saxis nimium et robore -ti). nat. deor. 1, 103 quae *bestiae* igne -i putentur. Verg. georg. 1, 63 ⌞unde⌟ homines -ti ([⌞ ⌟ *sc. e lapidibus a Deucalione iactis, quo spectare vid.* Inscr. Ost. Thylander A 349, 2]. Ov. met. 1, 78 -tus h. est, sive hunc ... fecit ille opifex rerum ..., sive recens tellus ... retinebat semina caeli. Qvint. inst. 1, 6, 34 hominem appellari, quia sit humo -tus. Ivv. 6, 12 *h.* rupto robore -ti compositive luto. *cf.* Ov. met. 1, 162 e sanguine -tos, *i. homines*). Aen. 8, 315 gens ... virum truncis et duro robore -ta (*cf. l. 25. 30*). Hor. ars 139 (*in imag.*) parturient montes, -etur ... mus. Ov. epist. 6, 34 *narratur* vipereos dentes ... pro semine iactos et subito -tos arma tulisse viros (*in eadem re*: 12, 96). met. 4, 786 Pegason et fratrem matris de sanguine -tos (*sim.* 5, 259 vidi ipsum *Pegasum* materno s. -i. *cf. l. 16. 31*). 7, 32 me de tigride -tam ... fatebor (*sim.* 9, 613). 7, 370 *miratus est* Alcidamas ... de corpore -tae ... -i, *sc. mutando,* potuisse columbam. 9, 73 -tis e caede *Hydrae* colubris (*cf.* Sen. Ag. 836 *Hercules* vetuit ... *Hydrae* collo pereunte -i, ... fratres [838] pectore ex uno *Geryonis* tria monstra -tos ... fregi). trist. 2, 294 *quaeritur,* -tum ⌞de crimine⌟ virgo, *i. Pallas,* sustulerit quare ... Ericthonium (⌞ ⌟ sine c. *ed. Hall, 1995, cuius v. app. crit.*). Liv. 1, 8, 5 *urbium conditores* -tam e terra sibi prolem ementiebantur. Manil. 2, 17 iterum patrio -entem corpore Bacchum (*cf. e. g.* CE 1519, 4 [*saec. II*[2]] Iovis e fulmine -tus. Comm. instr. 1, 12, 9 bis -tus Dionysus). Sen. Herc. O. 875 *Hercule mortuo* impune ... -etur indomitum malum (*878* tyrannis regibus monstris feris saevisque ... deis. *cf.* 1543 si quid irati superi per orbem iusserint -i). Mela 1, 58 *Apis* -itur ... caelesti igne conceptus. Plin. nat. 8, 229 quos *serpentes parvos* terra -i proditur (*cf.* 31, 95 quoniam ... pisciculus *quidam* e pluvia -atur). Tert. carn. 17, 3 rationali per ⌞virginem⌟ dispositione homine domino -ente (⌞ ⌟ *sc. terram nondum subactam, qua formavit deus Adam primum, aut Mariam, per quam Christus Adam novus -tus est*). Inscr. relig. Mithr. Vermaseren 1531 (*a. 244*) super nasce⟨n⟩tem, *sc. e rupe,* deum *Mithram* posuit ([*cf. 1493* naturae dei]. Comm. instr. 1, 13, 1 invictus de petra -tus si deus habetur. CIL III 7729 *Mithrae* deo genitori r(upe) n(ato)). Rvfin. symb. 9 sine coniuge -i vel renasci constet *Phoenicem avem. al.*

**II** *translate vel incorporaliter*: **A** *contextu vario* (*-untur animantes praeter* Nep.): Plavt. Capt. 891 di inmortales, iterum -tus videor, si vera autumas (Poen. 1077 i. mihi -tus videor, quom te repperi. Manil. 5, 310 *iuvenem* i. -tum et fato ... raptum. Sen. Herc. O. 1089 *Eurydice,* quae -ta est i., perit). Varro Men. 397 †paci in† (patris *Ribbeck, alii alia*) huius -untur pueri Rhythmus et Melus. 542 (*in imag.*) e mea *φιλοφθονίᾳ* -tis, quos Menippea haeresis nutricata est, tutores do *vos.* Cic. leg. agr. 2, 29 reges constituuntur, non decemviri, itaque ab his initiis fundamentisque -untur. p. red. ad Quir. 5 a parentibus ... parvus sum procreatus, a vobis -tus sum consularis. rep. 1, 68 ex hac nimia licentia ... ut ex stirpe quadam existere et quasi -i tyrannum. fin. 5, 13 *philosophorum* horum posteri ... ita degenerant, ut ipsi ex se -ti esse videantur. Bell. Afr. 90, 3 se eo demum die -tos praedicantes. Nep. Epam. 10, 2 ex me -tam relinquo pugnam Leuctricam (*opp.* 10, 1 qui talem *filium infamem* ex te -tum relicturus sis). Val. Max. 3, 2 ext. 5 nunc ... vester Epaminondas -itur, quia sic moritur. Sen. Herc. O. 615 noctem quotiens summovet Eos, regem totiens credite -i. Thy. 1098 (*loq. Atreus*) liberos -i mihi nunc (*sc. scelere peracto*) credo, castis nunc fidem reddi toris (*cf. 327sq.* prolis incertae fides ex hoc petatur scelere). Plin. nat. 2, 94 *Augustus* interiore gaudio sibi illum *cometen* -tum seque in eo -i interpretatus est. Sil. 9, 565 genitor tibi -tus (*sc. e morte certa te eripiendo*) ab armis ille meis. Ennod. epist. 5, 16, 3 p. 139, 1 (*antea*: te honorum auspicia ingressum) ut et tu, *Pamfronie,* palatio -tus et ille *Senarius* sit redditus. *-untur ii, qui diem natalem agunt* (*huc spectat p. 91, 3sq.; vix huc p. 85, 21*): Plavt. Pseud. 243 (*234* suo die natali) hodie -te, heu, hodie -te, tibi ego dico, heus, hodie -te. Ov. ars 1, 430 quotiens opus est, -itur illa sibi. Mart. 8, 64, 2 uno -eris octies in anno. 8, 64, 16 *si* semel ... -i uno ... tibi non sat est in anno. 11, 65, 6 sescentis hodie, cras mihi -tus eris (*alludi vid. ad usum p. 91, 4 illustratum, v. Kay, comm. 1985, ad l.*).

**B** *in philosophia, theologia respiciuntur dei*: Lvcan. 8, 458 si numina -i credimus aut quemquam fas est coepisse deorum. Tert. nat. 2, 3, 1 ut deos elementa contendat *philosophia physica,* cum ex his etiam alios deos -tos alleget; dei enim nonnisi de deis -rentur. 2, 3, 2 deos nullo modo videri posse, qui de elementis -ti dicuntur. Ps. Apvl. Ascl. 14 deus aeternus nec -i potest nec potuit.

**C** *in religione Christianorum* (*respiciuntur Iudaei [inimice] l. 33; cetera v. sub III*): **1** *-untur homines*: **a** *fidem accipiendo, ecclesiae membrum fiendo, ita ut dei ipsius sint liberi* (*cf. p. 84, 40. 95, 43*): Vet. Lat. I Ioh. 3, 9 (cod. 67. *al. et* Vvlg.; *sim.* 5, 18) omnis, qui -tus est ex deo, peccatum non facit (cod. 55. *al.* de deo, Tert. pudic. 19, 20 qui ex deo -itur; *gr.* *γεγεννημένος*). Cypr. testim. 2, 19 tit. quod ipse *Christus* sit sponsus ecclesiam habens sponsam, de qua filii spiritaliter -rentur (*cf.* Zeno 1, 1, 3 nos, qui -imur de tanto coniugio, *sc. Christi et ecclesiae*). Ambr. Isaac 8, 74 ibi ... -imur, ubi renascimur, parturiuntur ..., in quibus Christi imago formatur. Rvfin. Orig. in exod. 2, 1 p. 157, 5 animae, quae -untur in ecclesia. Hier. epist. 130, 7 (*citat* Verg. Aen. 3, 435, *ubi* -te dea) -ta deo. Avg. conf. 9, 8, 17 *mater* me parturivit et carne, ut in hanc temporalem, et corde, ut in aeternam lucem -rer. Comm. instr. 2, 10, 7 -antur quasi denuo ⌞suae matri⌟ de ventre (*de dat. vice gen. v. Salvatore, comm. 1968, ad l.*). Chromat. serm. 9, 6 cum venimus ad credulitatem et de utero matris ecclesiae -imur. *al.* *de Iudaeis*: Vet. Lat. Ioh. 8, 41 (cod. 4. *al. et* Vvlg.) nos *Iudaei* ⌞ex⌟ fornicatione non sumus -ti, unum patrem habemus deum (⌞ ⌟ cod. 3. *al.* de; *gr.* *γεγεννήμεθα*). 8, 44 (Cypr. domin. orat. 10. *al.*) vos, *Iudaei,* de diabolo patre -ti estis (*gr.* *ἐκ ... ἐστέ, cod. 3. al. et Vulg.* estis). Ambr. in Luc. 7, 172 qui credit, non synagogae iam fructus est, sed ecclesiae nec ex synagoga -itur, qui renascitur in ecclesia (*spectat ad p. 96, 59*). **b** *baptismate* (*de Christi baptismate l. 51; respic. baptisma haereticorum l. 55*): Vet. Lat. Ioh. 3, 5 (cod. 8. *al.*) nisi quis -tus fuerit ex aqua et spiritu (*gr.* *γεννηθῇ, cod. 3. al. et Vulg.* renatus fuerit. *huc spectant*: Cypr. domin. orat. 17 ut qui adhuc sunt prima nativitate terreni, incipiant esse caelestes ex a. et s. -ti. Avg. quaest. Simpl. 2, 1, 5 l. 212 mysterium ... futuri baptismatis ex a. et s. sancto -ituri populi. *al.*). Tert. bapt. 1, 3 nos pisciculi secundum *ἰχθὺν* nostrum Iesum Christum in aqua -imur *eqs.* carn. 17, 3 haec est nativitas nova, dum homo -itur in deo, ex quo in homine -tus est deus (*postea*: semine ... spiritali). Cypr. epist. 72, 1, 2 esse filii dei possunt, si sacramento utroque -antur (Avg. in euang. Ioh. 12, 5 spiritaliter ... -imur, et in spiritu -imur verbo et s. *al.; cf. p. 84, 34*). 74, 7, 1 non per manus inpositionem quis -itur, quando accipit spiritum sanctum, sed in baptismo (Hil. in psalm. 2, 29 qui -tus ex virgine homo est, ... -tus autem rursum ex b. *Iohannis* [*seq. Luc. 3, 22* filius meus es tu, ego hodie genui te]. Chromat. serm. 33, 4 concipimur ab ecclesia, cum venimus ad credulitatem, regeneramur ... per aquae lavacrum, b. deo -imur. *sim. al.*). unit. eccl. 11 non deo nativitas illa (*sc. baptismatis haeretici*), sed diabolo filios generat: per mendacium -ti veritatis promissa non capiunt. Avg. serm. 352A, 3 coll. Dolbeau 1996 p. 109 l. 49 audiunt me multi nondum fideles per baptismum facti ...: nondum -ti, sed iam concepti. Carm. inscr. christ. Diehl 1513a (*Romae; saec. V med.*) gens sacranda polis hic semine -itur almo, quam ... spiritus edit aquis (*in eodem baptisterio*: 1513d genitrix ecclesia -tos, quos *spiritu* ... concipit, amne parit). *al.* **c** *resurrectione*: Tert. resurr. 63, 5 quid, anima, invides carni? ... nemo magis frater tuus quam, quae tecum etiam in deo -itur; tu potius illi exorare debueras resurrectionem. Cassiod. compl. in Rom. 6, 3 in illa ... cruce noster vetus homo confixus est, ut innovatus exinde resurrectionis munere -retur. **d** *qui moriendo intrant in vitam aeternam*: Inscr. christ. Diehl 3492B (*saec. IV*[1]) Constantino *Aug.* ... -tus est L⟨... in⟩ (a)eternum ann(os) XX⟨...⟩, dormit in pace. Ps. Petr. Chrys. serm. 129, 1 natalem ... sanctorum ... *non* dici illum, quo -imur ⌞de carne⌟ ..., sed de terra in caelum, de labore ad *requiem eqs.* (⌞ ⌟ *pertinet ad I*). Inscr. christ. Diehl 4374 (*saec. V/VI?*) hic iacet Vrsa, quae vix(it) ann(os) VII et mens(es) X; ... in pace ⌞n(ata) de(posita)⌟ *Id. Aug.* ([⌞ ⌟ n. d(i)e *alii,* n(ono) d(i)e Inscr. christ. Gall. I 72]. christ. urb. Rom. 10075 X Kal. Ian. in p. -ta ⟨est⟩. 24060 parentes filio ..., qui vixit ann(os) V et me(n)ses VIIII, -tus in p. *huc fort. etiam* 13891 ⟨i⟩n p. -ta. 16602 [*litt. gr.?*] -ta ⟨in p⟩ake).

[Ramminger]

**2** *-itur Christus per fideles*: AMBR. in psalm. 35, 28, 1 bonus dolor ei, cui partus est fidei, quo Christus in ecclesia formatur et -itur.

**D** *in religione Mithrae* (*cf. p. 93, 53 sqq.*): INSCR. relig. Mithr. Vermaseren 498 (*a. 202*) -tus prima luce ... XII k⟨alendas⟩ decem⟨bres⟩ dies Saturni luna XVIII (*subesse sensum mysticum quendam putavit ed.*). 1027 deae Semelae ... ob honorem sacri matratus Reginia fraterna mater -ta et facta aram posuit *eqs.*

**III** *in theologia Christianorum (de Christo ex virgine Maria parto v. sub I, per fideles -ente l. 1); respicitur*: **A** *Christus dei filius*: **1** *-itur e deo patre* (*aliter in doctrina reiecta l. 19; saepe accedit locut.* de *vel* ex deo/patre, *insuper* in deum [filium] HIL. trin. 5, 34 l. 16. 6, 15 l. 4 CASSIAN. c. Nest. 4, 9, 4): TERT. nat. 2, 3, 4 deum de deo -i, quemadmodum de non deo non deum. HIL. trin. 3, 8 l. 3 deum ex deo, verum a vero ... -tum esse. *ibid.* l. 6 (*loq. haereticus*) -i nihil potuit ab uno, quia omnis ex duobus nativitas est. 12, 56 l. 3 ante aeterna tempora unigenitus tuus ex te -tus est. LVCIF. Athan. 2, 30 l. 37 illum ... -tum de substantia patris (*opp.* factum ex nihilo). FAVSTIN. trin. 2, 8 l. 20 qui sine initio de patre -tus est. PRVD. apoth. 248 ridiculum est ..., -tus ut *secundum doctrinam Sabellianorum* ex se ... fuerit sibi ipse repente (250) -endi nova materies ac se deus ultro (251) ediderit -tumque sibi se fecerit ipsum. 418 -te ⌊deo⌋ (*item abl.*: PAVL. NOL. carm. 10, 50 flos dei, -us deo. *cf. p. 94, 28*). AVG. coll. c. Maximin. 14, 6 l. 59 ille unigenitus de patre -tus. in euang. Ioh. 48, 6 l. 28 qui semper -tus est de patre filius. serm. 195, 1 sine matre de patre -tus. PS. AVG. quaest. test. 23, 1 p. 49, 11 si ... singulae caelestes potestates factae sunt et ex ipsis ceterae -tae sunt (*postea*: soli deo hoc possibile fuit, ut simplex generaret). VINCENT. LER. exc. 7 l. 71 qui de deo naturaliter -tus est, -i etiam misericorditer de carne dignatus est. GENNAD. dogm. 2 l. 7 ut veritas geniti ... in utraque nativitate filii nomen -endo haberet. PS. VIGIL. THAPS. c. Marivad. 1, 61 de paterno utero. trin. 4, 25 rec. I hic verus filius dei vere inconparabiliter -tus fuerit de patre et ... denuo dignatus fuerit ⌊-i⌋ de Maria virgine (⌊ ⌋ adsumere hominem *rec. II*). FVLG. RVSP. fid. 2, 7 ipse ..., qui filius dicitur, si idem esset et pater, non veraciter dei filius diceretur, quia non de deo, sed de sola virgine -retur. *al.* **2** *gignitur a spiritu sancto* (*sc. ut homo fiat; hic illic iuxta locut. spectantem ad Christi a Maria virgine partum, de quo v. e. g. p. 82, 10. 17 sqq. 94, 51*): FIRM. err. 25, 2 per virginem Mariam ac spiritum sanctum ... -tus *est.* PS. MAR. VICTORIN. phys. 17 p. 1304$^{D}$ ex spiritu sancto praedicatur -tus esse. AMBROSIAST. in Rom. 9, 33, 2 (recc. *β, γ*) *Christus* -tus de spiritu sancto ex muliere. AVG. gen. ad litt. imperf. p. 460, 25 cum ... dei sapientia plenum ... hominem suscipere dignata est et -i de spiritu sancto et virgine Maria. LEO M. serm. 29, 1 l. 40 quo ... spiritu de intemeratae matris visceribus -itur Christus, hoc de sanctae ecclesiae utero renascitur christianus. PETR. CHRYS. serm. 140, 3 in te, *virgo Maria,* novo -endi inlabitur sacramento *dominus.* *al.*

**B** *spiritus sanctus* (*cf.* sapientia *l. 64*): TERT. adv. Hermog. 18, 4 (*antea prov. 8, 22 sq. 25*) idcirco ⌊sophiam dei -tam et conditam⌋ praedicari, ne quid innatum et inconditum praeter solum deum crederemus (⌊ ⌋ *eadem fere ibid. iterum*). adv. Prax. 27, 5 (*antea*: de spiritu sancto virgo concepit) id ... -i habebat, quod erat conceptum et pariundum, id est spiritus (*-itur in carne ut*: 27, 6 quis deus in ea *carne* -tus? sermo et spiritus, qui cum sermone de patris voluntate -tus est). *in trinitatis doctrina negatur a deo patre (aut filio) -i, sed dicitur inde procedere*: AVG. in euang. Ioh. 99, 9 intellegi potest, cur non dicatur -tus esse, sed potius procedere spiritus sanctus. c. Maximin. 2, 14, 1 l. 15 sq. si -retur non tantum de patre nec tantum de filio, sed de ambobus utique -retur, sine dubio filius diceretur amborum. 2, 15, 2 l. 40 *spiritus* procedendo, non -endo legitur esse de deo. ARNOB. IVN. confl. 1, 7 l. 310 cum ex voce -itur s., flatus non -endo, sed procedendo egreditur (*cf. ibid.* l. 303 ex incorporea voce -tus sermo ... filius vocis est).

**C** *deus pater -tus esse negatur* (*cf. vol. VII 1, 1694, 47 sq.*): SERM. Arian. frg. 8 (*loq. Macedoniani*) his ..., qui dicunt esse differentiam inter lumen -tum et inter lumen no⟨n⟩ -tum, non communicamus, quia nullam differentiam esse inter d⟨eu⟩m -tu⟨m⟩ et inter d⟨eu⟩m non -tum dicimus. 22 *filium* subditum deo non -to ..., sapientiam -tam obtemperantem in omnibus solo sapienti non -to *eqs.* AVG. coll. c. Maximin. 14, 6 l. 55 (*antea: esse* patrem innatum) ille non -tus est, ille *filius* -tus est. FVLG. RVSP. c. Arian. 1 l. 19 ne ... ipse putetur -tus esse, qui genuit. ISID. orig. 8, 5, 30 *Hermogenes* materiam non -tam introducens deo non -to eam comparavit. *al.*

**CAPVT ALTERVM:** *-untur res*: **I** *naturales, sc. naturā, vi insita, sponte* (*accedit locut.* a deo *sim. p. 97, 70. 98, 40. 72 [cf. p. 96, 60. 98, 53. 99, 14]; opp. vel iuxta ponitur opera, ars sim. hominis p. 98, 34. 101, 12. 102, 30. 39. 44. 47*): **A** *quaelibet* (*indicatur, quo a loco sim. aliquid -atur, per praepos.* ab *p. 96, 14. 100, 65. al.,* ex *p. 96, 16. 46. 98, 22. al.,* de *p. 96, 18. 53. al., abl. nudum p. 96, 29. 100, 21,* unde *p. 96, 34. 99, 72; ubi -atur, item variis modis [nota* domi *p. 97, 62. 98, 14. 19. 99, 31. 64. al.; cf. p. 103, 16]; ad cetera indicanda accedit praepos.* ad *l. 51. 64. p. 97, 28. al.,* ex *p. 98, 39. 99, 15 nec non p. 98, 52* [*de materia?*], in *l. 39. 50,* de *p. 98, 44 sq. [de materia], dat. l. 65. p. 97, 63,* hinc *p. 100, 5*): **1** *usu vario; respiciuntur*: **a** *quae -untur exsistendo sim. vel (ex)crescendo* (*spectat ad metamorphosin l. 20*): **α** *herbae, arbores, sata earumve partes, poma sim.* (*de umbra per enallagen l. 40*): ① *generatim, sc. comprehenduntur actiones oriendi, crescendi, maturescendi sim.*: Ⓐ *respectu oriendi, crescendi sim. pleno vel praevalente* (*indicatur, unde quid -atur, e. g. per praepos.* ex, de, *abl. nudum, qua forma sim. e. g. l. 39. 51 sq. p. 97, 28; iuxta ponitur* serere *l. 33 et e. g.* VARRO rust. 1, 9, 2, *sed negatur satio ab homine facta e. g. l. 13. 18. 35. 41. 44. 49. 54; exempla selecta inde a* VERG.): ① *exempla varia*: NAEV. trag. 22 ingenio arbusta ⌊ubi -ta⌋ (*restit. e* vineta) sunt, non obsitu. CATO agr. 51 ab arbore abs terra pulli qui -entur, eos in terram deprimito extollitoque priorem partem (*sim.* 133. *cf.* VARRO rust. 1, 2, 9 e radicibus *arborum* quae -rentur e solo, *sc. stolones*). CATVLL. 62, 39 ut flos in saeptis secretus -itur hortis ignotus pecori *eqs.* (OV. met. 1, 108 -tos sine semine f. 13, 396 [*395* genuit] qui *f.* ... fuerat de *Hyacinthi* vulnere -tus. *per metamorphosin*: PETRON. 83, 3 *Apollo* lyram ... modo -to f. honorabat). 62, 49 ut vidua ... vitis quae -itur arvo, numquam se extollit *eqs.* (MART. 13, 155, 2 v. ... in media -ta palude viret. *adde p. 97, 2*). CIC. div. 2, 135 illa *radicula.* fat. 35 utinam ne in Pelio -ta ulla umquam esset arbor! (VARRO ling. 5, 74 quae *a.* in confinio -tae in utroque agro serpunt [*sc. radicibus*]. rust. 1, 2, 20 a. olea, quae primum dicitur ibi, *sc. in Atheniensium arce,* -ta. VERG. georg. 2, 65 ⌊plantis⌋ ... coryli -untur et ... fraxinus Herculeaeque a. ... coronae ..., etiam ardua palma [67] -itur et ... abies [⌊ ⌋ *sim. accedit abl. e. g.* PLIN. nat. 17, 163 surculis]. NVX 87 felix, secreto quae -ta est a. in agro. *al.*). fam. 7, 26, 2 ⌊terrā -ta⌋, quae lege *sumptuaria* excepta sunt ..., fungos, helvellas *eqs.* (⌊ ⌋ *item, sc. neutr. pro subst.*: VARRO rust. 2, 7, 11 aliud t. -tum libenter edent *animalia*). VARRO ling. 5, 61 *hieme* natura ad ⌊-enda⌋ cum ... frigore luctare non volt et ... ver[e] expectat (⌊ ⌋ *pro subst., ut vid., cf. p. 90, 9*). rust. 1, 7, 5 quae res in eo *solo* seri -ique *possunt.* 1, 31, 3 *vocant vitem* maiorem et, iam unde uvae -untur, palmam. 3, 10, 5 si eo inegerint *anseres,* ubi -itur *herba quaedam* (PLIN. nat. 1, 25, 1 naturae h. sponte -entium. 18, 190. *al.; cf. p. 97, 25 sqq.*). *al.* VERG. ecl. 3, 92 legitis flores et humi ⌊-entia⌋ fraga ([⌊ ⌋ *sensu generali vel usu resultativo q. d.*]. OV. met. 13, 815 silvestri -ta sub umbra mollia f. leges). 5, 37 *iis sulcis* steriles -untur avenae (*39* surgit). georg. 2, 85 pingues *non* unam in faciem -untur olivae. OV. met. 5, 591 salicta dabant ... *et* populus ... sponte sua -tas ripis ... umbras. trist. 3, 12, 6 violam ... legunt ..., rustica quae nullo -ta serente venit (PERS. 1, 40 e tumulo). NVX 21 *non* continuos -untur poma per annos (COLVM. 12, 47, 5 PLIN. nat. 19, 53. TERT. adv. Val. 20, 3 [*in adynato*] in mari p. -i et in arbore pisces). 59 sponte mea facilis contempto -or in agro. VITR. 4, 1, 10 *artifex vidit* calathum et circa foliorum -entem tenuitatem (*respic. capitulum Corinthium imitans acanthum; cf.* 4, 1, 12 coliculi ..., e quibus folia -untur proiecta, uti excipiant quae ex cauliculis -tae procurrunt ad extremos angulos volutae). 8, 1, 3 quibus regionibus et terris, non lacunis, ea signa (*sc. arbores quaedam*) -untur non sata, sed naturaliter per se procreata, ibi est quaerenda *aqua.* PAVL. FEST. p. 19 quod *asparagus* ⌊in aspero virgulto⌋ -atur (⌊ ⌋ *sc. in forma a. virgulti*). p. 58 in eo *agro* virgulta -untur ad caudarum equinarum similitudinem. COLVM. 5, 6, 35 qui *focaneus* inter duo brachia velut in furca de medio -itur. 10, 389 cucumis gravidā qui -itur alvo hirtus. 11, 3, 39 quae macerrimo solo per se maritimis plerumque regionibus -antur. SIL. 16, 589 (*in miraculo*) *hasta terrae infigitur*; subitae frondes ... et latam spargens quercus, dum -itur, umbram. VET. LAT. gen. 19, 25 (cod. 100. *al.*) quae -bantur de terra (*gr.* ἀνατέλλοντα ἐκ τῆς γῆς, *Vulg.* terrae virentia). Matth. 21, 19 (cod. 3. *al. et* VVLG.; *Iesus arbori fici*) numquam ex te fructus -atur in sempiternum (*gr.* γένηται). AVG. gen. ad litt. 5, 4 p. 145, 6 *deus* non solum tunc plantavit paradisum, sed etiam nunc omnia, quae -untur. *al.* ② *indicatur, cui rei (animanti eiusve usui sim.), ad quem finem -atur, ut accedat notio apti, destinati sim. (cf. p. 97, 63. 74)*: *stirps praes.*: MANIL. 5, 644 humanos ... quae *herbae* -entur ad usus. SEN. epist. 110, 12 herbas, ubi necesse est, non pecori tantum, sed homini -i. PLIN. nat. 12, 100 unguento. 16, 74 tinguendis ... vestibus -entes genistae. 16, 107 tamarix scopis. 19, 54 in his *herbis* quoque aliqua sibi -i *pauperes* ... negant. 19, 167 git pistrinis, anesum et anetum culinis et medicis -untur. *al. apud eundem.* *formae c. part. perf. compositae*: PLIN. nat. 15, 105 ne quid non hominis ventri -tum esse videatur. 19, 93 *scilla* medicamini -ta exacuendoque aceto. 27, 99 *certum est,* ad quam medicinam -ta sit.

Ⓑ *respectu oriendi, crescendi sim. magis minusve evanido indicatur, ubi (naturā, proprie) arbor, herba sim. cuiusdam speciei inveniatur, exsistat, crescere soleat* (*non nisi indicato loco [cf. p. 85, 68. 92, 63], multo praevalet stirps praes.; locos, ubi satio ab homine facta negatur, ad l. 11 rele-*

[Ramminger]

*gavimus; exempla selecta inde a* VITR.): VARRO ling. 5, 103 quae in hortis -untur. rust. 1, 7, 8 regiones accessi, ubi nec vitis nec olea nec poma -rentur (PLIN. nat. 6, 79 *regionem* vitis et lauri et buxi p. que omnium in Graecia -entium fertilem). VERG. ecl. 3, 107 dic, quibus in terris inscripti nomina regum -antur flores (OV. Ib. 199 quot f. ... -antur in Hybla). 4, 25 Assyrium vulgo -etur amomum. georg. 2, 111 fluminibus salices ... *et* paludibus alni -untur, ... saxosis montibus orni. OV. epist. 5, 148 quaecumque herba potens ad opem radixque medendi utilis in toto -itur orbe (SCRIB. LARG. 46 *h. polygonos* ubique -itur. 227 ubique in agris. *al.*). met. 7, 418 -untur dura vivacia caute (*sc. aconita ut*: LVCAN. 4, 322 pallida Dictaeis ... -entia saxis). 14, 38 (*in adynato*) prius ... in aequore frondes ... et in summis -entur montibus algae. VITR. 2, 10, 1 quae in ea parte -untur arbores (2, 9, 13 -untur ... eae a. maxime Cretae et Africae. CELS. 3, 18, 13 a. in Aegypto -entis. *al.*). PLIN. nat. 12, 17 *hebenum* nusquam alibi, *sc. quam in India,* -i professus *Vergilius* (*georg. 2, 116sq.*). 12, 109 *oleum* optimum e Canopica in ripis Nili -ta *cypro.* 13, 51 Syria ... *has* peculiares habet arbores: ... pruna in Damasco monte -ta et myxas, utramque iam familiarem Italiae. 18, 130 palma in Nursino agro -entibus *rapis* ..., proxima in Algido -tis. 19, 46 quod *genus laserpicii* circa Syriam -itur non proveniens in Cyrenaica regione (*syn.* gignitur). 20, 231 *laudatur oxylapathum* non nisi in palustribus -ens; sunt qui et hydrolapathum tradant in aqua -tum. *et saepe.*

*i. q.* κύρτος, *sc. instrumentum piscatorium viminibus sim. textum, quo capiuntur pisces (alia animalia l. 53. 55; ad rem v. Hug, RE XVI 1793, 65sqq.)*: **1** *in imagine* (*cf. Otto, Sprichw. n. 1196*): PLAVT. Mil. 581 numquam ... ex ista -a ego hodie escam petam. CIC. Att. 15, 20, 2 ex hac -a exire constitui (nax- *var. l.*). IVV. 12, 123 inclusus carcere -ae (*sc. positae a captatore hereditatis ut*: SCHOL. Hor. epist. 1, 1, 79 [*'excipiunt* senes, quos in vivaria mittant'] ad retia, ad -as). **2** *proprie*: PLIN. nat. 9, 92 *salsamenta* -is inlinuntur (*sim. esca ponitur*: 10, 194 *polypi* coiciuntur in -as). 9, 132 capiuntur ... purpurae parvulis rarisque textu veluti -is. 21, 114 usus *iuncorum* ad -as marinas. 30, 89 *stelioni* fissis harundinibus textas opponunt ⌞qu⟨asi n⟩assas⌟, quarum angustiis etiam gaudet *eqs.* (⌞ ⌟ *Ernout,* ceu -as *Mayhoff*). 32, 11 *Ovidius in Halieuticis scribit* scarum inclusum -is non fronte erumpere *eqs.* (*inde* ISID. orig. 12, 6, 30. *cf. l. 44*). SIL. 5, 48 *piscator* ore levem patulo texens de vimine -am ... fraude artati remeare foraminis arcet ... piscem. INSCR. Riese, Das rhein. Germ. in den ant. Inschr., 1914, 433 n. 4476 (*in forma vasi iuxta imag.; saec. II med.*) ⟨n⟩assas faciunt piscatores (*cf. Huld-Zetsche, Trierer Reliefsigillata, Werkstatt II, 1993, 35. 154*). PAVL. sent. 3, 6, 66 (*inter piscatoria instrumenta*) retia et -ae (LEX Sal. Merov. 119, 1. *cf. l. 51*). EPIST. Alex. p. 219, 8 *scaros* -is eburneis capiebant. VEN. FORT. carm. 10, 9, 16 cauta rate pergimus ..., ne veluti piscem me ... -a levet. *in -a pisces capti aluntur, pascuntur, ut vid.* (*cf. Blümner, Privataltertümer, 1911, 532; an est, quod cogites de notione q. e. vivarium vel stagnum sim.? cf. l. 51*): GLOSS. II 587, 57 -a: locus, ubi bestia mittitur ab homine.

**nassamōn-** *v.* nasamon-. *Ottink.*

**nassiterna** (nāsi-?), -ae *f.* [*fort. sec. exemplum vocis q. e.* lanterna *a* nassus (*v. p. 117, 3*) *derivatum, ita ut significetur fere i. q. vas naso praeditum; cf. Ernout-Meillet, Dict.* [4]*1959, 430sq. Mei.*] *scribitur* mnasi- *vol. VIII 1196, 82,* nasci- PLAVT. Stich. 352 (*P*), nasi- *p. 115, 3 (bis) et* CATO agr. 11, 3 VARRO rust. 1, 22, 3, -tur- *p. 115, 3, ceterum vario modo depravatum, e. g.* massi- *sim.* *de notione* (*cf. vol. VIII 1196, 83*): FEST.

[Rocchi]

p. 169 -a est genus vasi aquari ansati et patentis, quale est quo equi perfundi solent (*affert l. 7sq.*). NON. p. 546, 5 -a: vas aquale (*affert l. 12*). GLOSS. -a: γαλπις (*sc.* κάλπις). nasiterna: vas aquarium. nasiturna: vas fictile ⟨d⟩uas aures habens.

*significatur genus vasis aquarii* (*ad rem cf. Hilgers, Lat. Gefäßnamen, 1969, 230, ceterum fort.* IVV. *p. 119, 48; in serie praeter* PLAVT.): PLAVT. Bacch. 5 ecquis evocat cum -a et cum aqua istum impurissimum? Stich. 352 (*sed* in Nervolaria *Fest.*) ecquis huc effert -am cum aqua? (*cf. 354* humum consperge ante aedis). CATO agr. 10, 2 vasa olearia instructa iuga quinque, ... matellionem, trullium, ... matellam, -am *eqs.* ([*inde sim.* VARRO rust. 1, 22, 3 quae membratim enumerat *Cato*, ut ex aere ahenea, urceos, -am]. *item inter instrumenta fundi*: 11, 3). orat. 181 quotiens vidi ⌞trulleos⌟ (*v. app. crit.*) -as pertusos (-fusos *trad.*), aqualis matellas sine ansis. VARRO frg. Non. p. 547, 5 itaque ea sibi modo ponere ac suspendere, quae utilitas postularet: trulleum, matellionem, pelvim, -am, non quae luxoriae causa esse⟨nt⟩ parata.

*deriv.: v.* mnasiternatus *vol. VIII 1197, 4.* *Rocchi.*

**nassum** (nassus) *v.* nasum (nasus).

**nastalus,** -ī *m.* (*vel* nastala, -ae *f.*). [*originis germ. esse vid.* (*nastala-, *nastla-); *cum theod.* Nestel < *nastila *'lorum, taenia' comparari potest. Mei.*] *in operibus medii aevi forma* -a *passim invenitur et scriptura* -ul-, *quam* GLOSS. *edd. passim coniciunt, saepius quam* -al- *legi vid.* [*vox germ.* (*cf. l. 19*) *etiam deriv. romanicis subesse vid.: it.* nastro, *langob. et trident.* nástol(a), nes-, nistola, *francog. vet.* nasle, *wall.* nal, *prov. vet.* (*Limousin*) nala *'ligamen, funiculus'. cf. M.-L. 5840. Battisti-Alessio IV 2551. Cortelazzo-Zolli[2] 1026. Wartburg XVI 598. Schd.*]

*i. q. fasciola sim. adhibita ad ligandum:* *vestimentum*: CASSIOD. Ios. antiq. 3, 156 -i ex utraque parte ora eiusdem vestimenti ... astringunt (-tuli *cod. unus,* -talae *ed. Basil.; gr.* ἀρπεδόσιν). *mortuum* (*spectat ad Ioh. 11, 44*): GLOSS. institis: -is, ligamina mortuorum. GLOSS.[L] I Ansil. IN 1625 institis: id est parvis linteolis aut -is, unde mortuorum pollices ligantur (*sim.* V Abba IN 179).

**nastos,** (-ī) *m.*, ναστός. *genus cannae* (*de re v. André, Les noms de plantes, 1985, 170*): DIOSC. 1, 95 p. 50, 4 unum *genus cannae* -os appellatur, ex qua sagitt(a)e fiunt (-us *var. l.; gr. 1, 85* ναστός). *N. H.*

**nastulus** *v.* nastalus.

※**nāsturcium** (-tium), -ī *n.* [*a* *nās- *'nasus' et* *torquium (*ita iam* VARRO *l. 39*); -tium, *ut vid., sec.* tortāre *formatum est. Mei.*] *de origine*: VARRO Men. 384 -um ... ideo dici, quod nasum torqueat (*sim.* PLIN. nat. 19, 155 -um nomen accepit a narium tormento, et inde vigoris significatio proverbio usurpavit id vocabulum veluti torporem excitantis [*v. Otto, Sprichw. n. 1197*]. ISID. orig. 17, 10, 17. *cf. p. 116, 21 et v. l. 48*). *scribitur in codd. vet.* -cium PELAGON. 392 PS. APVL. herb. 20 l. 3. *al.* (*litt. gr.* DIOSC. gr. Vind. 2, 155 [*cf. l. 53*]), -tium PS. APVL. herb. 126 l. 6 (*et in recc. praevalere vid.* -ci-; *habent et* -ci- *et* -ti- PLIN. nat., MARCELL. med. *al.; hic illic contra codd. editur* -ti- *e. g.* VARRO rust. 3, 9, 13, -ci- *e. g.* PLIN. nat. 25, 87), *in codd. rec. etiam* mas-, -truc-, -tor- *nec non* nascit- (*unde* nasit- *edd., v. p. 116, 20*). *al.* NOT. Tir. 104, 37 -um. *masc.* -us GLOSS. III 570, 37. 610, 47. *al.* *in versibus forma sing. acc.* -cum MARCELL. med. carm. 39, *plur. nom.* -ia MORET. 83 COLVM. 10, 231. *legitur inde a* VARRONE, CIC., MORETO, *maxime apud rerum scriptores et medicos inde a* CELSO, COLVM., *in versibus non nisi l. 49sq.; abiit in serm. gr.* HIPPIATR. gr. I p. 388, 12 ναστουρκίου (-ρικοῦ *var. l.; cf.* -ρικίου p. 159, 20 add. cod. M). [*it. sermone docto* nasturzio, *pedem.* bistörtš, *cors.* mastortšu, *neap. vet.* masturçe, *rec.* masturso, *calabr. et sic.* nastruzzu, *sic.* mastrottsu, *sard. centr.* nasturtu, nastruttu, nartussu, martutšu, *mer.* nartuttsu, *francog. med.* nostois, masturce, *hisp. vet.* mastuerzo, *gallaec.* mestruzo, mastorzo, *port.* mastruço. *cf. M.-L. 5841 et Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 2551. Cortelazzo-Zolli[2] 1026. Wagner II 159. Wartburg VII 29sq. Corominas-Pascual IV 213. Machado[3] IV 75. Schd.*] [*coni. abl. sing.* -o CAEL. AVR. chron. 1, 4, 98 *et* 2, 1, 37 (*ed. 1566 in marg.*; astrutio *ed. 1529,* struthio *coni. Ihm*). *restit.* GLOSS. biling. I 7, 2 (*saec. III*) ⟨καρ⟩δαμων· ν⟨αστουρκιουμ⟩.]

*nomen herbarum, de quibus fusius agunt* PLIN. nat. 20, 127sqq. GARG. MART. med. 13 PS. APVL. herb. 20; *ad rem v. Steier, RE XVI 1795sqq. et André, Les noms de plantes, 1985, 170.* *graece maxime resp.* κάρδαμον, *quod infra fere non notavimus; v. e. g.* GLOSS. *et l. 73. p. 116, 3sq. nec non* PLIN. nat. 19, 117 *et* 181 (*Theophr. hist. plant. 7, 1, 3 et 7, 5, 5; sed 7, 1, 6 resp. voci q. e.* cardamum *Plin. nat. 19, 118*).

**1** *de notione*: **a** *disting. genera* (*sunt duo* PLIN. nat. 20, 127, *sed unum* 19, 123): CELS. 4, 8, 3 -um album (PLIN. nat. 28, 197; *cf.* nigrum *l. 75*). PELAGON. 203 ⟨-i Alexandrini⟩ (*suppl. Ihm e loco secluso* 204, 1). GLOSS. hortulanus (*v. sub b*). GLOSS.[L] I Ansil. CA 661 (med. p. 15) cardamon agrion id est -o agreste. **b** *indicantur alia nomina*: SCRIB. LARG. 129 cardami (-momi *var. l.*) nigri, id est -i (MARCELL. med. 9, 117. CAEL. AVR. chron. 3, 1, 9 cardamum, quod -um vocamus. *al., e. g. l. 3; cf. l. 5. p. 115, 62 et* ORIBAS. eup. 2, 1 *K* 20 La p. 449 cartami semen, id est -um). PS. APVL. herb. 20 l. 19 *herba* a Graecis dicitur cardamon, alii cinocardamon, alii Iberis, alii cardamina ..., Itali ⌞-um⌟ ([semen -um, s. cardami *var. ll.*]. *sim.* DIOSC. gr. Vind. 2, 155). PS. HIPPOCR. ad Antioch. vers. *β* p. 431 cardamomum, idem -um (PLIN. phys. Bamb. 11, 9 [cardamum *coni. Önnerfors*]. GLOSS. -um: cardamomus. flos -i: ἄνθος καρδαμώμου. cardamomo: cicer erraticus sive -o [*i.* -um]. *al. ibid.; cf.* c. id est semen -i sicut cicer. *v. et p. 115, 75*). PS. THEOD. PRISC. add. p. 333, 18 herba -um, quam nos ⌞ecaticum⌟ dicimus ('hepa-?' *Heraeus in exemplari suo*). GLOSS. -us: crisson ortensis (*sim. al., v. vol. IV 1209, 31sq.*). -um: cressa (*anglosax. ut*: -um leccressae [tuuncressa *var. l. et* GLOSS.[L] Corp. N 14]). -us hortulanus: damassonius (*sim. al., v. vol. V 1, 7, 82sq.*). *al.*

**2** *exempla digesta secundum -i usum, naturam, culturam*:

**a** *praevalente respectu vescendi (sententias medicorum v. sub bα); -um cibus est:* *hominibus*: CIC. fin. 2, 92 sit voluptas ... in -o illo, quo vesci Persas esse solitos scribit Xenophon (*sc. Cyr. 1, 2, 8. 11, unde sim.* CIC. Tusc. 5, 99 *Persas* negat ad panem adhibere quicquam praeter -um [nasciturcium *pars codd.* NON. p. 550, 22, *unde* nasit- *Mueller, Lindsay in textu Non.*]). MORET. 83 quae ... trahunt acri vultus -a morsu. PLIN. nat. 20, 134 pictores ... *ruta* utuntur oculorum causa cum pane vel -o. ARNOB. nat. 7, 16 p. 361, 15. *al.* *animalibus*: VARRO rust. 3, 9, 13 obiciendum pullis *gallinarum* ... polentam mixtam cum -i semine et aqua. 3, 10, 6 (*inde* COLVM. 8, 14, 10) *anserum* pullis ... apponitur ... -um viride consectum ... ex aqua.

**b** *praevalente respectu medendi*: **α** *generatim agitur de effectu, viribus sim.* (*cf. l. 22. 56*): CELS. 2, 21 mali ... suci sunt ... eruca, -um *eqs.* (*aliter* 2, 33, 1 *malum sucum ex corpore extrahit* semen erucae, -i *eqs.*). 2, 25, 2 aliena ... stomacho sunt ... hysopum, -um. 2, 31 urinam ... movent, quaecumque in horto nascentia boni odoris sunt, ut ... coriandrum, -um *eqs.* (*cf. l. 38*). 5, 2 glutinant vulnus ... cardamomon ..., -um. *al.* PLIN. nat. 20, 127 (*inde* 1, 20, 50) -um venerem inhibet, animum exacuit ...; duo eius genera; alvum purgat *eqs.* (*cf. l. 36 et* MARCELL. med. 33, 50 *herbae rebus veneriis* contrariae sunt ... lactuca, -um). GARG. MART. med. 13, 1 natura -o caustica est et tamen usum venerium videtur inhibere *eqs.* (*sim.* MARCELL. med. 30, 43 prodest ... -um potum ex vino, nam et calefacit ... et urinam movet *eqs.* ORIBAS. syn. 1, 35, 1 La p. 89, 8 -i semen ... calefacit [*Aa* cardami, *As et Ab* cardamomi; *gr.* καρδάμου]). *al.* **β** *speciatim pars est remediorum vel remedium ipsum*: CELS. 4, 8, 3 deli⟨n⟩gitur *ab aegroto* ... -um album frictum, deinde contritum et cum melle mixtum. 4, 16, 4 *remedium* ⌞fit ex lini et -i semine, quo vinum ... adicitur⌟ ([*del. Marx*]. 4, 24, 2. SCRIB. LARG. 95 -i animati seminis pondo uncia. *al.* PELAGON. 119 CHIRON 872. *et saepius*). SCRIB. LARG. 131 -i cyathos quattuor (*item pendet e voce mensuram indicante*: PLIN. nat. 20, 251 cum pari modo -i. 24, 186 quartam partem purgati -i. 28, 197 cyatho -i albi *eqs.* PELAGON. 194, 4 -i selib. 392 -i sext. I. *et saepius*). PETRON. 138, 2 *Oenothea* -i sucum cum habrotono miscet *eqs.* (PLIN. phys. Bamb. 48, 9 admixto s. herbe -i). PLIN. nat. 26, 27 *medetur tussientibus* scordotis mixto -o *eqs.* 28, 130. *al.* PLIN. med. 1, 4, 1 -um cum sinape tritum impositum emendat *alopecias.* CHIRON 724. PS. APVL. herb. 20 l. 3 herba -um naribus inicis, caput deplet (20 l. 16. PS. THEOD. PRISC. add. p. 328, 6 si -um h. ... decoctam potui dabis. *al., e. g. l. 10*). *et saepe.*

**c** *cetera exempla*: CELS. 2, 22, 2 acria sunt ... eruca, ruta, -um *eqs.* (*vergit ad bα; cf.* PLIN. nat. 19, 186 sunt ... acres *suci saporesque* ... -i, sinapis). COLVM. 10, 231 parvo discrimine sulci spargantur caecis -a dira colubris *intestinorum.* 11, 3, 14 *autumno et vere seri possunt* semina ... erucae, -i *eqs.* (*sim.* PLIN. nat. 19, 154 -um vel aestate vel hieme *nascitur.* PALLAD. 2, 14, 5 *Ianuario* -um constat et omni tempore esse ponendum *eqs.* 3, 24, 2 *Februario* carduus seritur et -um. 4, 9, 5 *Martio.* 10, 13, 3 *Septembri*). PLIN. nat. 19, 117 *in horto satorum* -um, sinapi quinto *die erumpunt.* 19, 123 singula genera sunt ocimo, ... -o *eqs.* 19, 181 *seminibus* quibusdam ... firmitas maior est, ut ... porro, -o *eqs.* 19, 185 fabis caprini fimi ... si ... -i semina inclusa serantur (*sim.* PALLAD. 2, 14, 3). 20, 247 *sisymbrium silvestre* simile -o est (*item notatur similitudo*: 22, 84 sium ... sapore -i. 22, 158 *erysimon* est ... semine -i. 25, 87 *Hiberis* floret semper, folio -i ...; radici odor -i. PS. APVL. herb. 126 l. 6). ARNOB. nat. 4, 10 p. 213, 1 cur ... deus praesit melli ..., non praesit cucurbitis ..., -o *eqs.*? PS. APVL. herb. 20 l. 4 hoc -um ... ab se nascitur circa parietibus imis ([*aliter rec. β*]. *sim.* PLIN. phys. Sang. p. 279 l. 7 herba -um, qui circa parietinis nascitur). *al.*

**nastus** *v.* nastos. *Breimeier.*

**nāsum,** -ī *n. et* ※**nāsus,** -ī *m.* (*abl.* -ū *v. p. 117, 14*). [*de* *nās- < *(ə)ne-ə$_2$s- *deflexit tam* nāris (*'-i foramen', v. sub voce*) *quam* -um/-us, *cf. vet. slavon.* nosъ < *nās-os; *iuxta* nāsum *sermo priscus* nāssum *praebere vid.*

[*Harbsmeier*]

*(v. l. 3), similiter atque e. g.* Iuppiter *iuxta* Iupiter *et* Varro *iuxta* vārus; *littera -s- remansit neque in -r- se mutavit propter formam variam* nass-. *Mei.*] *scribitur* nass- *in cod. ant. A* Plavt. Merc. 310, *in recc.* Men. 195; *cf.* nassiterna. *genus tam neutr. quam masc. testantur* Prob. nom. gramm. IV 212, 10 sqq. -us hic an hoc -um? antiqui neutraliter dicebant; itaque Lvcretivs '...' (frg. 10, *quod tamen potius* Lvcilio *tribuendum vid., v. p. 118, 6*); qui nunc masculino genere dicitur (*affertur* Cic. *p. 119, 16*). Non. p. 215, 2 (*neutr. probatur allato* Lvcil. 267. 582). Schol. Hor. sat. 2, 2, 89, *neutr. tantum* Dvb. Nom. gramm. V 584, 24 (*allato* Lvcil. 935). *praeter locos a gramm. allatos traditur neutr.* Plavt. Amph. 444 -um (-a *var. l.*). Curc. 112 Men. 168 Mil. 1256 Lvcil. 582. Vitr. 3, 1, 2 (*masc. var. l.*). Physiol. rec. Y 43 -a (*dub., v. p. 119, 31*), *vix etiam l. 25; masc. passim inde a* Cic. nat. deor. 2, 143 Hor. sat. 2, 2, 89. *abl. sing. heteroclit.* -u *trad.* Amm. 25, 4, 22 (*in var. l. cum* -o Vvlg. lev. 21, 18 Iord. Get. 182). *de notione*: Gloss. -us: ῥώθων, μυκτήρ. ῥίς. -o presso: σιμός. Gloss. III 486, 6 nausus ῥοθων ⌊leg. -us ῥιγχων⌋ (*i.* leg(as) -us: ῥύγχων [?], *quod addidisse vid. Petrus Danielis, sed potius emendes sec. l. 15*). *sim. al.; cf. p. 118, 2 sq. 42 sqq. et* Schol. *ad singulos locos.* *legitur inde a* Naev., Plavto, Ter., Catone (*deest e. g. poesi epicae tragicaeque et orationi prosae altiori, ubi fere praefertur* nares). [*val.* nas, *dalm.* nuos, *it.* naso, *sard. centr.* nazu, *raet. or.* nas, *francog.* nez, *prov., cat.* nas. *cf. M.-L. 5842 et Faré, Postille. Tiktin-Miron*[3] *II 768. Battisti-Alessio IV 2549 sq. Cortelazzo-Zolli*[2] *1025 sq. Wagner II 159. Wartburg VII 30 sqq. Coromines V 881 sqq. Corominas-Pascual IV 213. Schd.*] [*falso edebatur olim nom. sing.* -um Visio Pauli rec. P 44 p. 36, 27 (*James; legas* nasci, *v. ed. Silverstein-Hilhorst p. 162, 20*).]

**1** *proprie significatur pars faciei prominens, cui inest facultas odorandi,* ῥίς, *nares* (*quod est pro syn. e. g. p. 118, 49. 119, 2, disting. [sc. notione q. e. -i foramina] e. g. l. 41. 51 sq.; fere proverbialiter l. 61. p. 118, 69 et fort. l. 39*): **a** *hominum*: **α** *exempla varia*: Naev. com. 43 utinam -um abstulisset mordicus (*cf.* Plavt. Men. 195 iam oportebat -um *adulescentis esse* abreptum mordicus, *sc. basiis tuis*). Plavt. Amph. 444 (*enumerantur Sosiae cum Mercurio similitudines*) statura ..., oculi, -um (-a *var. l.*) vel labra, malae *eqs.* Merc. 310 ut scias me amare, cape cultrum ac seca ... -um vel labrum. Cato agr. 157, 15 si polypus in -o intro erit, brassicam ... ad -um admoveto (*cf.* Marcell. med. 20, 116 si in -o polypus fuerit [*10, 61* naribus]). Lvcil. 935 -um hoc corpusque scutum (*sc. cum proprium scutum mihi desit?*). 1347 ut petimen -o aut lumbos cervicibus tangat *quidam.* Novivs Atell. 107 est pedis unus ingens in -o. Varro Men. 384 *v. p. 115, 39.* Tab. devot. (cil I[2] 2520; *saec. I med. a. Chr.*) 25 nares, labra, oriculas, -um, linguam *inimici* (*defiguntur singula membra ut*: Audollent 190, 7 [*saec. I*] supe⟨rcil⟩ia, os, -u(m), mentu(m)). Liv. 22, 51, 9 -o auribusque laceratis (*mutilando ut e. g.* 29, 9, 7. 29, 18, 13 -o ... auribusque decisis. Sen. dial. 5, 17, 3 cum aures illi *amico* -umque abscidisset *Lysimachus.* Apvl. met. 2, 30, 5 praesectis [pro- *trad.*] -o prius ac mox auribus. 2, 30, 9 -i ... dedecus. *cf. per hyperbolen l. 31 sq.*). 34, 45, 7 (*inter prodigia*) pueros ... sine oculis ac -o *natos esse.* Pomp. Trog. anim. Plin. nat. 11, 275 *supercilia* quibus iuxta -um flexa sunt, austeros *significant* (*vertitur Arist. hist. anim. 491b16* πρὸς τὴν ῥῖνα). Cels. 5, 26, 23[A] *vulnus* sui debet ..., si discissa auris ima est vel imus -us (*cf.* 7, 9, 4 ex medio -o imisve narum partibus. *ibid.* si quid aut medio -o aut mediis naribus ... deerit. *cf. etiam p. 118, 10*). 8, 5, 2 utraque naris inplenda est (*sc. cartilagine -i fracta*); ... crassius esse debet ab ea parte, in quam -us iacet, ... id, quod inseritur. Phaedr. app. 4, 16 *mulier ridens* emungere ... se volens prendit manu traxitque ad terram -i longitudinem (*respic. metamorphosis ut p. 118, 20*). Scrib. Larg. 47 pinnam anseris ... aptare ad longitudinem -i atque ... praecidere ([*disting.* narium]. *item* Marcell. med. 10, 8, *ubi seq.* inmergere eam -o [*aliter Scrib. Larg.*]). Pers. 6, 17 *recuso* signum in vapida -o tetigisse lagoena (*cf.* Schol. *ad l.* 1 quia solent avari signum ... sic diligenter aspicere, ut ... a -o tangant). Petron. 62, 5 mihi ⌊anima⌋ in -o esse, stabam tamquam mortuus (⌊ ⌋ in animo *trad.*). Mart. 11, 98, 7 congelati gutta ... -i. 5, 25, 10 (*respic. statua*) aureus ... -us *aurigae* (*cf. inter maiorum effigies*: Ivv. 8, 5 Galbam auriculis -oque carentem [Schol. *ad l.* 1 vetustate picturae ita effectum. 2 aut quia breviorem -um habuit]. *de idolis*: Arnob. nat. 6, 15 p. 326, 7. Hier. psalt. sec. Hebr. 113, 14 -um habent et non odorabuntur [*Vulg.* nares]). Ivv. 15, 55 vix cuiquam ... toto certamine -us integer *est.* Apvl. met. 2, 24, 3 (*describitur mortuus*) ecce ... -us integer, incolumes oculi, salvae aures, inlibatae labiae, mentum solidum. 2, 30, 6 *ceram* -o ... ipsius similem comparant (*cf.* 2, 30, 7 -um *cereum*). Ser. med. 125 *medici nonnulli* olei ... liquore perfundunt calido cerebrum -ique latebras. Hier. epist. 40, 1, 2 (*in imag. de vitiis castigandis*) disposui -um secare fetentem: timeat, qui strumosus est. *al.*

**β** *illustratur -i forma vel magnitudo*: Plavt. Capt. 647 macilento ore, -o acuto, corpore albo, [et] oculis nigris. Ter. Haut. 1062 rufam ... virginem, ... sparso ore, adunco -o (Svet. Galba 21 statura fuit iusta ..., a. -o. Hier. in Gal. 1, 18[a] l. 3 *utrum Petrus* a. -o esset an recto. Gloss. a. -o [-us *cod.*]: γρυπός. *cf. l. 19. 70*). Lvcil. 582 -um rectius nunc homini est? (Chart. lat. ant. 295, 2 [*saec. II*[2]] fa⟨c⟩ie ⟨dedu⟩cta, -o recto [*item* 295, 4]. Amm. 25, 4, 22 -o [-u *trad.*] rectissimo. Hier. *l. 2*). 942 (*dub., v. p. 117, 6*) -um deductius quam pandius ⟨si⟩ paulo vellem (Svet. Aug. 79, 2 *habuit* -um et a summo eminentiorem et ab imo deductiorem. Hist. Avg. Diad. 3, 2 -o deducto). Catvll. 41, 3 ista turpiculo puella -o. 43, 1 salve, nec minimo puella -o nec bello pede nec *eqs.* Lvcr. 6, 1193 (*inter mortis propinquae signa*) conpressae nares, -i primoris acumen tenue (*cf. Hippocr. progn. 2 p. 114 L.* ῥὶς ὀξεῖα, *quod vertitur e. g. a Celso 2, 6, 1* nares acutae). Hor. ars 36 -o vivere pravo *nec omni modo perfectum esse.* Fest. p. 340 'silus' appellatur -o susus (rusus *cod.*) versus repando. Pavl. Fest. p. 367 Caecilius inridens magnitudinem -i: '...' ([*com. 270*]. Ivst. 39, 1, 9 *cuidam* propter -i m. cognomen Grypos fuit [*cf. l. 3*]). Sen. dial. 5, 22, 4 *cum Graeci* conlisum -um *Antigoni* deriderent. Plin. nat. 11, 158 (*v. l. 75*). Mart. 2, 11, 4 paene terram -us indecens *maerentis* tangit. 14, 96, 2 vilia sutoris calicem monimenta Vatini accipe; sed -us longior ille fuit (Dares 13 -o obunco longo [-um abunco *cod. unus*]). *al.* Apvl. met. 3, 21, 5 *per metamorphosin* duratur -us incurvus, coguntur ungues adunci (*6* fit bubo Pamphile). Pass. Theclae A 3 p. 8, 2 (*item* B *et* C) *Paulus erat* -o aquilino (*gr. p. 237, 8* (μικρῶς) ἐπίρρινον, *ut* ἐπίγρυπον *suspicatus est Usener*). Vvlg. lev. 21, 18 *nemo* accedet ad ministerium eius *dei,* si caecus fuerit, ... si vel parvo vel grandi vel torto -o (-u *var. l.; huc spectat l. 65*). cant. 7, 4 (*sponsae*) -us tuus sicut turris Libani, quae respicit contra Damascum (*allegorice explicant e. g.* Ivst. Vrgell. in cant. 156 -us ecclesiae illi sunt, qui odorem iustitiae, qui est in Christo, percipientes ad cordis interna traiiciunt. Greg. M. in Ezech. 1, 11, 7 quia per -um semper odores fetoresque discernimus, quid per -um nisi speculatorum discretio designatur?). Macr. Sat. 7, 3, 11 *si* in -um *cuiusquam dicas,* seu 'curvam erectionem' seu 'Socraticam depressionem'. Cael. Avr. chron. 2, 14, 198 *pthisicis* -i summitas pallescit. *al.*

**γ** *illustratur -i munus facultasve, sc. -us convertitur*: Ⓘ *ad varios usus*: Plavt. Cas. 391 *dei duint,* ut oculos emungare ex capite per -um (*iocose alluditur ad mucum educendum, cf.* Catvll. 23, 17 a te ... abest saliva mucusque et mala pituita -i. Mart. 7, 37, 3 exprimeret quotiens rorantem frigore -um *quaestor.* Ivv. 6, 148 [*libertus uxori*] iam gravis es nobis et saepe emungeris [*i. mucosa es*]: exi ...; sicco venit altera -o. 10, 199 madidi ... -i. Amm. 16, 10, 10 aut os aut -um tergens vel fricans. *cf. etiam l. 45. p. 117, 54*). Mil. 821 an dormit Sceledrus ...? :: non -o quidem, nam eo magnum clamat (*sc. stertit ut*: Ivv. 1, 57 ad calicem vigilanti stertere -o). Lact. opif. 10, 6 sq. -i (nisi *var. l.*) ... pars superior usque ad medium solida formata est, inferior autem ... mollita ...; (7) in hoc autem ... membro tria sunt officia constituta, unum ducendi spiritus, alterum capiendi odoris, tertium ut per eius cavernas purgamenta cerebri defluant; quas ipsas deus ... quam divina ratione molitus est, ut tamen hiatus ipse -i oris speciem non deformaret! Ⓘⓘ *ad olfaciendum* (*cf. supra l. 45*): Plavt. Capt. 817 ut sciant, *qui pisces foetidos vendunt,* alieno -o quam exhibeant molestiam. Curc. 105 (*96* flos veteris vini meis naribus obiectust) -o odos *vini* obsecutust meo (*loq. anus vinolenta, de qua* 112 canem esse hanc ... par fuit: sagax -um habet). Men. 168 summum olfactare oportet vestimentum muliebre, nam ex istoc loco spurcatur -um odore †inlucido. Mil. 1256 odore ⌊-um⌋ (*om. pars codd.*) sentiat, si intus sit *amator.* :: ... (1259) -o ... haec quidem plus videt quam oculis. Titin. com. 20 fetida anima (*i. halitus*) -um oppugnat. Lvcil. 267 oculi non sunt neque -um? Catvll. 13, 14 quod *unguentum* tu cum olfacies, deos rogabis, totum ut te faciant ... -um. 69, 9 crudelem -orum ... pestem (*sc. malum odorem*). Hor. sat. 2, 2, 89 rancidum aprum antiqui laudabant, non quia -us illis nullus erat, sed *eqs.* 2, 7, 38 fateor me ... duci ventre levem, -um nidore supinor (*cf.* Schol. 'levem -um' nidore supinatur, qui ... inclinatur odoribus pulmentariorum. *aliter* Porph. '-um' pro derisore posuit, nidorem pro risu [*ut ad p. 119, 42 pertineat; cf. Kaster, Transact. Am. Phil. Ass. 131, 2001, 174 sq.*]). Fest. p. 166 per ea nas[c]i foramina (*sc. 'nares'*) odoris cuiusque (g)nari *fimus.* Mart. 6, 36, 1. 6, 64, 20 *cor bubulum* vetus -isque timendum. Hesych. in lev. 21, 16 p. 1063[A] (*ad l. 23*) -o proprium est odorari; hoc ergo sano bene quis odoratur, terebrato autem vel truncato non bene quis odoratur. *al.* Ⓘⓘⓘ *ad ostendendum affectum, sc. derisum, contemptum, fastidium, indignationem* (*ad rem v. e. g. Quint. inst. 11, 3, 80 nec non Otto, Sprichw. n. 1198; cf. etiam sub 2a*): Hor. sat. 1, 6, 5 (*Maecenati*) *non* -o suspendis adunco ignotos, ut me libertino patre natum ([*cf.* Porph. per fastidium quoddam derides. Schol. nec ignoti tibi fastidia afferunt, quod vulgo sannam dicunt]. 2, 8, 64 Balatro suspendens omnia -o [*cf.* Schol. irridens omnia]. Pers. 1, 118 *Horatius* callidus excusso populum suspendere -o [Schol. *ad l.* 2 e. -o: emuncto, unde intellegitur prudenti]). Plin. nat. 11, 158 altior homini

[Harbsmeier]

tantum, quem novi mores subdolae inrisioni dicavere, -us; non alii animalium nares eminent. MART. 1, 3, 6 (*3 sq.* nescis, *liber,* dominae fastidia Romae: ... nimium Martia turba sapit) maiores nusquam rhonchi: ... *omnes* -um rhinocerotis habent. 5, 19, 17 tacito rides, Germanice, -o. 12, 88, 1 sq. Tongilianus habet -um ..., sed iam nil praeter -um ... habet. VET. LAT. psalm. 21, 8 (Tert. adv. Marc. 4, 42, 4) omnes, qui spectabant me, ⌞-o inridebant⌟ me (⌞ ⌟ *gr.* ἐξεμυκτήρισαν, *cod. 303. al.* subsannabant, *333. al.* aspernabantur, *421 et sim. Vulg.* deridebant). TERT. adv. Marc. 2, 25, 3 stulte, qui tantum argumentum divinae maiestatis et humanae instructionis -o agis! (*respic. gen. 3, 9*). pudic. 2, 7 deus ... zelotes *est,* et qui ⌞-o non deridetur⌟ (*cf. Gal. 6, 7*). HIER. in psalm. 2 p. 7, 17 subsannatio proprie rugata fronte et contracto -o exprimitur; absit itaque hoc nos de deo corporaliter aestimare (*ad psalm. 2, 4* dominus subsannabit eos *ut*: AVG. in psalm. 2, 3 nihil horum ... sapere oportet carnaliter, quasi aut buccis deus irrideat aut -o [nos *cod. unus*] subsannet).

**δ** *illustratur -i situs* (*sc. modo generali*): CIC. nat. deor. 2, 143 -us ... ita locatus est, ut quasi murus oculis interiectus esse videatur. VITR. 3, 1, 2 (*de media oris parte*) -um (-us *S*) ab imis naribus ad finem medium (*i. mediorum*) superciliorum (*praecedit p. 57, 22, seq. vol. VI 1, 1354, 8 sq.*). LACT. opif. 10, 4 ex quorum *superciliorum* confinio -us (narus *B*[1]) exoriens et veluti aequali porrectus iugo utramque aciem simul et discernit et munit. PS. SORAN. quaest. med. p. 366, 25 -us dicitur ..., quod inter mala eminet (*deinde fusius de -i partibus*).

**b** *animalium* (*sideris zodiaci* HYG.; *cf. p. 118, 20*): LVCIL. 212 lascivire pecus -i rostrique repandum (nisi nostrique *trad.; respici vid. delphini, cf. Pacuv. trag. 408* repandirostrum ... pecus). MART. 6, 64, 29 (*in imag. monetur adversarius*) *ne* fumantem -um vivi temptaveris ursi. HYG. astr. 3, 27 *Capricornus sidus* habet in -o stellam unam. CHIRON 343 si quod iumentum polib⟨os⟩um (*v. vol. X 1, 2584, 32 sq.*) factum fuerit in -um (*cf. in eadem re 551 et Veg. mulom. 2, 38* naribus; *Hippiatr. gr. I p. 102, 3* μυκτῆρι). PHYSIOL. rec. Y 43 *cervus* implet -a sua fontem aqu(a)e (*an potius legendum est* vasa *coll. gr. 30* τὰ ἀγγεῖα? *rec. B 29* os).

**2** *translate*: **a** *c. respectu facetiarum, dicacitatis, irrisionis, fastidii (v. p. 118, 68 sqq.) significatur: qualitas faceta, cavillatio*: SEN. suas. 1, 6 belle illis, *sc. Atheniensibus M. Antonium tamquam Dionysum salutantibus,* cesserat, si -us Atticus ibi substitisset. PLIN. nat. praef. 7 *Lucilius* primus condidit stili -um (*sententia vix emendatione l. 60 egens referenda vid. ad Lucilii urbanitatem, cf. e. g. Cic. fin. 1, 7; aliter codd. Plinii post* -um *interpolantes*: quasi abusionem et vituperationem; primus enim satyricum carmen scripsit *eqs.*). MART. 1, 41, 18 desine iam tibi *urbanus* videri ..., qui Gabbam salibus tuis ... posses vincere ...: non cuicumque datum est habere -u⟨m⟩. *ipse homo facetus, cavillans* (*cf. p. 118, 61*): MART. 13, 2, 1 nasutus sis usque licet, sis denique -us ... et possis ipsum tu deridere Latinum. **b** *c. respectu formae significatur: species, aspectus*: IVV. 6, 495 (*492 sq. matrona* punit ... flexi crimen ... capilli) quaenam est hic culpa puellae, si tibi displicuit -us tuus? (SCHOL. *ad l.* 1 si tu foeda es et nasuta). *rostrum alicuius calicis* (*an eius magnitudo?*): IVV. 5, 47 siccabis ⌞calicem *Vatinianum*⌟ -orum quattuor (⌞ ⌟ *appellatum a nomine scurrae -o grandi praediti, v. p. 118, 18; cf.* SCHOL. *ad l.* 1 qui *calix* quattuor in longitudine -os habeat). *landica,* κλειτορίς: PRIAP. 12, 14 *cunnus scorti vetuli* barbato macer eminente -o.

*deriv.*: nasalis, nasator, nasica, nasonius, nasutus; *cf.* nassiterna.
*compos.*: denaso, onasus. *Harbsmeier.*

**nāsūtus,** -a, -um. *a* nasum (nasus), *cf. e. g.* auritus, cornutus. *de origine*: PRISC. gramm. II 441, 24 a naso -us. *compar.* -ior (-ius) *l. 73, superl.* -issimus *l. 69. 74.* *de notione*: GLOSS. II 265, 22 sq. γρυπή: -a. γρυπός: -us, adunco ⌞naso⌟ (*ed. Stephani,* nasus *codd.*). 310, 38 ἐπίρ(ρ)ινος: -us. 428, 53 ῥύγχαινα: -a. III 180, 56 epirin: -us (*i.* ἐπίρριν [*v. Liddell-Scott-Jones, suppl. 1996, s. v.*] *ut e. g.* 252, 56 ἐπίρρην [ἐπίρρινος Goetz]. 329, 48 επιρειν). [PLIN. nat. praef. 7 stili na⟨suti ver⟩sum *suppl. Morgan, Class. Quart. 42, 1992, 279 sqq.*]

**1** *usu communi i. q. (magnum) nasum habens (respectu magnitudinis minus vigente sub b; masc. pro subst. l. 72); respicitur qualitas*:
**a** *hominum*: **α** *proprie, sc. de qualitate corporali*: LVCIL. 242 non magnus ⌞homo est, -us⌟, macellus (*om. cod. unus*). HOR. sat. 1, 2, 93 depugis, -a, brevi latere ac pede longo est. SCHOL. Iuv. 6, 495, 1 ('si tibi displicuit nasus tuus') si tu foeda es et -a. **β** *translate de qualitate eius, qui est sagax, acutus, versutus sim.* (*subest notio contemptus maxime l. 70. 72; cf. l. 33*): SEN. suas. 7, 12 *rhetor quidam,* homo -issimus, dissimulavit exaudisse se, ut *eqs.* PHAEDR. 4, 7, 1 tu qui, -e, scripta destringis mea ([*nisi adv.*]. *sim. de lectore, censore librorum*: MART. 12, 37, 1 sq. -us nimium cupis videri; -um volo, nolo polyposum. 13, 2, 1 -us sis usque licet *eqs.* [*v. l. 43*]). MART. 2, 54, 5 (*de coniuge amatoris puerorum*) nil -ius hac maligniusque. PS. CYPR. rebapt. 16 homines -issimi quaerunt, quomodo sanctitatis baptisma ... corrumpant (versutiss- *var. l.; antea*: versutia).

**b** *ciceris, sc. habentis partem quandam similiter atque nasus prominentem* (*si recte intelleximus*): ORIBAS. eup. 4, 100 La p. 611 ad hictericus (*i. ictericos*) cicer nigrum -um (*gr. 4, 98, 6* ἐρεβίνθων). syn. 2, 33 La p. 109, 2 (*inter laxantia*) cicer -us (*Aa* erebenti, *gr.* ἐρέβινθοι).

**2** *usu deflexo i. q. naso similis vel nasi vice fungens*: CASSIOD. in psalm. 102, 5 l. 77 *aquilae* supernum labium cornea inflexione -um. var. 10, 30, 4 est *elephanto* ... -a manus, per quam data suscipit.

*adv.* **nāsūtē.** *i. q. modo nasuto* (*fort. huc p. 119, 70; non nisi translate, cf. p. 119, 67*): SEN. benef. 5, 6, 6 *Socrates* vir facetus ..., derisor omnium ... maluit illi *regi cuidam* -e negare quam contumaciter aut superbe. PLIN. nat. 24, 176 philanthropon herbam Graeci appellant -e, quoniam vestibus adhaerescat.

**nāta,** -ae *v.* nascor. *Ottink.*

**natābilis,** -e. *a* natare. GLOSS. III 422, 51 καὶ νηκτῶν: et nata⟨bi⟩libus (*suppl. David; an* nata⟨ti⟩libus?). [*confunditur c.* natatilis *l. 19, quod dub. coni. l. 22; cf. p. 129, 28.*]

*i. quod natare potest*: *neutr. pro subst.*: BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 12 p. 106, 1 genus dicitur ... de quadrupede ... vel de ⌞-i⌟, id est de pisce (⌞ ⌟ -til- *var. l., ut* 2, 16 p. 115, 20). in top. Cic. 3 p. 332, 2 animalis ... intellectus ad plures differentias pertinet ..., ad ambulabile, reptile, volatile, -e. *pro adi.*: CORIPP. Iust. 4, 43 *cecidit securi* solidum numquamque -e robur (natatile *Ritterhusius*).

**natābulum,** -ī *n.* *a* natare. *i. q. locus natandi*: APVL. flor. 16, 2 ad Persianas aquas, gratissima ... et sanis -a et aegris medicabula.

**natābundus,** -a, -um. *a* natare. *de genere*: VIRG. gramm. epist. 5, 8, 3 nomen participii temporis futuri simile, ut '... gaudibundus, -us' (rata- *Polara, quem seq. Löfstedt; cf. 4, 1, 1* ratabunde). *metitur* -tā- DRAC.

*i. q. natans, natando intentus* (*transfertur ad volatum l. 31*): IVL. VAL. 2, 24 l. 466 *Alexander fluvio* delectatus ... ⟨sese⟩ praecipitat e ponte ac -us exit. DRAC. laud. dei 1, 259 -a volat ... ales (vagabunda *Eug. Tolet.*).

?**1. natal,** *acc.* -l, *generis inc.* *nomen verbasci*: PS. APVL. herb. 72 l. 11 *verbascum* a Graecis dicitur flomos: ... Aegyptii -l (nihat, neal *var. ll.; fort.* at(h)al *restituendum est sec. Diosc. gr. Vind. 4, 103* ἀθάλ).

**[2. nātal** *v. l. 47.*] **nātāle** (*n. pro subst.*), **nātāles** *v.* natalis.

?**nātālicia,** -ae *v. p. 121, 28.*

**nātāliciārius,** -a, -um. *a* natalicius. *i. q. natalicium, sc. diem ordinationis, celebrans* (*cf. p. 121, 70*): AVG. serm. 339, 7 coll. Morin p. 198, 34 ne me quasi hominem -um contemnas, de scriptura tibi loquor (*in serm. de proprio natali*). *N. H.*

⌘**nātālicius,** -a, -um. *a* natalis. *scribitur* -lici- *in inscr. p. 121, 38 sqq. 47 sq. et in maiore parte codd.,* -liti- *in cod. saec. VI*[2] PETR. CHRYS. serm. 130, 2 *et hic illic in recc.* *de notione* (*cf. l. 69 sqq.*): GLOSS. -us: γενεθλιακός. -um: γενέθλιον. -a: γενέθλια. -um (*vel* -us) munus: praemia natalis. *legitur inde a* CIC., VAL. MAX., PERS., *saepius in* SACR. [*e coni. dub.* GELL. 16, 7, 9 qui *mimus Laberii* inscribitur -us (*Fleckeisen,* natalis *Bothe, alii alia*; nata.l. *vel* natal *trad.*).]

*i. q. ad diem natalem pertinens, natalis*: **I** *adi.; pertinet ad diem*: **A** *ipsum, quo quis nascitur*: CIC. div. 2, 89 qui haec Chaldaeorum -a praedicta defendunt (*87* in praedictione et in notatione cuiusque vitae ex natali die). 2, 91 *cum ea* animadvertant et notent sidera -a Chaldaei quaecumque lunae iuncta videantur (*antea*: cum ... ortus nascentium luna moderetur). ZENO 1, 2, 21 mors -us dies *est phoenici avi* ([*20* phoenix ... resurrectionis ... nos edocet iura]. SEDVL. op. pasch. 5, 3 utinam ... d. -um non vidisset *Iuda* [*cf. carm. pasch. 5, 50* natalem ... d.]). AMM. 30, 4, 11 hi *iuris professi scientiam* velut fata -a praemonstrantes aut Sibyllae oraculorum interpretes. PETR. CHRYS. serm. 103, 5 ut ... exequias lugubres *filii viduae a morte excitati* in festivitatem -am commutaret *Christus.* *de nativitate Christi*: PETR. CHRYS. serm. 143, 1 debetur ... vobis -us sermo (*cf. 11* hoc est ergo negotium nativitatis, quod nasci compulit Christum).

**B** *quotannis redeuntem, celebrandum, quo quis natus vel quid ortum est* (*dies post mortem colitur l. 74*): **1** *c. respectu animantium*:
**a** *proprie*: VAL. MAX. 9, 2 ext. 5 (*item* PARIS) *Ptolomaeus Physcon filii sui* caput ... pro munere -o matri misit (VLP. dig. 50, 16, 194 m. esse donum cum causa, ut puta -um, nuptalicium [*si recte coniunximus; an pro subst., ut spectet ad IIB? cf. p. 121, 7*]). PERS. 1, 16 haec populo pexusque togaque recenti et -a tandem cum sardonyche (*cf. Mart. 10, 87, 14*) albus sede leges celsa (SCHOL. *ad l.* 2 -a vel quam illi propinqui aut parentes natali die ferunt vel quia, quidquid praeclarum habemus, natalibus utimur. *ibid.* 9 ambiguitas in -a, utrum eam natali suo munere acceperit, an tantum eo die gerere solebat, quia quidam habent anulos, quos die tantum natali gerunt). MART. 7, 86, 1 ad -as dapes vocabar. 8, 38, 12 ad -um diem colendum *mortui amici* (ARNOB. nat. 7, 34 d. nobis -i sunt et potentias caelites d. autumant habere natales. VVLG. gen. 40, 20 exinde d. ter-

[Rocchi]

tius -us pharaonis erat [*Vet. Lat. cod. 103* d. natalis]. Cod. Theod. 2, 8, 20 festis solis d. circensium sunt inhibenda certamina ..., praeter clementiae nostrae -os d.). 8, 64, 4 in anno ... solas ... tresve quattuorve non -as habes Kalendas (*1* ut poscas ... munus exigasque). Ivv. 11, 84 moris erat ... -um cognatis ponere lardum (*83* festis ... diebus; *88* ad has epulas). Cens. 1, 5 quodcumque hoc libri est meis opibus conparatum, -i titulo tibi misi (*antea*: dona pretiosa; *1* munera. *an pro subst., ut spectet ad IIB? cf. p. 120, 65*). Hist. Avg. Hadr. 8, 2 ludos circenses praeter -os decretos sibi sprevit.

*de nativitate Iohannis baptistae*: Greg. M. epist. 5, 11 l. 17 die -o beati Iohannis baptistae. **b** *translate respicitur dies, quo quis ad vitam alteram, novam sim. (re)natus est (apud Christ., sed v. etiam l. 38)*: Pavl. Nol. epist. 28, 6 *habes libellum* unum versibus -um de mea solemni ... cantilena (*postea*: lingua ... quotannis pensito ... tributum, in die festo consecrationis eius *Felicis eqs.*). Sacr. Leon. 360 quae *munera* beatorum apostolorum Petri et Pauli -is nobis intercessionibus confidimus profutura. 364 (= Gelas. 922) beati Petri et Pauli -um nobis lumen effulsit. 833 (= Gelas. 1028) martyrum Corneli et Cypriani -a nos tibi ... commendet oratio. 838 quas *hostias* pro sanctae martyris Eufymiae -a passione ... devovit *ecclesia.* 1279 -a sancti Iohannis apostoli ... munera capiamus (Gelas. 1069). Gelas. 880 sanctorum Cyrini Naboris et Nazari ... -a nobis vota resplendeant. Greg. M. dial. 1, 9, 8 beati Proculi martyris -us propinquabat dies (4, 58, 2 epist. 1, 70 l. 3 in euang. 37, 9 l. 208. *al. apud eundem*).

**2** *c. respectu rerum pertinet ad diem, quo civitates sim. conditae, dedicatae, institutae sunt*: Cod. Theod. 2, 8, 19, 2 (= Iust. 3, 12, 6, 3) *diebus otio mancipatis* adicimus -os dies urbium maximarum Romae atque Constantinopolis.

**II** *subst.*: ?**A** *fem.* **nātālicia,** -ae *de cena die natali praebenda* (*cf. p. 120, 73*): Cic. Phil. 2, 15 *Antonius* dat ⌊-am⌋ in hortis; cui? ... putate tum Phormioni alicui, tum Gnathoni *eqs.* (⌊ ⌋ *cod. V, edd. rec.*, -a *cett.; fort. per ellipsin pro* cenam -am *coll. Att. 4, 5, 4* viaticam).

**B** *neutr.* ※**nātālicium,** -ī (*plur. longe praevalet e. g. in* Sacr.; *hucine l. 6. p. 120, 66?*): **1** *c. respectu animantium de die quotannis redeunte (sed v. l. 70), quo quis natus est*: **a** *translate respicitur dies, quo quis ad vitam alteram, novam (re)natus est*: **α** *apud paganos, sc. per taurobolium (nisi ad p. 122, 16 coll. e. g. Rutter, Phoenix 22, 1968, 233; cf. infra p. 125, 44sqq.)*: CIL II 5260 (*saec. II ex.*) Val(eria) Avita aram tauriboli sui -ci redditi d(onum) d(edit) (*nisi adi.*). XIII 11352 (*a. 199*) ara(m) ⌊t(auroboliatam)⌋ ob -um ⟨e⟩x iussu ref(iciendum) (-endam *alii*) c(uravit) *quaedam* (⌊ ⌋ *nisi* t(aurobolii) *vel* t(aurobolicam) *coll. IX 1538* [*a. 228*]). 573 -ci virib(us) Valer(ia) Iullina et Iul(ia) Sancta.

**β** *apud Christ., sc.*: ① *per mortem, passionem sim. (martyrum vel sanctorum praeter l. 44. 68; exempla notabiliora)*: Tert. coron. 3, 3 oblationes pro defunctis, pro -is, annua die facimus. Ps. Ambr. act. Seb. 20, 75 *Tranquillinus* descendens apostolorum -i octavo die (*cf. l. 65. p. 122, 17*). Avg. in psalm. 88, serm. 1, 27 quorum *martyrum* -a celebramus (serm. 4, 37. *al.* Qvodv. temp. barb. 1, 5, 2 Sacr. Leon. 85. Inscr. Année Épigr. 2001 n. 2071 [*Sufetulae; saec. V ex.*]. *et passim, cf. l. 72. p. 122, 7*). Ps. Avg. serm. dub. 381 -o ... Petri passus est Paulus, non quo ex utero matris in numerum fusus est hominum, sed quo ex vinculo carnis in lucem natus est angelorum. Lib. pontif. p. 125, 4 ut omne die dominicum vel -a martyrum gloria in excelsis hymnus diceretur. Sacr. Leon. 167 (= Gelas. 1097) -is sanctorum ... vegetati. 378 apostolorum -a nos ... venerari (1193 [= Gelas. 1067, *sim.* 907] beati Clementis ... -a veneranda ... ecclesia ... suscipiat. 1276). 397 sincero nos corde fac eorum -is interesse (733 [= Gelas. 1109]. Gelas. 1118). 694 *Stephani* martyris -a recolentes (839. *cf.* -a colere: Gelas. 927 Greg. 21, 1. 28, 1. *al.*). 723 sancti Xysti ... -a praelibantes ([*postea*: quibus -*is* in confessionem tui nominis ... eius sanguis effusus est]. *sim. respicitur praeparatio celebrationis*: 771 -a votiva praecurrens ... oblatio. 773 -a praeeuntes. 1231 *ieiunio* puriores tantis -is praeparemur. Gelas. 969 quae *devotio* -a ... antecedit. *al.; cf. l. 66. p. 122, 11. 18*). Gelas. tit. 2, 1 p. 129 Mohlb. denunciacio -i unius martyris (*804* martyris ... anniversarius dies intrat). 1070 ut eius *Felicitatis* sacrata -a ... temporaliter frequentemus. Greg. M. epist. 11, 56 l. 18 die dedicationis vel -i sanctorum martyrum (*cf. l. 45*). Bened. reg. 14 tit. in ⌊-is⌋ sanctorum qualiter agantur vigiliae (⌊ ⌋ -a, natale, natali *var. ll.*). *al.* *ironice de -is Donatistarum*: Avg. c. Parm. 3, 6, 29 p. 138, 21 ut eis *Donatistis* poenarum suarum -a celebrentur magno conventu hominum furiosorum (*antea*: temporalia supplicia schismatis sui conferre audent passionibus martyrum). (II) *per ordinationem episcopalem (de ipso die ordinationis l. 75)*: Avg. epist. 108, 5 cum frequentissima numerositate ... Optati -a celebrarent *coepiscopi* (*sim.* c. Petil. 2, 23, 53 p. 51, 28 cuius *Optati* -a tanta celebratione frequentabatis. Greg. Tvr. Franc. 5, 20 p. 227, 12 celebrante ... episcopo sollemnitatem -i sui. *cf.* -a concelebrare: Petr. Chrys. serm. 130, 2 dum unius germinis sui hodie -a festa concelebrat *ecclesia* [*tit.* de natale episcopi]). Sacr. Gelas. tit. 1, 101 p. 123 Mohlb. in -o episcopi (*781* quo *die* eum pontificali benedictione ditasti). Ven. Fort. carm. 5, 4 tit. item versus in -o Gregori episcopi ... in mensa dictum.

**b** *proprie respicitur dies natalis*: **α** *Christi vel Iohannis baptistae*: Collect. Arian. serm. 9, 5 in tanto -o beatissimi Iohannis ... exultemus. Avg. serm. 193, 1 eius *domini* -a cum eius ovibus celebramus (193, 2 cuius *veritatis* -a c. [*in interpr. allegorica; cf. psalm. 84, 12 et Ioh. 8, 32*]. Serm. Corp. Vind. 21 p. 225, 5. Vita Melaniae 63, 3 [*gr.* τὰ γενέθλια]. *cf. p. 121, 46*). Sacr. Leon. 234 quo[d] *ieiunio* beati Iohannis baptistae -a praevenimus (1253 [= Gelas. 1] sicut adoranda filii tui -a p. *cf. p. 121, 59*). Petr. Chrys. serm. 87, 2 *quia* nobis domini nostri -a festa revocat *quadriga temporum.* Sacr. Gelas. 16 *populum tuum aeternum* perficiant tam devotionibus acta sollempnibus quam -is agenda divinis Iesu Christi. Greg. 125, 4 qui *deus* beati Iohannis baptistae concedis -a perfrui. **β** *quorumlibet hominum* (*cf. p. 121, 36*): Serm. Corp. Vind. 21 p. 224, 16 *nonne domum ornavit homo quidam,* nisi ut ⌊dies -i⌋ sui cum gaudio celebretur? ([⌊ ⌋ *cf. p. 121, 45*]. *postea*: si ergo tanta praeparas in -o tuo vel filii tui). p. 224, 22 si te rex terrenus ... ad suum -um invitaret. Exc. barb. chron. I p. 281, 117 eodem tempore -um factum est Herodis.

**2** *c. respectu rerum de ipsa nativitate, ortu, origine*: Zeno 1, 33, 1 proferens sibi de fine principium, -a infinita de occasu dies sempiternus eluxit. Victor Cap. frg. Spicil. Solesm. I p. 298 *cum sol vere procedit, mundum* in -um suum coepisse significat (*antea*: a quo ... tempore ... arbitrari debemus nativitatem mundi procedere potuisse, nisi a veris principio?).

*deriv.*: nataliciarius. *Rocchi.*

※**nātālis,** -e *adi.* (*subst. masc. sub IIA, neutr. sub IIB*). *a* 2. natus (-ūs). *scribitur c. apice* natá- Epist. *l. 38.* *notatur* n̄ Lex colleg. Aesc. et Hyg. (CIL vi 10234) 9. 11, nat Lex colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL xiv 2112) 2, 12. Inscr. Ital. X 2, 127. *al.*, nata *p. 123, 49,* natal *e. g.* Fast. ann. Iul. Verul. Ian. 14 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 159; *a. 14/37*). Cavtio Phaonis (CIL x 444) 14. Inscr. numm. imp. VI p. 213 n. 744 sqq. Not. Tir. 48, 26 -is. *de formis: sing.: nom.* -es Inscr. christ. urb. Rom. 93; *abl.* (*cf.* Char. gramm. p. 175, 1 sq. [*e Romano*] ab hoc Natale per e, si homo sit, -i, si dies -is sit): -i *apud scriptores sollemniter, sc. adi. e. g. iam* Plavt. Epid. 639 (*cod. A*). *al., subst. e. g.* Hor. carm. 4, 11, 18 (*ante mutam c. liquida*), *in tit. e. g.* Act. Arv. a. 38 (CIL vi 2028) e 7 (*subst.*). Epist. Secundi (CIL xii 4393) 2, 8 (*adi.*); -e *subst. apud* Lvcan. 7, 391 (*metro cogente; cf.* Prisc. gramm. II 332, 10 pro '-i'). Vet. Lat. Matth. 14, 6 (cod. 5). *al., in tit. e. g.* Act. Arv. a. 45 (CIL vi 2035) 4. a. 57 (*ibid.* 2039) 6, *adi. in tit.* CIL IX 1618, 9. *al.* *plur.: acc.* -īs *apud poetas, e. g.* Hor. sat. 2, 2, 60, -eis Fronto p. 84, 9; *abl.* -ebus CIL XII 1553, 5. *de notione v. l. 69. p. 124, 51 sqq. 127, 23. 47 sq. et* Gloss. -is: γενέθλιος (*cf. p. 126, 51 sq.*). *al.* *legitur adi. inde a* Plavto, Ter., Varrone, Cic., *subst. inde a* Cic., Hor.; *saepe in titulis et apud Christ., deest e. g.* Catvllo, Sall., Liv.; *abiit in serm. gr.* Gloss. iurispr. ἄκτωϱ N 4 -ia: νατάλια. [*anglonorm.* naal *'suam priscam condicionem servans'. a neutr. plur.* -ia: *vicet.* nagia *'ortus hominum', it. sept. vet., histr.* naie *'plebecula', loth. mer., comit.* nay (*fem. plur.*) *et sim. 'bellaria baptismatis, dona a sponsore baptismatis data sim.'. a subst.* -is: *it., sard.* natale, *raet. or.* nadal, *francog. vet.* naau, nael, neel, *prov., cat., astur.* nadal, *port. vet.* natal, nadal *'dies festus Christi nati'; langob.* (*Alpin.*) nadà, de nadà, *sard. sept.* naddali, *centr.* nadali *'mensis December', eodem usu it. mer. varie; port.* natal *a viris doctis restitutum est* (*cf.* nativitas); *francog.* noël *per dissimilationem ortum esse putant Haberl et Wartburg* (*cf.* nato). *cf. M.-L. 5844 sq. Battisti-Alessio IV 2551. Cortelazzo-Zolli[2] 1026 sq. Wagner II 159. Wartburg VII 36 sqq. Coromines V 903. Corominas-Pascual IV 201 sqq. Machado[3] IV 196. Schd.*] [*confunditur in tit. cum* natus *p. 83, 28, in codd. e. g. cum* naturalis Colvm. 3, 7, 2. *al.* (*falsa var. l.* Ennod. epist. 5, 9, 2 p. 133, 5; *restit.* Sen. nat. 7, 4, 1 Ps. Cens. frg. 2, 5); *locis dub.* Cic. Att. 9, 5, 1 Svlpicia Tib. 3, 15, 3; *ceterum cf. p. 120, 47.*]

*i. q. ad natum pertinens (gr. resp. γενέθλιος, nisi aliud adnotavimus)*: **I** *adi.*: **A** *significatur quaelibet relatio, quae est ad natum*: **1** *respicitur tempus* (*cf.* Evgraph. Ter. Phorm. 48 semper -es cum suo tempore pronuntiantur, ⟨ut⟩ -is annus, -is dies, -is hora; alioquin per se vix dici potest, quod quidem Virgilius *eqs.* [*v. p. 124, 59*]. *sim.* Schol. Ter. Bemb. Phorm. 48 -is non pure ponendum est; nam ... (h)ora -is dicitur *eqs.*): **a** *iunctura* dies -is (*cf.* Porph. Hor. carm. 3, 4, 63 d. -em dicimus, quo quis natus est): **α** *pertinet ad diem quotannis sim. redeuntem, celebrandum*: ① *quo animans natus est* (*cf.* Fest. p. 242 privatae feriae ..., velut d. -es *eqs.*): Ⓐ *proprie* (*meton. p. 123, 19*): ① *usu communi* (*cf. p. 124, 63*): Plavt. Capt. 174 mi est -is d. (Pseud. 165. 179. *ceterum*: 775 lenoni. Ter. Phorm. 48 puero. *al.*). Curc. 656 quem *anulum* ego tibi misi -i d. ([*ad rem v. p. 120, 68 sqq.*]. *sim. respiciuntur dona die -i data*: Epid. 639 Rud. 1171. Cens. 2, 2 cum d. -i munus

[De Seta]

annuale Genio solverent. *cf. l. 3. p. 125, 5*). Persa 769 hunc d. suavem meum -em agitemus amoenum (Cic. Att. 11, 9, 3 Fronto p. 87, 1. Cod. Theod. 6, 4, 10 pr. [*a. 356*]. *al.*). Pseud. 234 mittam hodie huic suo d. -i malam rem ([natalio *P*]. Cic. fin. 2, 101 Att. 4, 1, 4 Nep. Timol. 5, 1. *al.*). 1237 certumst mihi hunc emortualem facere ex -i d. Cic. Phil. 2, 14 quorum nobis ... d. -es audiendi sunt ([*15* nataliciam]. *item accedit gen.*: fin. 2, 102 *sapientis non esse dico* putare ullum esse cuiusdam d. -em; quid? idemne potest esse d. saepius, qui semel fuit? ... nullus est igitur cuiusquam d. -is; 'at habetur!' [*simul spectat ad l. 53*]. 2, 103 Epicuri. *al., e. g. l. 12 sqq.; nota e. g.* Avr. Fronto p. 43, 2 -i d. cuiusque pro eo, cuius is d. -is est, amicos vota suscipere). fam. 11, 14, 3 d. tuo -i victoria nuntiata (Pivs Fronto p. 86, 10 d. mihi sollemni -i t. *al.*). Nep. Timol. 5, 1 ut eius d. -em festum haberet universa Sicilia (*cf.* Tac. ann. 14, 12, 1 *ut* d. -is Agrippinae ⌊inter nefastos⌋ esset [⌊ ⌋ *item* Svet. Tib. 53, 2]). Ov. ars 1, 405 sive d. suberit -is sive kalendae *eqs.* Plin. nat. 7, 172 *poeta quidam* uno d. tantum -i corripiebatur febre et eo consumptus est (*sc. dies -is incidit in diem mortis ut* 7, 185. *cf. p. 124, 66*). 8, 186 quos *d. Aegyptii* habent -es Apis; septem ii sunt. Ivv. 12, 1 -i, Corvine, d. mihi dulcior haec lux *eqs.* Svet. Claud. 11, 2 patri circenses annuos -i d. *al.* ② *meton. pro annis actis* (*cf. p. 125, 25*): CE 55, 18 (*Romae; saec. I[1] a. Chr.*) bis hic septeni mecum -es d. tenebris tenentur Ditis aeterna domu.

Ⓑ *transfertur ad diem, quo quis ad vitam alteram, novam sim. ⟨re⟩natus est* (*praedic. l. 25. 36*): ① *respicitur vita civilis quodammodo redintegrata*: Cic. p. red. in sen. 27 illo d., quem P. Lentulus mihi fratrique meo liberisque nostris -em constituit, non modo ad nostram, verum etiam ad sempiterni memoriam temporis. Att. 3, 20, 1 d. ... -em ⌊reditus⌋ mei cura, ut ... agam tecum et cum meis (⌊ ⌋ *fort. gen. explic.; v. l. 44*). ② *respicitur vita aeterna a morte incipiens* (*apud Christianos; hucine p. 127, 17?*): Prvd. perist. 11, 196 cum se renovat ... annus -emque d. *Hippolyti martyris* passio festa refert. Pavl. Nol. carm. 21, 170 merito sanctis iste -is d. notatur, in quo ... in superna regna nascuntur deo. Sacr. Leon. 317 (= 342) apostolorum *Petri et Pauli* -em d. 709 -em d. sancti martyris et sacerdotis tui Xysti. 740 -em d. sancti Laurenti. Evseb. Gallic. hom. 56, 1 merito ... martyrum passiones -es vocamus d., quando eos martyrii vita ... genuit aeternitati *eqs.* Ps. Max. Tavr. 8, 1 *Eusebii* depositionis ipsa d. -is dicitur, quod ... libertate nascimur salvatoris. *al.*

(II) *quo res, sc. civitas, imperium, templum, legio sim., orta, condita, dedicata, instituta est* (*inde* d. -is salutis *eqs. l. 51; cf. p. 126, 7 sq.; praedic. l. 40*): Cic. Flacc. 102 quem ego d., *sc. nonas Dec., quo die Catilinarii supplicio puniti sunt,* vere -em huius urbis *Romae* ... appellare possum (*aliter, sc. de die a. d.* XI *kal. Mai. celebrando*: div. 2, 98 u. ... nostrae -em d. repetebat *quidam* ab ... Parilibus. 2, 99. *cf.* Paneg. 10, 1, 5 sit licet hic illi urbi -is d.). Sest. 131 cum ipsis nonis Sextilibus idem d. adventus mei fuisset ⌊reditusque -is⌋, idem ... filiae, ... idem ... coloniae Brundisinae, idem Salutis (⌊ ⌋ *v. app. crit. nec non l. 26; cf.* Schol. Cic. Bob. p. 139, 13 quasi conflata omnium gratulatione communis quaedam votorum societas fuerit). Varro frg. Non. p. 144, 2 veneris meridie d. -i Fortis Fortunae, *i. templi deae sacrati* (meridiem die -is *var. l.*). Inscr. Année Épigr. 1967 n. 229 (*ex Hispania; aet. Ant. Pii*) ob d. nata⟨lem⟩ Aquilae (*sc. legionis signis instructae; cf. p. 125, 72*). Fronto p. 164, 21 optatissimo initi imperii d., quem ego d. -em salutis, dignitatis, securitatis meae exstimo (*postea*: uti anno insequenti bis te complecterer ista die). *al.*

β *pertinet ad diem ipsum, quo quis nascitur* (*huc addas* Cic. *l. 7 sqq.; cf. p. 126, 40*): Varro frg. Gell. 3, 2, 6 qui kalendis hora sexta apud Vmbros natus est, d. eius -is videri debebit et kalendarum dimidiarum *eqs.* (*fusius de re* Gell. *ibid., ceterum e. g.* Caes. Gall. 6, 18, 2 d. -es ... sic observant, ut noctem dies subsequatur. Cels. dig. 50, 16, 98 [*respic. dies -is in bisextum cadens*]. Cens. 23, 5. *sim. al.*). Lvcr. 3, 711 neque -i privata videtur esse d. natura animae nec funeris expers. Cic. div. 2, 87 Chaldaeis ... in notatione cuiusque vitae ex -i d. minime esse credendum *Eudoxus scripsit.* Cels. 7, 8, 1 a primo ⌊-i⌋ d. protinus vel postea facta exulceratione ([⌊ ⌋ *om. pars codd., del. Marx ut* 7, 12, 4]. Svet. Aug. 100, 3 ut omne tempus a p. d. -i [-is *var. l.*] ad exitum eius saeculum Augustum appellaretur. *cf. p. 126, 32 sqq.*). Plin. nat. 2, 139 *fulmina* aut primo patrimonio facta aut -i d. *portendunt ultra decem annos.* 7, 2 hominem tantum nudum et in nuda humo -i d. abicit *natura.* Svet. Aug. 94, 1 quae ei prius quam nasceretur et ipso -i d. ... evenerint. Cens. 4, 1 aetas a d. -i initium sumit. *al.* *de nativitate Christi*: Prvd. cath. 11, 49 hic ille -is d., quo te *Christum* creator ... spiravit.

**b** *iuncturae ceterae* (*cf. etiam p. 122, 65; respicitur tempus sive quotannis rediens, ut e. g.* Ov., *sive semel incidens, ut e. g.* Hor.): α *c. respectu animantium*: Hor. carm. 2, 17, 19 seu Libra seu me Scorpios aspicit ..., pars violentior ⌊-is⌋ horae ([loetalis *var. l.*]. Ps. Qvint. decl. 9, 20. Prvd. apoth. 873 [vitalis *var. l.*]. psych. 216). Mart. 9, 52, 2 -is ... tuas Aprilis ut nostras amo Martias kalendas (10, 24, 1. *aliter p. 124, 6*). Tert. resurr. 13, 2 -i fine decedens atque succedens (*phoenix ut*: Alc. Avit. carm. 1, 240 -i cum f. perit). Prvd. c. Symm. 2, 483 propositam -i tempore sortem. *al.* β *c. respectu rerum pertinet ad*: *originem urbis*: Cinna carm. frg. 1, 3 inde a Belidis -ique urbis ab anno (Oros. hist. 7, 20, 2 ludis ... hic -is a. ... celebratus est [*antea*: millesimus a conditione Romae annus]). *ipsas kalendas*: Ov. fast. 6, 797 tempus Iuleis cras est -e kalendis (*cf. p. 123, 75*).

**2** *respicitur locus* (*professio l. 23*): **a** *unde animans nascitur vel natus est* (*animal l. 15. 20; exempla selecta inde a* Stat.): Hor. carm. 1, 21, 10 (*an pro subst.?*) tollite laudibus -em ... Delon Apollinis (*cf. de eiusdem origine*: 3, 4, 63 -em ... silvam). Ov. am. 2, 16, 38 *sine te* non ego -em ... locum *videor celebrare* (met. 8, 184). met. 7, 52 (*loq. Medea*) -e solum ... relinquam? (Pont. 1, 3, 35 Sen. Med. 334. *al.* Stat. Theb. 8, 320 silv. 3, 5, 82. Plin. epist. 4, 13, 9 -e s. amare ... consuescant. Svet. Cal. 8, 5 dilexerit. *al.*). 13, 609 quibus *avibus* est eadem -is origo, *sc. ex rogi favilla* (Stat. silv. 5, 3, 124 *patris* -is o. pendet ab ambiguo geminae certamine terrae. *aliter l. 40*). fast. 4, 93 iura ... dat ... -bus undis *Venus.* 4, 685 Paelignos, -ia rura petebam. Pont. 2, 9, 78 humum. Val. Fl. 3, 321 domos. Stat. Theb. 4, 674 -es ... rogi *Liberi.* 9, 322 vadum. Prvd. ham. 605 lambunt -e cadaver ... catuli *viperarum.* Clavd. 7, 176 te tuus oceanus -i gurgite lassum excipit. Merob. carm. 4, 38 -em ... regiam Quirini. Conc.[S] I 5 p. 357, 2 extra -em civitatem et patrias conversationes (*gr. I 1, 7 p. 124, 19* πόλεως τῆς ἐνεγκούσης). *al.* *respicitur professio, qua quis e nativitate obstrictus est*: Cod. Iust. 4, 21, 6 (*a. 286*) statum tuum -i professione perdita mutilatum non esse certi iuris est. **b** *unde res oritur vel orta est*: *naturalis*: Sol. 2, 41 ⌊-bus⌋ derogati saxis lapides fiunt *frutices* (*v. app. crit.*). *incorporalis*: Prvd. ham. 203 hinc -e caput vitiorum, principe ab illo fluxit origo mali. Ennod. epist. 6, 15, 2 p. 157, 18 -em scientiae sedem Romam.

**3** *vario respectu*: Aetna 228 scire quot et quae sint ... ⌊-ia⌋ mundo principia (⟨fa⟩talia *var. ll.; cf. vol. VI 1, 332, 71*). Hor. epist. 2, 2, 187 Genius, -e comes qui temperat astrum (Opt. Porf. carm. 24, 13 [*nisi auctoris inc.*]. *cf.* Ps. Prosp. carm. de prov. 626 si tibi mutentur -ia sidera). Tib. 3, 12, 1 -is Iuno, ... cape turis acervos. Ov. ars 1, 429 quasi -i cum poscit munera libo. Ib. 217 lux ... -is ... atra fuit. Sol. 1, 62 si -is (na⟨tu⟩ralis *var. ll.*) materia haeserit, decimus a conceptu dies dolere gravidas admonebit (*antea*: umor paternus). Clavd. carm. min. 27, 51 (*Phoebus ad phoenicem*) *o* falsis ... sepulchris -es (-is *var. l.*) habiture vices.

**B** *significatur qualitas nascenti inhaerens, innata*: Ov. met. 12, 471 nec te -is origo commonuit? (*sc. quod femina nata es; aliter l. 15*). Gratt. 135 *virga* suos usus ... -bus hausit arbitriis. 365 ipse *canis* habet auxilium validae -e salivae. Colvm. 3, 7, 2 -i (naturali *var. l.*) et ingenita sterilitate laborantibus *vitibus quibusdam.* Val. Fl. 6, 62 candidus olim crinis ..., -e decus. Prvd. ham. 455 illic, *sc. Babylone,* -i desuescunt vivere ritu *animae de semine Iacob.* Vigil. Trid. ad Ioh. 9 l. 245 *Martyrius* nomen meritis cumulavit; statuit -e vocabulum ut origine sic passione venturum. Vita Maxent. (BHL 5804) 1 nobilibus ... parentibus ortus, meritis tamen et fide infantiae exuberans -e, ad ... praemium pervenit vitale (*si recte huc*). *al.*

**II** *subst.*: **A** *masc.* ⁜**nātālis,** -is: **1** *de die sim.* (*fere elliptice pro* dies -is, *sed cf.* Serv. ecl. 3, 76 sane '-is' apud maiores plenum fuit, licet posteritas '-is dies' coeperit *eqs.* [*affert p. 123, 18. 125, 25*]. *de notione cf.* Diff. ed. Beck p. 71, 1 -is unius diei est, annalis totius anni acta habent. *iungitur gen.* -is *cum* dies *l. 69. 75. p. 125, 10. 12. 126, 45. al.,* hora *p. 126, 42*): **a** *pertinet ad diem quotannis sim. redeuntem, celebrandum* (*ad annum p. 125, 67; hucine pertinet p. 126, 44 sq.?*): α *quo animans natus est*: ① *proprie* (*meton. p. 125, 25*): Ⓐ *usu communi*: ① *generatim*: Cic. Att. 7, 5, 3 ad urbem III non., -i meo (Verg. ecl. 3, 76 m. est -is, Iolla [*cf. l. 51 et* Don. Ter. Phorm. 48, 2 nec addidit 'dies'. Serv. Aen. 9, 638 his, *sc. loco vel tempore,* omissis dixit. *sim. al., cf. p. 122, 66*]. Epist. imp. Aug. Gell. 15, 7, 3 quartum et sexagesimum -em m. *al., e. g. p. 125, 5*). Hor. sat. 2, 2, 60 licebit ille *Cynicus* repotia, -is aliosve dierum festos albatus celebret. carm. 4, 11, 18 (*an pro adi.?*) *dies* sanctior ... paene -i proprio. Svlpicia Tib. 3, 14, 1 invisus -is adest. 3, 15, 2 -i Romae iam licet esse ⌊suo⌋ ([*v. app. crit.*]. Ov. fast. 3, 838 *Minervae Captae.* Val. Max. 1, 5, 7. 1, 8 ext. 16 *poeta quidam* -i s. ... consumptus est [*sim.* Sen. epist. 58, 31 quod -i s. decessit *Plato.* CIL XIV 5048 haec -i s. elata est. *cf. p. 123, 16*]. *al., e. g. p. 125, 7; nota e. g.* Rvfin. Orig. in lev. 8, 3 p. 397, 3 sancti ... non agunt festivitatem in die -is s.). Prop. 3, 10, 3 *Camenae* -is nostrae signum misere puellae (*item accedit gen.*: Ov. ars 1, 417 amicae. met. 9, 285 Herculis. trist. 4, 10, 11 amborum. 5, 5, 1 annuus ... dominae -is. *et passim, e. g. p. 125, 8 et* Avg. serm. 289, 5 -em Ioannis *baptistae* [*cf. p. 128, 29 sqq.*]; *nota* genuinus -is: Pol. Silv. fast. Iul. 2 [Inscr. Ital. XIII 2 p. 270] -is g. ... Valentiniani [*opp. p. 126, 16*]. *gen.* -is *pendet e* g. dies: Cod. Theod. 6, 26, 11 [*a. 397*] g. -is nostri dies. 6, 26, 17, 1

*[De Seta]*

[*a. 416*] g. die -is meae clementiae). 3, 10, 32 -is ... tui sic, *sc. thalamo,* peragamus iter (4, 5, 36 -em Mais idibus esse t. OV. am. 1, 8, 94 -em libo testificare t. MART. 10, 27, 1. *al., e. g. l. 6*). OV. am. 3, 1, 57 (*loq. Elegia*) cum me munus -i mittis (*cf.* Ib. 65 haec tibi -i facito ... quilibet ... legat. *sim. respiciuntur munera e. g.* PETRON. 30, 11 quae *vestimenta* mihi -i meo cliens ... donaverat. MART. 9, 53, 1 -i tibi ... tuo dare parva volebam munera. PLIN. epist. 4, 9, 7 se munuscula ... -i suo ... accepisse. CIL IX 2226, 4 *ut* quotannis colonis mulsum et crustum -e Caesaris Augusti daretur. *al.; cf. p. 122, 75*). *al.* ② *speciatim de nativitate Christi* (*aliter p. 126, 48*): GAVDENT. serm. 13 tit. die -is domini (FILASTR. 140, 1 -em ... celebrare d. VIII kal. Ian. AVG. epist. 55, 2 oportet noveris diem -is [-em *var. l.*] d. ... in memoriam revocari, quod natus sit. SACR. Gelas. tit. 1, 4 p. 9 Mohlb. in -e d. in die. POL. SILV. fast. Dec. 25 [Inscr. Ital. XIII 2 p. 275] -is d. corporalis. MAX. TAVR. 61 tit. de ⸤-e⸥ d. veniente [nativitate *var. l.*]. ITIN. Anton. Plac. rec. A 30, 3. *al.*). MAX. TAVR. 98, 1 dominici -is ... sacramentum ([*opp.* ebrietatem ... saturnalium, ... lasciviam kalendarum]. 98, 2. FAVST. REI. epist. 7 p. 203, 12 in -i d. ALC. AVIT. epist. 80. *al.*). *al.* *inde compendiose de die festo Christi nati*: FILASTR. 149, 3 per annum quattuor ieiunia in ecclesia celebrantur, in -e (-i *var. l.*) primum, deinde in pascha, tertio in ascensione, quarto in pentecosten. COD. Theod. 2, 8, 24 (*a. 400/5*) -is ... die et epifa⟨n⟩iae spectacula non edantur. 15, 5, 5 (*a. 425*) dominico, qui septimanae ... primus est dies, et -i adque epifaniorum Christi, paschae ... et quinquagesimae diebus *eqs.* *al.*

Ⓑ *meton. pro annis actis* (*cf. p. 123, 19*): HOR. epist. 2, 2, 210 -is grate numeras? ([PORPH. ex -bus multis *timidi mortem proximam perhorrescunt*]. *cf.* OV. ars 1, 183 deorum, *i. Caesarum*). OV. epist. 15, 61 sex mihi -es ierant. met. 2, 497 ter quinque fere ⸤-bus actis⸥ (⸤ ⸥ *item* 8, 242. 13, 753; *sim.* CE 1310, 3 ter denos egi -es. *cf.* MANIL. 3, 617 bis sex ... peracti immatura trahent -es corpora morti [*v. app. crit.*]). 14, 138 (*loq. Sibylla*) quot haberet corpora pulvis, tot mihi -es contingere ... rogavi. PETRON. 136, 1 coaequale -ium suorum sinciput. CALP. ecl. 4, 18 quem *Amyntam* vicina meis -bus admovet aetas. MART. 8, 64, 14 tam multos quis ... fuisse credat -is Priamive Nestorisve?

(II) *transfertur ad diem, quo quis ad vitam alteram, novam sim. (re)natus est* (*accedente gen. rei, ut e. g. l. 47sq. 55. 58. 61, exempla ad p. 126, 26 vergere possunt*): Ⓐ *respicitur vita civilis vel corporalis quodammodo redintegrata* (*de ipsa vita l. 39*): STAT. silv. 1, 4, 125 (*ad amicum e morbo convalescentem*) nemo modum transmissi computet aevi: hic vitae -is erit (*cf. 4, 2, 13* sterilis transmisimus annos: haec aevi mihi prima dies. *5, 5, 73* alios ortus). HIST. AVG. Hadr. 4, 6 -em ⸤adoptionis⸥ celebrari iussit (*fort. gen. explic.*). Ⓑ *respicitur vita aeterna* (*apud Christianos praeter l. 44; cf. p. 143, 44sqq.; hucine p. 127, 23?*): INSCR. Année Épigr. 1956 n. 255a (*e Lusitania; saec. II med.*) duo Irinaei pater et fil(ius) criobolati -i suo sacer(dotibus) L. Antist(io) Avito *eqs.* (*si recte huc traximus coll. CIL VI 510* [*a. 376*] taurobolio criobolioque in aeternum renatus. *cf. etiam p. 121, 36*). PASS. Polycarp. 18 ad diem -emque martyrii (*item respicitur martyrium*: GAVDENT. serm. 20, 4 quorum *Petri et Pauli* passionis -em. AVG. serm. 310, 1 *Cyprianus* quando natus sit, ignoramus; et quia hodie passus est, -em eius hodie celebramus. 314, 1 -em servi *Stephani* celebramus, quo coronatus est *eqs.* PS. AVG. serm. ed. Mai 67, 1 martyres, qui eodem die -es habent, quo ... patiuntur, non moriuntur in martyrio, sed nascuntur in regno *eqs.* PS. PETR. CHRYS. serm. 129, 1 -em ... sanctorum nolite putare illum dici, quo nascimur de carne ...; tales -es digne martyrum celebrantur. *al.*). CHROMAT. serm. 21, 4 -em dormitionis eius *Iohannis euangelistae.* SACR. Gelas. tit. 3, 95 p. 240 Mohlb. in -e sanctorum sive ... mortuorum. *al.* Ⓒ *respicitur vita sacerdotalis*: AMBR. in Luc. 8, 73 mei -is est sacerdotii. SACR. Leon. tit. 29 p. 122 Mohlb. in -e episcoporum (*cf.* ENNOD. dict. 1 tit. p. 423, 2 in -e [-i, nat *var. ll.*] Laurenti Mediolanensis episcopi). 986 ipsius, cui sacerdotale ministerium deputatum est, -is colitur sacramenti. Gelas. tit. 3, $37^{a}$ p. 199 Mohlb. in -e presbyteri (*v. app. crit.*). ENNOD. carm. 1, 9 tit. in -e (-i *var. l.*) sancti ... papae Epiphani in annum tricensimum sacerdotii. *al.*

β *quo res orta est*: Ⓘ *usu communi*: Ⓐ *proprie respicitur dies*: ① *quo civitas, imperium, templum, legio sim. condita, dedicata, instituta est*: OV. fast. 4, 806 -i nunc ..., Roma, tuo (*cf. l. 67. 69*). PLIN. nat. 14, 55 caeli temperies fulsit ... solis opere -i urbis DCXXXIII (18, 247 XI kal. Mai. u. Romae -is. HIST. AVG. Pert. 12, 8 expectans u. -em, quod eum diem rerum principium volebat esse. PROSP. chron. I p. 479, 1352 *ob passionis Christi* reverentiam -is u. Romae sine circensibus transiit. *al.*). INSCR. Année Épigr. 1993 n. 468 (*Miseni; a. 102*) pr(idie) idus Iunias, -e municipi. CIL II 2552, 4 (*a. 163*) ob -e(m) Aqu⟨il⟩ae vexillarior(um) (*fort. pro neutr. ut*: INSCR. Année Épigr. 1967 n. 230 [*ex Hispania; a. 181*] o⟨b⟩ -e(m) A. leg(ionis); *sed v. indidem* INSCR. Dessau 2293 ob na⟨t⟩alem A. *al.; cf. p. 123, 49*). 2553, 4 (*a. 167*) ob -es signor(um) vexillarior(um) (*inde fort. suppl.* 2556). LEX cur. Iov. Simitth. (CIL VIII 14683) a 4 -e civi⟨t⟩atis, *sc. curia decreta facit* (AVG. in psalm. 39, 6). APVL. met. 11, 24, 4 exhinc festissimum celebravi -em sacrorum (*gr.* τελετή). SOL. 32, 13 quod tempus sacerdotes -em mundi iudicaverunt, id est inter XIII kal. Aug. et XI *eqs.* (*ad loc. cf. Salmasius, Plinianae exercit., 1689, I $306^{G}$ sq.: 'si tertio decimo factus est mundus, -is hic dies erit eius, non undecimus, et contra' eqs.*). PANEG. 6, 2, 3 (*an pro adi.?*) quamvis ... dies ... celebratus imperii tui *Constantini* -is habeatur *eqs.* (HIST. AVG. Hadr. 4, 7 Pert. 15, 5). CARM. de mens. 2, 3 *Ianuarius,* annorum saeclique caput, -is honorum. VEG. mil. 4, 39, 8 post -em ..., ut ita dicam, navigationis, qui ... celebratur (*6* usque in diem VI Id. Mart. maria clauduntur. *ad rem cf. Cod. Theod. 13, 9, 3, 3*). PS. AVG. serm. 190, 1 recte ... ecclesiae -em sedis illius colunt, quam apostolus *Petrus* ... suscepit (*cf.* -is ecclesiae: serm. ed. Caillau 1, 63, 1. EVSEB. GALLIC. hom. 47 tit. [*cf. 49 tit.* dedicatione]. *al.; sim.* PS. AVG. serm. 191, 1 -em cathedrae [*bis*]. *cf. p. 128, 41sqq.*). POL. SILV. fast. Oct. 23 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 273) -is Valentiniani purpurae (*sc. a. 424 sumptae; opp. p. 124, 74*). *al.* ② *quo res naturalis orta est vel oriri solet*: AMM. 22, 15, 17 quibus *septem diebus* sacerdotes -es celebrant Nili (*an dei?*). POL. SILV. fast. Mart. 11 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 266) -is favonii (*nisi quid omissum est errore lapicidae*).

Ⓑ *transfertur ad reformationem paschalem mundi*: GAVDENT. serm. 3, 6 quoniam reparatus est hodie (*sc. prima dominica paschae*) mundus, agamus ... -em reformationis mundi. 3, 7 mundi ... -em cum dico, nostrum dico, qui renati sumus in Christo *eqs.* (COLLECT. Arian. serm. 3, 2 *in pascha* -is ... geritur totius m., annua orbis e⟨s⟩t consecrata sollemnitas).

(II) *usu deflexo, sc. respectu oriundi (vel nascendi, cf. p. 125, 36) evanido, pertinet ad merum eventum (in ecclesia) quotannis celebrandum*: POL. SILV. fast. Mart. 24 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 266) -is calices (*per breviloquium; cf.* VITA Genov. rec. A 34 a die sancto epyphaniae usque -em [-e *var. l.*] calecis, quod est domini caena *eqs.*).

**b** *pertinet ad diem ipsum (horam l. 42), quo quis nascitur* (*sing. praeter l. 43*): α *generatim*: LYGD. 5, 17 -em primo nostrum videre parentes (*ad loc. cf. Enk, Mnemosyne 3, 1950, 73; Capitani, Maia 19, 1967, 389sqq.*). OV. epist. 11, 112 nate ..., -i dilacerate tuo (*cf. 114* haec tibi prima dies, haec tibi summa fuit). trist. 4, 1, 63 cognosco -is stamina nostri (*cf. e. g. Catull. 64, 326sq.* vos, quae fata secuntur, currite ducentes subtegmina, ... fusi. *sim. in re CE 1021, 4* nascenti [*item 1533, 4*]). SEN. dial. 12, 2, 4 *fortuna* ne -em quidem tuum excepit *luctibus*; amisisti matrem statim nata, immo dum nasceris. epist. 12, 6 (*nisi pro adi.*) *orbis omnes cingens* pertinet a -i ad diem extremum. FIRM. math. 4, 8, 1 *luna* per vacuum currens ⸤tertio -is die⸥ (*fort. sec. l. 45 formatum*). 4, 19, 4 si quis prima -is hora lunam in ariete habuerit. *al.* *iuncturae* primus -is: PS. QVINT. decl. 4, 12 cui in p. ... -bus adsignata est virtus. CENS. 16, 1. 17, 15. CE 1160, 4 (*e Dalmatia*) p. -is condat ut ossa sua (*nisi ad p. 124, 55 ut* 2155, 1 quam dulcis fuerat p. -is meis). primus dies *c. gen.* -is (*cf. p. 123, 61*): FIRM. math. 1, 8, 7. 4, 1, 10. 6, 9, 13. HIST. AVG. Alex. 13, 5 fertur d. p. -is toto die ... stella ... visa *esse.* β *speciatim de nativitate Christi*: AVG. serm. 287, 2 -is Christi -is est carnis, non verbi (*antea*: quomodo ... verbum ... diem -em invenit in tempore?).

**2** *de iis, qui vario modo natis vel nascentibus adstant, adsunt, eos comitantur sim.*: **a** *de Genio* (*cf.* GLOSS. II 262, 14 γενέθλιος genialis: -is genialis): TIB. 1, 7, 63 (*49 bis* Genium) at tu, -is multos celebrande per annos, candidior ... veni (2, 2, 1 venit -is ad aras [*5* Genius]. 2, 2, 21 [*v. app. crit.*]. OV. trist. 5, 5, 13 optime -is *dominae,* ... opto candidus huc venias *eqs.*). 3, 11, 19 (*8* per Genium, *9* Geni) at tu, -is, quoniam deus omnia sentis, adnue. OV. trist. 3, 13, 2 ecce supervacuus ... ad sua -is tempora noster adest. **b** *de sideribus, horoscopo*: SEN. suas. 4, 2 *augures* -es inquirunt. SEN. nat. 2, 32, 7 peritis -ium, *sc. siderum* (7, 4, 1 *peritissimus* inspiciendorum -ium [natur- *trad.*]). HIER. hom. Orig. in Ier. 3, 5 p. 315, 7 supputationes -ium (*antea: sunt* 'apothecae Chaldaeorum' doctrinae nativitatum). AVG. civ. 5, 5 p. 196, 12 inspectis -ium, *sc. siderum,* constellationibus (*opp.* inspecto conceptionis horoscopo). quaest. Simpl. 1, 2, 3 ut nec astrologis daret locum ..., qui de -bus nascentium mores et eventa coniectant. *al.*

**3** *de ipsa nascendi actione, nativitate*: **a** *c. respectu animantium*: α *proprie* (*opp.* mors *sim. e. g. l. 71. 75. p. 127, 10; meton. p. 127, 11*): Ⓘ *usu communi*: OV. fast. 5, 259 *Mars* memor accepti per me *Floram* -is. PHAEDR. 3, 15, 13 (*ironice*) beneficium sane magnum -i dedit *mater* (-e *var. l.*). SEN. Ag. 48 causa -is tui, Aegisthe, venit *Agamemnon.* Herc. f. 461 sollicita tanti pretia -es habent (*462* nasci deum). dial. 12, 16, 6 filius magno aestimavit Gracchorum -es, mater et funera (*cf.* HIER. epist. 60, 14, 4 Hesiodus -es hominum plangens gaudet in funere). LVCAN. 7, 391 *Mars* populos aevi venientis in orbem erepto -e feret. PLIN. nat. 7, 46 (*45* in pedes procidere nascentem) augurium praeposteri -is. 7, 188 nec magis a morte sensus ullus aut corpori aut animae quam ante -em. MIN.

[*De Seta*]

Fel. 7, 5 de ⌞deorum -bus⌟, donis, muneribus neglego carmina poetarum (⌞ ⌟ *cf.* 21, 1 eorum -es, patrias, sepulcra dinumerat et per provincias monstrat *Euhemerus* [*sim.* Lact. ira 11, 8 *Euhemerus et Ennius* eorum omnium -es, coniugia, progenies, ... obitus, sepulcra demonstrant]). Ps. Cens. frg. 2, 5 horum *signorum* incipientia ab ariete altera sunt ⌞masculorum -bus⌟ (*v. app. crit.*), alia feminarum convenientia. Mar. Victorin. adv. Arium 4, 15 l. 25 apparentia ... ab occultis ortus et -is est et eius -is qui, et antequam sic oriretur, extiterit. *ibid.* l. 41 *in divinis* ⌞progressio⌟ non -is aut, si placet -is, magis apparentia et manifestatio (⌞ ⌟ *cf. vol. X 2, 1777, 50sqq.*). Ps. Hil. gen. 20 semper eris, quia semper eras, *deus*; non mortis egenus, qui -is inops. *al.* Ⓘ *meton. pro iis ipsis, qui nascuntur*: Plin. nat. 7, 56 (*loq. mango*) diversarum ... gentium -es tam concordi figura reperiri super omnem esse taxationem. Vet. Lat. Iac. 1, 23 (cod. 66) *auditor verbi* est similis homini respicienti faciem -i⟨s⟩ sui in speculo (*Vulg.* nativitatis, *gr. γενέσεως*).

**β** *transfertur ad vitam spiritalem, aeternam* (*sc. vario modo assequendam*): Sen. epist. 102, 26 (*an pro adi.?*) dies iste, quem tamquam extremum reformidas, aeterni -is est. Tert. bapt. 20, 5 benedicti, quos gratia dei expectat, cum de illo sanctissimo lavacro novi -is (*sc. de baptismo*) ascenditis. Avg. c. Iulian. 6, 25, 82 incipit homo paternis debitis non esse obnoxius renascendo, quibus nascendo fuerat obligatus; ... alios -es, quibus ... cum patre *caelesti* semper viveremus, invenimus. serm. 310, 1 quod nomen sic frequentat ecclesia, id est -es, ut -es vocet pretiosas martyrum mortes. Arator act. 1, 14 cineres ... piorum -em post busta novant. 1, 947 (*945* novus ... orbis) -em ... tibi fons *baptismi* reddidit; edite rursus *eqs.*

**b** *c. respectu rerum de ortu, initio sim.* (*meton. l. 41*): **α** *rerum variarum*: Manil. 1, 123 quem *mundum* sive ... -i ... egere placet, semperque fuisse et fore, principio ... fatoque carentem, seu *eqs.* (*cf.* mundi -is: Tert. pall. 2, 5 ab ipsius m. -bus. Min. Fel. 6, 1 adhuc rudi saeculo in ipsius m. -bus. Optat. 6, 6, 1 super quam *aquam* ante ipsius -em m. sanctus spiritus ferebatur. 7, 1, 26. *al.; aliter l. 38. p. 126, 23*). Plin. epist. 7, 4, 3 quorum *hendecasyllaborum* hic -is haec causa est: legebantur ... mihi libri *eqs.* Tert. adv. Marc. 1, 10, 1 *non* a Pentateucho -es agnitionis *dei* supputabuntur. Compvt. Carth. 2, 14 paschae -is (*cf. 2, 15* pascalis nativitas). *al.* **β** *siderum sim. orientium*: Manil. 1, 477 *signa* -es ... suos occasumque ordine servant. 1, 813 sunt ... raris orti -bus ignes (*v. app. crit.*). 3, 504 sic erit ipse tibi ... quaerendus in astris -is mundi certoque horoscopos ortu. **γ** *pomorum, plantarum sim.: usu communi*: Plin. nat. 16, 95 *arbores quaedam* -es ... pomorum annuos versicolori nuntio *non* promittunt. *meton. pro iis ipsis, quae nascuntur*: Plin. nat. 16, 45 nec facile discernuntur in fronde *genera arborum picem ferentium* ..., tanta -ium mixtura est. 17, 73 *a formicis* cibo absumi -em tantarum arborum, *sc. semen cupressi.*

**4** *de loco*: **a** *unde animans natus est*: **α** *respicitur condicio, status, origo, genus, familia sim., sc. non nisi plur.* (*cf.* Char. gramm. p. 34, 20 masculina semper pluralia: ... hi -es ἡ εὐγένεια, id est nobilitates [*sim.* Diom. gramm. I 327, 29 -es generis nobilitas]): ① *generatim*: Sen. benef. 3, 32, 2 *si quis* tenebras ... -ium suorum clara luce *discussit* (*cf.* Tac. hist. 1, 49, 3 claritas -ium [3, 39, 2. 4, 15, 2. *al.*]. 2, 86, 3 claris -bus. Plin. epist. 8, 18, 8 mulier -bus clara. *ceterum e. g.* Ennod. epist. 1, 11, 2 p. 21, 15 post lucem -ium [Cassiod. var. 5, 41, 5]. *sim. al.*). nat. 4 praef. 15 eluctatus -ium angustias. epist. 19, 5 *utinam senuisses* intra -ium tuorum modum! *al.* Lavs Pis. 12 tu, qui tantis animum -bus aequas *eqs.* (*cf.* Ivv. 6, 323 [*ironice*] virtus -bus aequa). 105 digna suis -bus ora (*cf.* Apvl. met. 7, 9, 6 puellam ... praestinare condigne -bus suis). 114. Plin. nat. 18, 37 infima -ium humilitate (Porph. Hor. sat. 1, 6, 42 Schol. Cic. Bob. p. 80, 15). Qvint. decl. 306, 2 (*respic. filius expositus*) latentium -ium ... experimentum *eqs.* Ps. Qvint. decl. 2, 7 -ium pignorumque reverentias (*opp.* noctium merita). 9, 6. 13, 4 conscios -ium parietes. Ivv. 8, 231 quid, Catilina, tuis -bus atque Cethegi ... sublimius? Tac. dial. 8, 3 sine commendatione -ium. Agr. 6, 1 Domitiam Decidianam splendidis -bus ortam (*cf.* -ium splendor: Plin. epist. 10, 4, 5. 10, 12, 2 Symm. or. 8, 3 Cassiod. var. 2, 16, 2. *al.*). hist. 2, 76, 3 Nero nobilitate -ium Vitellium anteibat ([*antea: Corbulo* splendidior ... origine]. *cf.* Fronto p. 186, 5 -bus nobilis. Apvl. met. 8, 1, 5 iuvenis -bus praenobilis. Cod. Iust. 4, 63, 3 [*a. 408/9*] nobiliores -bus ... conspicuos. Alc. Avit. carm. 4, 417). ann. 11, 21, 2 (*1* gladiatore genitum) dedecus -ium eius *Curtii Rufi.* Plin. epist. 3, 20, 6 aut -es competitoris aut annos aut ... mores. 6, 23, 3. Svet. Aug. 5 praeter aetatem atque -es. Flor. epit. 1, 26, 5 -ium dignitatem (Apvl. met. 3, 15, 4 Papin. dig. 23, 3, 69, 5. *al.*). Calp. decl. 51. Vlp. dig. 50, 16, 46, 1 neque nuptiae neque -es faciunt matrem familias, sed boni mores. *al.* Ⓘ *speciatim in sermone iuris de statu libertatis sim.*: Plin. epist. 10, 72 postulantibus quibusdam, ut de agnoscendis liberis restituendisque -bus ... ipse cognoscerem *eqs.* (*item de restitutione -ium*: Traian. Plin. epist. 10, 73 Scaev. dig. 40, 11, 3 Vlp. dig. 2, 4, 10, 3. 40, 10, 4. 40, 11, 1. *sim. al.*). Porph. Hor. sat. 1, 5, 65 servilibus ... -bus. Cod. Iust. 9, 41, 9 (*a. 290*) ingenuis -bus (7, 14, 9 pr. [*a. 294*]. Theod. 5, 8, 1 Firm. math. 1, 10, 10. *al.*). Cod. Theod. 4, 12, 3 ad decoctionem -ium. 7, 2, 1 de -bus ipsius, *sc. militiae se offerentis,* ac de omni vitae condicione examen habeatur. *al.*

**β** *mero respectu locali* (*hucine p. 124, 10?*): Plin. nat. 4, 25 Musis ⌞-em⌟ in nemore Heliconis adsignant (⌞ ⌟ *Mayhoff coll. l. 13sq.*; anatalem *cod. A,* -e *dett.*). Apvl. met. 5, 15, 3 *sorores sciscitantur,* qualis ei *Psychae* maritus et unde -ium ... proveniret (*4* de provincia proxima).

**b** *unde res orta est*: *naturalis*: Plin. nat. 19, 29 (*26* iuncus proprie aridi soli) spartum alitur etiam demersum, veluti -ium sitim pensans. 37, 56 *adamantibus* in auro non nisi excellentissimo -is (-es *var. l.*). 37, 180 -is (-e *var. l.,* -es *edd. vet.*) ⟨i⟩is *lapidibus quibusdam* in Macedonia iuxta monimentum Tiresiae. Ambr. Hel. 8, 24 istius vini ille -is est, haec ex illo lacu lecta ostrea. *incorporalis*: Ps. Qvint. decl. 3, 19 (*ad Marium imp.*) quem *ordinem caligati militis* velut incrementorum tuorum -em (-e *var. l.*) libenter ... respicis. Tert. patient. 5, 5 -es impatientiae in ipso diabolo deprehendo (*cf.* Arnob. Ivn. ad Greg. 2 l. 20 de -bus castitatis, ... [l. 25] de -bus misericordiae [*l. 8* unam *nobilitatem,* qua dei filia, aliam, qua hominis nuncuparis]).

**B** *neutr.* ※**nātāle,** -is (*locos ambiguos ad A relegavimus, e. g. titulos, unde parum elucet, utrum acc.* -e *an* -e(m) *legas, v. p. 125, 72sqq. al.*):
**1** *de ortu, origine sim.* (*cf. p. 127, 27*): Chalc. comm. 23 p. 74, 4 par ... et aequaevum -e naturae ac temporis *est* (*cf. 101* temporis ... generationem mundo aequaevam commentus est).

**2** *de die quotannis redeunte, celebrando* (*apud Christianos praeter l. 33*): **a** *quo animans natus est*: **α** *proprie*: Avg. serm. 289, 1 causa hodiernae celebris congregationis nostrae -e est Ioannis Baptistae ([*sc. a. d.* viii *kal. Iul.; ad rem cf.* 287, 1 solos duos -es celebrat ecclesia, huius et Christi]. *cf.* -e domini: Max. Tavr. 60 tit. ante -e d. Caes. Arel. reg. mon. p. 153, 18 a mense Septembre usque d. -e cotidie ieiunandum. *al.*). Romvl. fab. 85, 1 rec. vet. (*et* gall.) corvus simulans se -e (-em *var. l.*) celebrare. **β** *transfertur ad diem, quo quis ad vitam aeternam sim., sc. a morte incipientem, natus est* (*cf. var. lect. p. 126, 29*): Chromat. serm. 7 -e est hodie sanctorum martyrum Felicis et Fortunati. Evseb. Gallic. hom. 56, 1 hodie ⌞-e⌟ sancti Genesii celebramus (⌞ ⌟ -e⟨m⟩ *Glorie, fort. recte*). Cassiod. var. 8, 33, 1 ut qui ad -e (-em *var. l.*) sancti Cypriani religiosissime venerant peragendum (*cf.* Collect. Arian. serm. 12, 1 pro -e s(an)c(t)i martyris Cypriani). *al.*

**b** *quo res orta est*: **α** *usu communi pertinet ad diem, quo ecclesia consecrata est* (*cf. p. 126, 12sqq.*): Ps. Avg. serm. ed. Caillau 2, 63 -e primae cathedrae sancti Petri apostoli hodie est. Sacr. Leon. tit. 26 p. 106 Mohlb. -e basilicae Angeli in Salaria. **β** *usu deflexo, sc. respectu oriundi evanido, pertinet ad merum eventum (in ecclesia) quotannis celebrandum*: Martyrol. Hier. 4 non. Aug. p. 412 in Antiochia -e reliquiarum protomartyris Stephani ...; corpusculum eius Hierosolimis est translatum.

**3** *de loco, unde quis spiritaliter natus est* (*translate; cf. et var. ll. supra l. 9. 14. 17*): Vitae patr. Iurens. 13 (*respic. eremus, e quo monasterium oriturum erat*) illud, ut ita dixerim, ⌞-e⌟ sanctorum (⌞ ⌟ praefatus locus *corr. man. alt.*).

**appendicula** *iuncturarum selectarum ad I et II pertinentium*:
**1** *verbalium*: agere (*cf.* agitare Plavt. Pers. 769, transigere Svet. Claud. 12, 1): Cic. fin. 2, 101. 103 Att. 3, 20, 1 Svlpicia Tib. 3, 14, 1 Ov. met. 2, 497. 8, 242. 13, 753 Plin. epist. 10, 88 Traian. Plin. epist. 10, 89 Avr. Fronto p. 78, 11 CE 1310, 3. celebrare: *v. vol. III 742, 43sqq., ubi addas e. g.* Hor. sat. 2, 2, 60 Val. Max. 2, 6, 12; *cf.* concelebrare: Gavdent. serm. 20, 4 Sacr. Gelas. 1457. colere: *v. vol. III 1681, 79sqq.; cf.* recolere: Sacr. Leon. 709. commendare: Hist. Avg. Geta 3, 8 Alex. 13, 6. 60, 3. ducere: Pavl. Nol. carm. 26, 65. edicere: Svet. Cal. 26, 3. gerere: Collect. Arian. serm. 3, 2. honorare: Svet. Tib. 26, 1 Paneg. 10, 1, 4. suscipere: Max. Tavr. 60, 2. 4 Caes. Arel. serm. 187, 2. venerari: Sacr. Leon. 317. 342. **2** *nominalium, sc. gen.* -is *pendet ex* dies (hora *l. 68*): Lex colleg. salut. Dian. et Antin. (cil xiv 2112) 1, 5. Vlp. dig. 4, 4, 3, 3 Marcian. dig. 33, 1, 23. Vet. Lat. II Macc. 6, 7 (rec. B, *sim.* M *et* Vvlg.; -em rec. L, *sim.* P). Paneg. 12, 16, 2. Firm. math. 1, 8, 7 -is die (*al.*). 4, 19, 4 -is hora. Ivst. 38, 8, 13 (-i *var. l.*). Hil. in Matth. 14, 7 Gavdent. serm. 13 tit. Hist. Avg. Alex. 13, 5 Rvfin. Orig. in lev. 8, 3 p. 397, 3. Avg. epist. 55, 2 (-em *var. l.*). Cod. Theod. 2, 8, 24. 6, 26, 11. *al.*

*deriv.*: natalicius. *cf. Onom.* *De Seta.*

**nātālitius** *v.* natalicius. **natāns** *v.* nato.

**[natāticius** (*vel* natātitius) *affertur in lexicis ex ed. vet.* Gloss. Philox. -us: *νηκτικός.***]**

*[N. H.]*

**natātilis,** -e. *a* natare. [*confunditur in codd. c.* natalis AVG. c. Faust. 21, 10 p. 581, 6 gen. ad litt. 5, 5 p. 147, 1 haer. 46, 7 trin. 3, 8, 13. *al.* (*restit. l. 17, v. etiam p. 120, 15*), natabilis *p. 120, 15 sq.*]

*i. q.* *n a t a n s* (*de animalibus praeter l. 29; saepe iuxta alia genera animalium, e. g. l. 7 sqq. 16 sqq.*): **1** *pro subst.:* *neutr.* (*addere possis l. 26*): APVL. mund. 28 p. 352 si quis ... animalis simul abire patiatur, volucrum, -um (nantil- *codd.*) atque ⌞terrestrium⌟ (⌞ ⌟ t. ⟨greges⟩ *edd. vet.; gr. 398b30* ἔνυδρον). DIDASC. apost. 41 l. 15 *dixit deus*: 'fiat lumen, dies, nox ..., volatilia, -a, repentia' (*item respicitur mundi creatio*: AVG. gen. ad litt. 5, 5 p. 147, 1 quinto *die* aquarum natura ... produxit ... indigenas suos, omnia scilicet -a et volatilia. trin. 3, 8, 13 MART. BRAC. corr. 9). AVG. civ. 8, 16 p. 345, 15 pisces et alia -a (*inde* ANON. c. philos. 4 l. 188. *cf.* AVG. gen. ad litt. 9, 12 p. 281, 23 piscibus atque omnibus -bus). c. Faust. 21, 10 p. 581, 6. serm. 141, 2 mare, quantis et qualibus -bus plenum. 150, 5 Rev. Ét. Aug. 45, 1999, 43 l. 94 *homo* praecedens omnia pecora, omnia volatilia, omnia -a. 335C Rev. Bénéd. 46, 1934, 405 l. 171 volatilia, nata⟨ti⟩lia, ambulatilia (*corr. Bulhart in schedis nostris*). PS. AVG. comm. auct. p. 26$^{A}$ carnem quadrupedum, serpentium, volatilium et -um. CASSIOD. Ios. antiq. 1, 102 dominos ... omnium ... terrenorum et -ium (*gr.* νηκτῶν). *fem. (sc. bestia), nisi masc.*: PRVD. perist. 10, 332 *unus deus condidit* feras, volucres, reptiles, -es. **2** *pro adi.:* *iuncturae variae*: TERT. adv. Hermog. 33, 2 si quid ex aliquo factum est ..., ut ex terra herba ... et pecudes ..., ut ex aquis -es (natatites *codd. plerique*) et volatiles animae. ZENO 1, 34, 6 *Ionas* post naufragium, post -e sepulcrum incolumis. AVG. civ. 1, 20 p. 35, 8 de inrationalibus animantibus, volatilibus -bus ambulatilibus reptilibus **(**[*nisi ad 1*]. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 1, 5 p. 350$^{B}$ mare atque aer a. tam -bus quam volatilibus mire tripudians [natalibus *var. l. et ed. vet.*, natabilibus *ed. Migne; gr.* νηκτοῖς]**)**. VITAE patr. Iurens. 2 *monachus* in modum -is ⌞arcae⌟ ... mundi turbines inpactus inridet (⌞ ⌟ a. columbae *pars codd. et ed. Martine*). VEN. FORT. Mart. 4, 303 (*301* piscis) praeda -is. animal -e: HIER. adv. Iovin. 2, 6 p. 293$^{A}$ *scriptores medici* nullum a., tam reptile quam volatile et -e, non ad suae artis utilitatem referunt. AVG. civ. 11, 7 p. 470, 26 omnium ex aquis a. -um atque volatilium **(***quinto die factorum, cf. l. 10 et* CASSIOD. Ios. antiq. 1, 32 quinta die a. -a et volatilia *fecit* [*gr.* νηκτά]**)**. 12, 24 p. 550, 16. haer. 46, 7 *Manichaei putant* in fumo nata a. bipedia, ... in aquis -a *eqs.* **(**[*inde* PRAEDEST. 1, 46 l. 37]. *nisi ad 1, ut fort.* serm. 214, 2 Rev. Bénéd. 72, 1962, 15 l. 29 cuncta a., in terra, in aquis, in aere, gradentia, reptilia, -a [natalia *var. l.*], volatilia**)**.

※**natātio,** -ōnis *f.* *a* natare. [*confunditur in codd. maxime c.* natio, *e. g.* CELS. 3, 24, 5. 4, 10, 4 PAVL. NOL. epist. 24, 7 (*restit. l. 50*); *in var. l. dub.* CIC. Cato 58 *habeant iuvenes* sibi ⌞venationes⌟ atque cursus (⌞ ⌟ (ae)nationes, -es *var. ll.*).]

*i. q.* *actio natandi*: **1** *proprie indicatur ipsa actio* (*usu medico praeter* HIST. AVG., PAVL. NOL. *et fort. l. 43; saepe in iuncturis* uti -bus, adhibere -es): CELS. 3, 24, 5 si hiemps est, balneo *utendum est,* si aestas, frigidis -bus **(**[*nisi ad 2*]. 4, 28, 1 salutares sunt ... perfusiones -esque quam frigidissimae. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 40 fervens vel f.**)**. 4, 10, 4 utilis ... in omni tussi est peregrinatio ..., loca maritima, -es. HIST. AVG. Gall. 17, 8 praefecti ... adhibebantur ... conviviis et -bus lavabant simul cum principe (nationibus *codd. meliores,* venationibus *Novák ante* lav- *interpungens*). CHIRON 338 si tempus anni permiserit, -bus uteris (naciotrad., *ut* 736). 586 si aestas fuerit, -bus uteris (*cod. Basil.,* naturcion- *Monac.*). PAVL. NOL. epist. 24, 7 natator amnem ... superaturus exuitur, nec tamen ... transnatabit, nisi totius corporis nisu ... laborem -is exhauriat. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 42 -es ... sub divo fieri reprobamus. 1, 4, 112 adhibenda ... -o. 2, 1, 48 utendum ... -bus marinis vel ... aquarum *naturalium* **(**5, 4, 77 -o adhibenda a. sua virtute medentium. gyn. 2, 54 -bus a. naturalium ... utemur [*cf. gr. p. 123, 27* κολύμβοις, κατακρουνισμοῖς]. *al. apud eundem***)**. 3, 2, 45 aegrotantes maritima -e exercendi **(**3, 4, 54. 3, 6, 89. 3, 7, 94 utilis ... -o m. vel naturalium aquarum. gyn. 2, 44 *addita* -e m. et earundem aquarum [*gr. p. 118, 12* νήξεως]. *al. apud eundem; cf. l. 57***)**. 3, 5, 74 utendum ... -e varia. **2** *per meton. indicatur locus, ubi natatur* (*addere possis e. g. l. 47*): CELS. 3, 27, 1$^{E}$ si quo loco vel naturales vel etiam manu factae tales -es sunt, is potissimum utendum est (notationes *var. l.; opp.* balneum).

**[natātitius** *v. p. 128, 74.***]**

**natātor,** -ōris *m.* *a* natare. *de origine*: VARRO ling. 5, 94 quae *nomina* a ⌞studio⌟ quodam dicuntur, cursor, -r, pugil (⌞ ⌟ spatio *codd. et pars edd.*). GLOSS. -r: κολυμβητής. -es: κολυμβηταί. [*val.* înotător, *it.* nuotatore, *prov.* nadador, nodaïre, nadáire *et var., cat., hisp., port.* nadador *fort. restituta sunt. cf. M.-L. 5847. Tiktin-Miron$^{3}$ II 494. Wartburg III 39 sq. Schd.*] [*in var. l. falsa pro* morator OV. epist. 19, 70.]

*i. qui natat*: OV. epist. 18, 119 (*Leander Heroni*) veniens hinc esse -r, cum redeo, videor naufragus esse mihi (*interpol. sec. Housman*). 19, 90 (*Hero Leandro*) magnus ubi est spretis ille -r aquis? rem. 122 stultus, ab obliquo qui cum descendere possit, pugnat in adversas ire -r aquas. STAT. Theb. 10, 497 rigidi ... -r Oebalus Eurotae. SCHOL. Hor. sat. 1, 4, 120 ('nabis sine cortice') metaphora a -bus (natoribus *var. l.*). PAVL. NOL. epist. 24, 7 *v. p. 129, 54.* SIDON. carm. 5, 346 cum ..., se Lucrinas qua vergit Gaurus in undas, bracchia Massylus iactaret nigra -r, *sc. miles Hannibalis Capuae mollitus.*

*f.* **natātrīx,** -īcis. *i. quae natat*: ANIAN. Chrysost. hom. 7, 7 (*6* fuge ... piscinam theatri) -es istae *nudae* omnes prorsus spectatores suos ... suffocant (*gr.* νηχόμεναι).

**natātōrius,** -a, -um. *a* natare. *scribitur* -tur- *in cod. vet.* ALC. AVIT. hom. 18 p. 129, 13. *de notione v. l. 19 sq.*

*i. q.* *ad natatum pertinens*: **1** *de loco, ubi natatur*: **a** *pro adi.*: cella -a: CIL III 7342 (duum)viri ... adiecta c. natatori⟨a⟩ *thermas refecerunt.* piscina -a: VET. LAT. Ioh. 5, 2 (cod. 3. *al., sim.* 14. *al.*) est ... Hierosolymis ... ⌞-a p.⌟ (*gr.* ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα, cod. 2 probatica -a, 11 -a, *10. al. et Vulg.* super probatica p.; *locos huc spectantes v. vol. X 1, 2205, 46. 50; cf. infra l. 22*). ACT. Petr. 13.

**b** *pro subst. fem.* (*sc. piscina; cf.* GLOSS. -a: κολυμβήθρα. piscina, bapiste⟨rion⟩) *vel neutr.* (*formas certas v. l. 31. 33. 35; incertum an* in -a, *e. g. l. 30. 32, acc. plur. neutr. exhibeat*): **α** *respiciuntur loca in euangelio Iohannis nominata:* *Bethsaida* (*cf. l. 16*): VET. LAT. Ioh. 5, 2 (codd. 2. 11; *v. l. 17*). 5, 4 (cod. 2, *sim.* 14 *et var. l.* VVLG.) angelus ... discendebat in -a (*gr.* κολυμβήθρᾳ *paucis codd.,* Ambr. myst. 4, 22. *al.* -am, *cod. 6. al. et var. l. Vulg.* piscinam). *ibid.* (cod. 8. *al.*) quicumque prior descendisset in -a, sanus fiebat (cod. 14. *al.* -am, *6. al.* piscinam; *gr. non resp.*). IREN. 2, 22, 3. HIL. in psalm. 91, 5 paralyticum ... in -a porticus Salomonis invenit. CASSIAN. conl. 13, 16, 4 iuxta -ae crepidinem. ALC. AVIT. hom. 18 p. 129, 13. *Siloa* (*cf. l. 36*): VET. LAT. Ioh. 9, 7 (cod. 10. *al. et* VVLG.) *Iesus* dixit ei *caeco*: 'vade lava in -a Siloae' (*gr.* κολυμβήθραν, cod. 15. *al.* -am, 13 -o, *2* piscinam). 9, 11 (cod. 15 *et* VVLG.) dixit mihi: 'vade ad -am Siloae' (*gr.* κολυμβήθραν *paucis codd.,* cod. 10 in -a, 13 in -o, *2* ad piscinam). **β** *cetera exempla*: BACHIAR. repar. laps. 18 p. 1057$^{B}$ restruantur ... muri -ae, id est forma baptismi nostri (*inde* PS. EPHR. paenit. p. 636 -i; *respic. II Esdr. 3, 15, ubi gr.* κολυμβήθρας, *Vulg.* piscinae Siloae). SIDON. epist. 2, 2, 8 canalibus ... circumactis per exteriora -ae latera. MVTIAN. Chrysost. hom. 15, 4 p. 341$^{in.}$ aedificavi mihi domos, institui et -as aquae (*eccles. 2, 6* κολυμβήθρας, *cf. Vulg.* piscinas). VITA Melaniae 18, 2 possessio ... habens balneum infra se et -am. *ibid.* cum ... lavaret in -a. *translate*: SERM. Anal. Bolland. 99, 1981, 137 l. 17 *infans ab Herode occisus* claudebat lumina saeculo vix aperta utero ⌞in -a sanguinis⌟ (⌞ ⌟ *om. pars codd.*).

**2** *de adiumento natandi*: ISID. orig. 17, 7, 27 suberies arbor, ex qua validissimus cortex -us extrahitur.

**natātrīx** *v.* natator.

**[***glossa* **natātūra:** κολυμβήθρα affertur in lexicis ex ed. vet. GLOSS. Philox. (*cf. l. 19*).**]**

**natātūrius** *v. l. 11.* *N. H.*

※**natātus,** -ūs *m.* *a* natare. *legitur apud* STAT., APVL. *et inde a saec. IV.* [*confunditur in codd. c.* natans PRVD. cath. 5, 143 RVT. NAM. 1, 247, natis HIL. in psalm. 68, 28 PRVD. perist. 10, 1054.]

*i. q.* *actio natandi, natatio* **(***tamquam agens inducitur l. 73. p. 131, 28; indicatur natator sim. per gen. subi. vel pron. poss. l. 71. p. 131, 2. 10. 16. al., adi. p. 131, 16, locus, ubi natatur, per gen. p. 131, 8. 32, adi. p. 131, 3. 35; ceterum spectat adi. ad liquorem p. 131, 19. 25, ad modum natandi l. 64. p. 131, 4. 11 et saepe***)**: **I** *proprie*: **A** *usu sollemni*: **1** *strictius in liquore (fere aqua, sed cruore per hyperbolen p. 131, 25) natat*: **a** *animans (deus l. 60. p. 131, 3)*: **α** *aquatilis*: STAT. silv. 1, 3, 73 Anien ... vitreas ... -u plaudit aquas (*item respiciuntur dei aquatiles*: 3, 2, 18 litora tranquillo certatim ambite -u, *Nereides.* CLAVD. rapt. Pros. 3, 333. *cf. p. 131, 3*). PALLAD. 1, 17, 2 ut ... *piscium* -u aqua stans agilitatem currentis imitetur. HIL. in psalm. 68, 28 (*antea*: 'mare et omnia repentia in eo' [*psalm. 68, 35*]) cum ... in aquatilibus -s magis sit ex natura quam reptio. AVSON. Mos. 77 obliquatos ... -us *piscium.* 90 effugiens ... oculos celeri levis umbra -u. 94 cum defluxisti famae maioris in amnem, liberior laxos exerces, barbe, -us. PRVD. psych. 656 *cum* refluente sinu iam redderet unda -um piscibus. CLAVD. carm. min. 49, 3 *torpedo* segni ... ⌞obnixa -u⌟ reptat (obnoxia tractu *var. l., quam praefert Hall; cf. Oppian. hal. 2, 60* νηχομένην). PAVL. NOL. carm. 17, 120 sacerdotem ... laeta lascivo admeabunt monstra -u. AVG. serm. 126, 3 intende caelum et terram, ... volatus avium, -us piscium. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 38, 2 omnia genera *bestiarum,* quae suspendit volatus, quae demersit -s, quae sparsit vagatus. EVSTATH. Basil. hex. 7, 1, 6 eis *reptilibus* praecipuus est -s (*gr.* τὸ νηκτικόν). 7, 6, 7 cum *cetus* se ad summas undas levi -u sustulerit (*gr.* ἀνανήξηται). *al.* **β** *quivis*:

[Schrickx]

STAT. silv. 1, 5, 25 exceptura -us *aqua* Virgo. Ach. 1, 628 (*loq. Achilles*) quaerisne meos, Sperchie, -us? APVL. met. 5, 28, 4 (*gavia ad Venerem*) quod ille *Cupido* quidem montano scortatu, tu vero marino -u secesseritis (*an ad p. 130, 60?*). IVL. VAL. 2, 27 l. 774 rex ... -u quam valentissimo ... alterius ripae iam potiebatur (*cf.* AMBR. exc. Sat. 1, 27 naufragia ... strenuis -bus evitata). CARM. inscr. Brit. II 2448, 6 (*in opere tessellato; a. 330/50*) invida si ta⟨uri⟩ vidisset Iuno -us, iustius Aeolias isset adusque domos. PALLAD. vet. med. 64, 3 equorum corpora maris -u iuvantur et fluminum. HIL. in psalm. 65, 23 ('transivimus per ignem et aquam') pertranseuntis aquas -us aut transilientis ignem saltus. AVSON. Mos. 344 *quosdam* plaudenti gelidum flumen pepulisse -u (*cf. p. 130, 59 et* CYPR. GALL. exod. 57 *filia regis in Nilo* plausibiles ... captat laeta -us). SYMM. epist. 8, 23, 3 nec ulli iuvenum procaces -us. AMM. 25, 7, 3 uno parique -u quingenti viri transgressi tumidum flumen. SERV. georg. 3, 213 ne *tauris* -s sit facilis. 3, 258 Leander -u ad Hero ire consueverat. SCHOL. Hor. carm. 3, 4, 30 Bosphorum mare a -u bovis dictum. FVLG. myth. 1, 5 Leandricos -us. ANIAN. Chrysost. hom. 7, 6 p. 1049[in] *femina in theatro* in mediis aquis nuda ludit -u (*gr.* νήχεται). PRVD. apoth. 684 (*de fonte Siloae*) agmina languentum sitiunt spem fontis avari membrorum maculas puro abluitura -u. perist. 10, 950 *aequor* solet -us ferre, fert vestigia *Iesu*. CLAVD. 8, 348 liquidos *fluvios* tu scinde -u. COD. Theod. 7, 1, 13 *ut miles* in inferioribus partibus fluviorum ... vagos (vagus *trad.*) -us animalium, *i. equorum*, ... exerceat. SIDON. epist. 3, 3, 2 haec primum gramina incessu, flumina -u, venatu nemora fregisti. *al.* *per hyperbolen dicuntur sacrifici in cruore natare*: PRVD. perist. 10, 1054 vix ut cruentis augures -bus possint meare per profundum sanguinis.

**b** *res*: SERV. Aen. 1, 224 legimus ... de apibus 'nare ...' (*georg. 4, 59*), cum -s navium sit (*cf.* ALC. AVIT. carm. 4, 504 *arcam* facili portante -u. 4, 538 ducta -u ... arca). PRVD. perist. 7, 29 *amnis martyrem non* mergi patitur sibi miris vasta -bus saxi pondera sustinens.

**2** *laxius respicitur motus per aëra*: HIER. adv. Rufin. 1, 31 *in somniis* me ... montes ac maria -u aëris transfretare.

**B** *metonymice ponitur pro eo, in quo natatur:* *liquore*: PRVD. cath. 5, 143 de languidulis fota -bus (*sc. oleo*) lucem perspicuo flamma iacit vitro. *loco, sc. piscina*: RVT. NAM. 1, 247 in Euboicis captiva -bus (natantibus *var. l.*) unda sustinet alterno brachia lenta sonu.

**II** *translate respicitur cogitatio inconstans*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 57, 2 (*antea*: qui crederet ... non esse naturale, quod esset naturale) hos ... -us et has nausias atque hos vomitus *perpetimini* (*seq. p. 154, 59*). *Schrickx.*

**natēs** *v.* natis. **nātīb-** *v.* nativ-. **natibulum** *v.* latibulum.

**natica,** -ae *f.* (*plur. praeter l. 43*). *a* natis (*cf. e. g.* manica, pedica). *de notione*: GLOSS. II 425, 63 πυγή: -a. 576, 3 culus: -as. GLOSS.[L] II Abav. NA 14 nates: -ae (V Abba NA 24 hae n.: -ae latinum non est). [*it.* natica *et dial. mer. varie, march.* nádage (*plur.*) *'coxae', cors.* nèghe (*plur.*) *'renes', sard. centr.* nádiγa, *mer.* nádja, *raet. or.* nadie, *francog. vet.* nage, naches, *prov., cat.* natja, *cat. vet., legion. vet., hisp. rec.* nalga, *hisp. vet.* nadga, *port.* nadega, natja. *cf. M.-L. 5848. Battisti-Alessio IV 2552. Cortelazzo-Zolli[2] 1026. Wagner II 160. Wartburg VII 40sq. Corominas V 884sq. Corominas-Pascual IV 211sq. Machado[3] IV 190. Schd.*] [*in var. l. dub. pro* nates *vol. X 2, 2599, 22; falso trad.* CAECIL. com. 253.]

*i. q. natis*: AMBR. Noe 7, 23 latera, -ae, femora et crura. CAEL. AVR. gyn. 1, 82 iussit feminas suo saltu ⌞-arum fibras⌟ pari plantarum percussu pultare (⌞ ⌟ *gr. p. 45, 8* πρὸς πυγάς). 1, 142 ⌞interiectio -arum secundum podicem⌟ (*gr. p. 76, 27* τὴν ἕδραν). SORAN. p. 79, 2 *infans* ita duplicatur, ut sedenti similis -as foris ostendat (*spectat ad fetus in matrice positionem ut*: p. 87, 13 *si* in -as sedet [*in uno cod.; gr. p. 139, 11* ἐπὶ πυγήν]. p. 88, 3 -as eius in orificiis vulvae *positas* [*v. app. crit.*]). GLOSS. II 584, 40 inpuges: qui minores -as habet.

*compos.*: denaticata. *Ottink.*

**nāticīdium** *v.* gnaticidium.

**naticos,** (-ī *m.?*). *orig. inc.* *nomen herbae* (*v. André, Lex. des termes de botan., 1956, 218*): GLOSS.[L] I Ansil. PO 97 (med. p. 62) polion herba ..., quam alii -os appellant.

?**nātina** *v. l. 72.*

**nātinātio,** (-ōnis) *f.* *a* natinari. [*e coni. l. 72.*] *i. q. actio natinandi*: FEST. p. 166 ⌞nati⟨natio dicebatur negoti⟩atio⌟: et natinatores ⟨ex eo seditiosa negotia⟩ gerentes (*affert p. 132, 7*; ⌞ ⌟ *suppl. e* PAVLO, *qui pergit*: et natinatores ex eo seditiosi).

**nātinātor,** -ōris *m.* *a* natinari. [*e coni. p. 132, 10.*] *i. qui natinatur*: FEST. *l. 67; ad quem locum pertinere vid.* GLOSS.[L] V Abba NA 5 nat⟨in⟩ator: seditiosus (*scrib.* nit-; *cf. ibid. 6* natina: discordia ['natinatio?' *Goetz, Gloss. I p. 363*]; *utramque glossam om. cod. unus*).

**nātinor,** -ārī (-āre *p. 132, 8sqq.*). [*radix* *gneə₃- *'cognoscere' subesse videtur, cf. e. g. ind. vet.* jānāmi *et got.* kunnan *'cognosco'. ab hac radice subst.* *nāti- (*ĝn̥ə₃-ti-) *'usus, facultas', inde adi.* *nātinus, *inde verbum* nātinor *derivatum est. notio 'negotiosus' subest etiam adi.* nāvus (*ĝn̥ə₃-u̯o-) *et hibern.* gnó *'occupatio, officium', theod. vet.* kuoni *'audax'. cf. Walde-Hofmann II 146; Leumann, Gramm. 1977, 551; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 401sq. Mei.*]

*i. q. agere negotium, agitare cum aliquo*: CATO inc. libr. frg. 31 ⟨tu⟩multu Macedoniae Etruriam, Samnites, Lucanos inter se -ari atque factiones esse. *forma act.*: GLOSS. IV 367, 24 -are: negotiare (negotiari *cod. unus et* V 605, 19). V 544, 43 -are: negotia[to]re (*em. Goetz in indice*; natina⟨to⟩re: negotiatore *tempt. Heraeus in exemplari suo*).

*deriv.*: natinatio, natinator. *M. H.*

**II** *notione secundaria vel tropice (gr. resp.* γένεσις, *nisi aliud adnotavimus); significatur*: **A** *actio, qua oritur, efficitur*: **1** *animans* (*v. Braun, Deus Christianorum, ²1977, 318 c. adn. 6; disting.* creatio *p. 142, 20. 143, 6. 10. 28. al. [cf. p. 145, 73], iuxta ponitur p. 144, 18, ceterum v. p. 144, 5*); *respicitur*: **a** *partus, sc. a parte nascentis* (*de -e mire iterata v. p. 141, 43*): **α** *proprie, sc. ex matre* (*fere humanā; -s inducitur ut* prima *p. 141, 18 sqq. [in doctrina christ., qua opp. -s* secunda *sim. p. 143, 40 sqq.; cf.* pristina *p. 143, 41]. 144, 35 [fort. abundanter p. 141, 9. 58], ut* secunda, *sc. post conceptionem, p. 143, 40 sqq.*); *spectat ad -em*: ① *cuiuslibet, sc. plerumque hominis* (*dei l. 74 sqq. p. 141, 5 [dei vet. test.]. 141, 24. 28, animalis p. 141, 40. 53, ecclesiae [in imag.] p. 141, 61; addidimus quaedam generalia*): Ⓐ *quaelibet exempla*: TERT. nat. 2, 3, 7 *a Stoicis* negatam generationem dei et -em (*cf.* ARNOB. nat. 4, 19 p. 224, 8 -is expertes deos esse *oportet* [*postea*: ortus]. LACT. inst. 2, 8, 44 *deus* non

[Reineke]

est aliunde generatus nec ortus ac -s eius ex aliqua re altera pendet *eqs.*). 2, 13, 39 nuptiae, conceptus, ⟨nativitat⟩es (*suppl. Borleffs*). anim. 19, 8 quod *vox infantis* (*sc. vagitu vitam auspicata*) etiam praesciens habenda sit ab ingressu -is (*cf. e. g.* 39, 1 ab ipsa ... ianua -is). carn. 6 l. 47 (*spectat ad gen. 18, 1sqq.*) inter angelos ... dominus apparuit Abrahae sine -e cum carne. CIL VI 40638, 9 (*a. 211*) ⟨ex hoc s⟩ancto d i e -is tuae, *Caracalla* (*de die festo ut* AVG. serm. 380, 1 *p. 142, 32; ceterum*: VET. LAT. Sirach 23, 19 *ne* d. -is tuae maledicas [*gr.* τοκετοῦ]. ARNOB. nat. 1, 33 *nemo sine dei* notione d. primae -is *intravit.* PRISCILL. tract. 1, 31 *baptismate* d. nostrae -is evicit. HIER. hom. Orig. in Ier. 3, 4 p. 314, 11 si quis -is d. supputat *ut astrologus.* PAVL. MED. vita Ambr. 2 a d. -is eius *narrare incipiam. al.; cf. l. 65. p. 142, 28*). VLP. dig. 38, 16, 2, 3 duos fratres habui vel duos patruos, *hi habent filios ...*; *in hereditate inter eos dividenda* parvi ... refert, adgnatus hic -e an adoptione sit quaesitus (*an ad c?*). 50, 1, 1 pr. municipem aut -s facit aut manumissio aut adoptio (*2* qui ex duobus ... Campanis parentibus natus est *eqs.; an ad D1?*). IREN. 4, 21, 3 *Iacob* in -e ... apprehendit calcaneum fratris. CYPR. domin. orat. 17 *precamur,* ut, qui adhuc sunt p r i m a -e terreni, incipiant esse caelestes ex aqua et spiritu nati (epist. 64, 5, 2 *infans* secundum Adam ... natus contagium mortis antiquae p. -e contraxit. PS. CYPR. tract. 2 *baptismate* delicto p. -is purgati. AVG. epist. 190, 11. *al., e. g. l. 9. 58. p. 143, 45; cf. p. 144, 35 et* CYPR. epist. 64, 6, 2 *recens natos* ⌞in primo statim -is suae ortu⌟ plorantes [⌞ ⌟ laps. 9 in p. s. -is exordio]). ARNOB. nat. 2, 35 p. 107, 14 *dei paganorum* si sunt ... geniti (*sc. a deo uno vero*) ..., ortus necesse est habeant et exordia -is et vitae (*postea*: vitae incipientis exordium). HIL. syn. 22 quod ... natum est, habet -is suae patrem. trin. 6, 14 l. 13 cum -s ad id proficiat, ut subsistat esse, qui nascitur. SCHOL. Cic. Gron. A p. 345, 8 *cum Delio Apollini* non tantum numinis, verum etiam -is religio debeatur. Pers. 6, 18, 3 'horoscopus' ... est, qui h o r a s -is hominum speculatur (AMBR. hex. 4, 4, 13 p. 119, 13 redempti sunt *peccatores* ... non utique -is suae horā, sed Christi eos sanctificavit adventus. AVG. civ. 5, 5 p. 196, 17sq. *al.*). CLAVD. DON. Aen. 7, 320 p. 51, 4 Cisseis peperit Paridem, sed istius -em praecesserant somnia. FVLG. myth. 1, 8 *Clotho Parca* -is evocatio (*v. vol. V 2, 1052, 47sqq.*). HIER. epist. 65, 16, 3 (*ad psalm. 44, 11*) cum Abraham ... relinquat t e r r a m -is et cognationis suae (VVLG. Ier. 22, 10 *non* videbit t. -is suae. PS. HIER. indic. de haer. 3. *al.; cf.* VVLG. gen. 32, 10 [*deus ad Iacob*] revertere in terram tuam et in locum -is tuae [*Vet. Lat. cod. 100* nationis, *Aug. quaest. hept. 1, 102* generationis]. *aliter sub IB1a*). RVFIN. symb. 9 l. 19 hoc, *sc. sine nexu generantium aliquem concipi nascive,* ... incredibile videbitur ... factum, cuius exempla etiam in animalium -e cernuntur. AVG. serm. 289, 5 celebramus natalem Iohannis sicut Christi, quoniam ista -s plena est mysterio. serm. ed. Mai 18, 3 vocis *Iohannis baptistae* (*v. p. 142, 59*). ORIG. in Matth. 12, 9 p. 81, 19 (*ad 16, 14*) *Iudaei* aestimantes, quod ... ⌞secundam⌟ -em suscepit Elias *eqs.* (⌞ ⌟ *aliter p. 142, 13. 143, 40*). SACR. Gelas. tit. 2, 7 p. 132 Mohlb. in natale eiusdem *Agnetis* de -e (*cf. 2, 6 ibid.* in natale sanctae Agnetis virginis de passione; *v. Stuiber, RAC IX 236sq.*). Greg. 156, 1 -is eius *Mariae* ... sollemnitas. *al.* *de loco novi test., ubi de -e agitur* (*cf. p. 142, 37*): HIL. in psalm. 119, 5 (*ad Luc. 1, 8sq.*) *id* Lucas sub Iohannis baptistae -e diligenter exposuit.

Ⓑ *in locut. indicantibus initium actionis, spatii temporis, status sim.*: ① *cum praepos.*: ex: TERT. anim. 11, 6 si neque dei neque diaboli spiritus ex -e conseritur animae. BOETH. categ. 12a33 *animantia* multa ... ex -e ... dentes *non* habent (*gr.* ἐκ γενετῆς *ut*: MVTIAN. Chrysost. hom. 18 p. 353[extr.]). *al.* ab (*cf. e. g. p. 148, 9*): TERT. anim. 37, 5 *societatem carnis et animae* a -e defendimus. castit. 1, 4 prima species *sanctificationis* est virginitas a -e, secunda virginitas a ⌞secunda -e⌟, id est a lavacro (⌞ ⌟ *pertinet ad p. 143, 40sqq.*). IREN. 3, 12, 3 a -e clodus. RVFIN. Adamant. 1, 9 a prima -e usque ad senectutem. PS. AVG. quaest. test. 29 octavo die a -e *circumcidere.* MARCELL. chron. II p. 93, 484, 3 adulescentis vitam a -e sua sine ullo sermone ducentis. GREG. M. moral. 19, 19 (*in imag.*) parvula ... tunc erat *ecclesia,* cum a -e recens verbum vitae praedicare non poterat. DIFF. ed. Uhlfelder 7 asper ad tempus, ferox a -e (natura *sim. var. l.; nisi ad IB1b*). *al.* ② *gen. -is pendet e subst.* (*cf. p. 143, 51. 58*): VET. LAT. Iudith 12, 18 (cod. 130. *al.*) magnificata est anima mea ... hodie super omnes d i e s -is meae ([*cod. 109* vit(a)e meae *sec. var. l. gr., 151 et Vulg.* diebus meis]. GAVDENT. serm. 11, 18 *qui* non circumciderit octava die -is ... masculum [*cf. l. 59 et* AVG. bapt. 4, 24, 31 octavo suae -is d.]. *de gen. v. vol. V 1, 1061, 16sq.*). CIL II 4414 (*saec. II/III*) *filiae* defunctae a n n o s(uae) -is XVIII me(n)s(e) VII *eqs.* (HIER. chron. a. Abr. 835 a primo a. -is Abraham. 2388 post quintum -is suae a. luminibus orbatus).

(II) *Christi dei filii in Bethleem* (*huc spectat sec. fidem Christ.* VET. LAT. Is. 53, 8 [Tert. adv. Iud. 13, 22. *al.*] -em eius quis enarrabit? [*gr.* γενεάν, *cod. 108. al. et Vulg.* generationem]; *-s inducitur ut* secunda *in doctrina christ. p. 142, 13sq.* [*opp.* prima, *sc. ex deo patre, e. g. p. 142, 12*]): Ⓐ *exempla varia* (*de loco novi test., ubi de -e agitur, l. 37; de dogmate -is l. 36*): TERT. bapt. 13, 2 credentibus in -em, passionem resurrectionemque eius. carn. 1, 2 Marcion, ut carnem Christi negaret, negavit etiam -em *eqs.* 19, 4 ex concubitu -em domini negatam. adv. Iud. 9, 9 -is n o v a e ([*ad Is. 7, 14* virgo concipiet in utero et pariet filium]. SACR. Gelas. 6 ut unigeniti tui n. per carnem -s liberet *nos. al.*). adv. Marc. 3, 11, 6 turpissimum ... dei ... v e r a -s (HIL. trin. 1, 16 l. 18. 12, 10 l. 5). 5, 9, 7 *euangelia* nocturna -e declarantia dominum. NOVATIAN. trin. 15, 2 *haeretici et* Iudaei c a r n a l e m solam esse Christi -em tenentes (RVFIN. hist. 1, 4, 1 AVG. civ. 22, 30 p. 635, 11. *al., e. g. l. 68*). 23, 5 h u m a n a m illi *Christo sociaverunt* ... -em (CHROMAT. in Matth. prol. 5 SALV. gub. 6, 26. *al.*). LACT. inst. 4, 9, 4 dixi de -e prima, *sc. ex deo patre,* breviter ...; nunc de s e c u n d a -e ... latius disserendum est (4, 15, 1 de s. -e ..., qua se hominibus in carne monstravit. *al.; cf. l. 68. p. 143, 21. 23. 40sqq. nec non l. 70*). HIL. in Matth. 1, 2 in procreatione c o r p o r e a e -is aeternam significantiam comprehendi (GAVDENT. serm. 19, 31. CHROMAT. in Matth. 2, 1 *Matthaeus et Lucas euangelium* a c. domini -e coeperunt, Iohannes autem a divina -e eius sumpsit exordium. *al.*). in psalm. 2, 28 novam hanc ... temporariae ... -is *discernere* ... ab ea, quae ante tempora est, generationem. trin. 1, 16 l. 14 -em negantes creationem solam professi sunt. 6, 9 l. 36 non est ... secundum humanarum -um prolationes dei, *sc. Christi,* -s aestimanda. 12, 50 l. 10 *ut* -s, *sc. ex Maria,* veritatem generationis ostenderet et factura unius ex uno -em protestaretur. GAVDENT. serm. 19, 6 -s c a r n i s hominem monstrat, deum probat inusitatus virginis partus (PRAEF. bibl. monarch. in Marc. p. 172, 6. *cf. supra p. 140, 25*). AMBROSIAST. in Rom. 1, 3, 3 qui *Christus* ab humanae legis -e distaret. HIER. tract. p. 521 l. 145 vultis scire, quomodo ... post -em *Christi* mater ipsa sit virgo (*antea*: post nationem). AVG. in psalm. 92, 6 l. 61 d i e m -is domini (*de die festo ut*: quaest. hept. 2, 90 l. 1582 paschae observatio et d. ecclesiis notissimus -is eius *Christi.* serm. 380, 1 quoniam d. -is domini octavo calendarum Ianuariarum die consensus tradit ecclesiae, restat ut hodiernus dies -is Iohannis intelligatur. GREG. TVR. Franc. 8, 4 LEX Visig. 2, 1, 12. *cf. l. 39. p. 141, 6*). EVOD. Aug. epist. 161, 3 quod in illa conceptione et -e factum est, mirabile est (*postea*: de eius c. et generatione). EPIST. pontif. 386 Conc.[S] I 2 p. 88, 23 *in synodo* regis aeterni sacrilegis verborum iaculis -s adpetita (*p. 89, 38* Christi ... natale secundum carnem). LVP. epist. 1. 7 *vigiliis natalis domini* -is lectiones legendae sunt (*cf. p. 141, 49*). SACR. Leon. 1240 (*sim.* Gelas. 12) -is domini nostri ... s o l l e m n i a (Greg. 156, 2 in -is eius s. *cf.* sollemnitas -is *p. 141, 47 et* GREG. M. epist. 8, 29 l. 32 in s. ... dominicae -is). *al.* Ⓑ *in indicando tempore rerum gestarum sim.*: TERT. adv. Iud. 8, 16 *Augustus* supervixit p o s t -em Christi annis XVI (SVLP. SEV. chron. 2, 27, 4 p. -em domini. OROS. hist. 5, 1, 12 p. imperium Caesaris -emque Christi. IORD. Rom. 13 p. -em Abrahae). LIB. gener. a. 334 chron. I p. 131, 147 ab Ezdra u s q u e a d -em C h r i s t i (HIER. chron. a. Abr. 2016 ab Abraham. AVG. civ. 18, 45 p. 325, 7. SVLP. SEV. chron. 2, 25, 5 u. ad C. -em rerum ordinem digeremus. PROSP. chron. I p. 408, 361. *cf.* u. ad -em domini: PS. AVG. quaest. test. 44, 14 [*iuxta* passionem]. ADDIT. Prosp. chron. I p. 497. FAST. Vind. II chron. I p. 278, 74 a ... Caesare). HIER. chron. a. Abr. 1983 (= PROSP. chron. I p. 405, 335) *Herodis* tempore ⸢Christi⸣ -e vicina. *sim. al.*

**β** *translate vel allegorice fere in doctrina christ.; spectat ad -em*: ① *Christi* (*cf.* TERT. apol. 21, 9 *filii dei* prius substantiam edisseram et ita -is qualitas intellegetur): Ⓐ *-e fit homo* (*sc. in allegoria ex Ioh. 1, 14 pendente, quae ad p. 141, 72sqq. pertinet*): TERT. adv. Prax. 7, 1 'fiat lux' (*gen. 1, 3*): haec est -s perfecta s e r m o n i s, dum ex deo procedit (NOVATIAN. trin. 21, 12 qui *s.* dei exutus est carnem ..., quoniam in -e fuerat indutus. 31, 2 cuius *s.* sacrae et divinae -is arcana). HIL. trin. 11, 16 l. 10 in v e r b i dei -e (AVG. serm. ed. Mai 18, 3 -es ... v., *sc. Christi,* et vocis, *sc. Iohannis baptistae.* AVELL. 132, 8 dei v. -em secundum carnem. *al.; cf.* CONC.[S] IV 1 p. 61, 23 [= AVELL. 83, 162] duas -es deus verbum non sustinuit, unam quidem ante saecula, alteram autem in posterioribus temporibus. ALC. AVIT. epist. 22 verbum dei, quod caro factum est, ut per -em corporis habitaret in nobis. *al.*). *al.* Ⓑ *-e prodit ex deo patre* (*-s inducitur ut* spiritalis *l. 68. p. 143, 22. al. [distinguas p. 143, 60]; creatio pro -e praesumitur p. 143, 1*): NOVATIAN. trin. 31, 16 ex eo, qui originem non habet, *sc. a deo patre,* principium -is ante omne tempus accepit. LACT. inst. 4, 7, 1 cuius p r i m a -s ... antecesserit mundum (4, 13, 3 in p. ... -e spiritali ἀμήτωρ fuit; ... in secunda vero carnali ἀπάτωρ fuit. ZENO 1, 54, 2 [*v. p. 143, 21*]. *al., e. g. p. 143, 22*). 4, 8, 2 *Christus,* cum esset a principio filius dei, regeneratus est denuo secundum carnem; quae d u p l e x -s eius magnum intulit humanis pectoribus errorem (CASSIAN. c. Nest. 7, 14, 5. *cf. p. 143, 20sqq. et* AVG. serm. 214, 6 Rev. Bénéd. 72, 1962, 17 l. 121 utraque. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 2, 4 gemina). HIL. coll. antiar. p. 44, 5 ad v e r a m ... ex deo patre unigeniti dei -em (FVLG. RVSP. c. Arian. 1 l. 16 vera patris generatio et v. filii -s. *al.*). c. Const. 12 *non* de deo posse existere

*[Reineke]*

generationem, sed esse Christum creaturam; ita, quod creatus est, id ei -s deputaretur *ab eis, qui anomoeousion Christum affirmant.* 22 *Christum* negas filium per -em. syn. 17 naturae ex natura gignente -s (*opp.* creatio). 20 diversitatem paternae naturae -s naturalis non recipit (FVLG. RVSP. epist. 8, 11). 84 natus esse de substantia patris filius, non factus praedicatur, ne -s divinitatis factura sit creationis. trin. 1, 34 l. 17 ad aeternae -is complectendam intellegentiam humana mens ... deficitur (12, 21 l. 11 ab aeterno auctore a. -s est. AVG. in euang. Ioh. 54, 7 l. 37 quia a. est ipsa -s, numquam non fuit filius. *al.*). 3, 11 hic ... verus est filius origine, non adoptione, ... -e, non creatione. 7, 26 l. 14 -is hoc sacramentum est, ut pater et filius in unitate naturae sint; ... non habet ... -s novam externamque naturam. 7, 39 l. 32 naturam dei non degenerat -s *eqs.* 9, 51 credendus est pater in filio et filius in patre per naturae unitatem, ... per -is generationem. 10, 54 intemporalis illius -is sacramentum (12, 26 [*postea*: aliquid in naturis terrenis ante tempora natum esse non convenit]. CHROMAT. in Matth. prol. 5). 12, 21 ubi auctor aeternus est, ibi et -is aeternitas est. 12, 25 ab eo ... esse, id est a patre esse, -s est. 12, 36 l. 14 *ne quis* ad subiciendam tempori -em infinitam deputaret (12, 38 quo se extendere ultra i. unigeniti dei -em humanae intellegentiae sensus permittitur? 12, 47 l. 11 [*opp.* creatio]). ZENO 1, 54, 2 duas -es esse ... Christi ...: unam ..., alteram ...; prima ... -s, ... secunda vero carnalis *eqs.* (2, 8, 2 unam, qua natus est, alteram, qua renatus; sed sicut est spiritalis prima sine matre, ita sine patre secunda carnalis. AVG. in euang. Ioh. 12, 8 d. -es Christi intelleguntur, una divina, altera humana, ... illa sine matre, ista sine patre. *al.; cf. l. 53sqq.*). FAVSTIN. trin. 2, 1 *non* potes et filium eum *Christum* dicere et creaturam; filius enim ex -e consistit, creatura vero ex factura. HIER. in Ier. 6, 22, 8 ('creavit dominus salutem novam') notandum, quod -s salvatoris atque conceptus dei creatio nuncupatur. RVFIN. Orig. princ. 1, 2, 10 p. 42, 26 ne videatur ... anterior esse in deo omnipotentis appellatio -e sapientiae (*sc. filii dei*), per quam pater vocatur. AVG. in euang. Ioh. 54, 8 l. 24 -is eius *veritatis* aeternitatem. serm. 215, 3 Rev. Bénéd. 68, 1958, 19 l. 34 -em ... dei ex deo nec cogitare poteris nec narrare; credere tantum tibi permittitur; ... si vero -em eius secundum carnem ... scire desideras. QVODV. symb. 1, 3, 16 divinam illam -em, qua filius processit ex patre (CHROMAT. in Matth. 2, 1. *al., e. g. l. 24. p. 142, 57*). *et saepe* (*maxime apud* HIL. trin.).

(II) *fidelium (martyrum), sc. -e fidem assumunt, fiunt filii dei, baptismate regenerantur (quo pertinet locut.* -s secunda *l. 40sqq.) vel qua resurgunt ex mortuis* (*quo pertinet locut.* -s tertia *l. 72sqq.*): TERT. anim. 41, 4 *anima* reformata per secundam -em ex aqua et superna virtute, ... excipitur ... a spiritu sancto sicut in pristina -e a spiritu profano (CYPR. ad Donat. 4 in novum me hominem -s s. reparavit. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 8, 1 dimissionem peccatorum et s. -em. NOVATIAN. trin. 29, 16 qui *spiritus* operatur aquis s. -em. GAVDENT. serm. 20, 2 *esse* tres ... -es ...: una carnalis est ...; duae spiritales sunt ...; prima, qua creamur *in vitam mundanam* ..., s., qua regeneramur in baptismo ... ad iustitiae veritatem. *et saepe*). carn. 17, 2 nove, *sc. a virgine,* nasci debebat novae -is dedicator (17, 3 haec est -s n., dum homo nascitur in deo. HIL. in Matth. 24, 2 [*ad 23, 8*] *omnes esse* filios parentis unius et per n. -is generationem *terrenum ortum* ... excessisse. in psalm. 63, 7 *hominem* nondum doctrinis spiritalibus eruditum ..., sed ... ex n. -is infantia tenerum. 91, 9 n. -is sacramentum. GREG. M. moral. 4, 46 illa n. -s resurrectionis. *al.; cf. p. 140, 34sqq.*). castit. 5, 4 duarum -um unum est monogamiae praescriptum, *sc. in Adam et Eva et in ecclesia et Christo* (AVG. in euang. Ioh. 11, 6 *sunt* d. -es ...: una est de terra, alia de caelo, ... una est de masculo et femina, alia de deo et ecclesia. FAVST. REI. grat. 1, 2 p. 12, 10 d. esse -es, de quarum una peccatum ex generantis voluptate transmittitur, ex alia *eqs.*). CYPR. domin. orat. 9 *homo baptismo* contestetur ... inter prima statim -is suae verba renuntiasse se terreno ... patri *eqs.* 10 gratiae spiritalis -e reparati filii dei esse coeperunt. eleem. 25 -e spiritali ... dei filium fieri (FIRMIL. Cypr. epist. 75, 8, 1 OPTAT. 1, 3, 2 HIER. Victorin. Poetov. in apoc. 21, 2. *al., e. g. l. 45; distinguas p. 142, 64*). patient. 5 caelesti -e reparatos (PONT. vita Cypr. 2, 1 a principio fidei et -e c.? CHROMAT. in Matth. 18, 1, 3 per c. -em in spiritalem sumus demutati naturam. PS. PROSP. vocat. gent. 1, 23, 48 [*spectat ad Eph. 2, 4sq.*] *homines,* qui -e c. conduntur in Christo. *al.*). LACT. inst. 3, 30, 8 qui vult sapiens ac beatus esse, ... sacramentum -is suae norit *eqs.* (AVG. in epist. Ioh. 5, 6 accepit s. -is ... baptizatus. *addas l. 52*). HIL. in psalm. 14, 14 in regenerationis nostrae -e ... renuntiantes diabolo *eqs.* (AVG. serm. 4, 14 mundati a peccatis per -em r. SACR. Greg. 78 [336 D.] *salutem* caelestis r. -e in sacramento sunt baptismatis adepturi). OPTAT. 5, 1, 11 baptisma ... esse ... -em immortalem. GAVDENT. serm. 20, 2 (*antea l. 44*) *-s* tertia, qua ... martyres ob confessionem nominis Christi ... nascuntur ad regnum (RVFIN. patr. 2, 27 l. 29 prima ... -s secundum carnem fuit et secunda ex conversione sive per baptismum; t. est et haec, quae et ipsa regeneratio dicitur, quae est ex mortuis resurrectio). EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Petr. 1, 23 p. 18, 7 haec ... -s in incorruptibili semine, *sc. verbi dei viventis,* consistit. *al.*

**b** *creatio, conditio a deo peracta, sive ortus potius sponte factus* (*cf.* HIER. in Eph. 4, 23 p. 509$^{A}$ [*ad 4, 24* induite novum hominem, qui secundum deum creatus est] creatio apud nos generatio vel -s dicitur, apud Graecos vero ... verbum facturae et conditionis accipitur. *v. etiam sub 2b, ubi afferimus exempla generalia*); *agitur de -e*: **α** *hominum* (*diaboli* AMBR.): VET. LAT. gen. 5, 1 (Aug. civ. 15, 21) liber -is hominum ([*cod. 91. al.* originis, *Vulg.* generationis]. II Macc. 7, 23 [rec. L, *sim. al.*] creator, qui formavit hominis -em quique omnium scrutatur originem [rec. P fincxit h. -em et universorum s. -em; *recc. B, M* fecit hominem *eqs.; an ad B1?*]. ARNOB. nat. 2, 52 p. 126, 13 ut ... *non* ad deum ... -is eorum *h.* referatur auctoritas. HILARIAN. pasch. 3 h., qui primo fictus est). AMBR. parad. 8, 40 debuit ... bonus deus prohibere -em eius *operatoris mali* (*postea*: sive geniti sive non geniti ... operatoris). MANICH. Aug. c. epist. fund. 12 cuius modi sit -s Adae et Evae, utrum verbo sint idem prolati an progeniti ex corpore (*postea*: generatione). EVSTATH. Basil. hex. 9, 6, 4 humanae -is. FAVST. REI. grat. 1, 2 p. 13, 12 in ... -e et creatione *Adam et Evae.* ISID. alleg. 240 genus humanum a -e, id est a primo homine, errorum tenebris vitiatum. *al.* *modus in fabula traditus*: ARNOB. nat. 5, 8 p. 259, 5 homines ex illo *Deucalionis* lapidum iactu -is suae originem ducere (*an ad C?*). **β** *animalium*: PS. HIER. in Rom. 80 *ut* cetera animalia de terra habent -em, ita et nos corpus. EVSTATH. Basil. hex. 3, 5, 10 animalium. 8, 2, 13 ex elemento maris avibus ... -em tribuit *deus.*

**c** *generatio, sc. a parentibus, coeuntibus peracta* (*hucine p. 141, 14? arcuimus p. 142, 4. 143, 55*): VET. LAT. sap. 14, 26 animarum inquinatio, -is inmutatio (*gr.* γενέσεως ἐναλλαγή). RVFIN. hist. 3, 27, 2 *Ebionitae Christum* putant ... communi ... -e ex viro et femina procreatum (*gr.* ἐξ ἀνδρός τε κοινωνίας καὶ τῆς Μαρίας γεγεννημένον). ROMVL. fab. 32 praef. rec. gall. bonitas parentes facit, non ... -s. NOVELL. Iust. 21 pr. tamquam non ... serviat -i *femininum genus* (*gr.* τῇ γενεσιουργίᾳ).

**d** *conceptio, sc. a parte concepti* (*quae disting. supra p. 141, 2. 142, 34*): AVG. epist. 187, 33 (*antea*: iam esse natum hominem, etiam cum adhuc est in utero matris, *sc. coll. Matth. 1, 20, v. et l. 38*) numquidnam huic -i accedit secunda -s? *ibid. usu communi* eam ... conputans primam -em, quae fit ex matre pariente, non concipiente ...; illa -e non computata, quae gravidam facit. GREG. M. moral. 29, 36 ipsa quoque conceptio -s dicitur iuxta hoc (*seq. Matth. 1, 20*).

**2** *res; respiciuntur*: **a** *quaelibet, sc. fere incorporalia* (*aliter maxime l. 42; addidimus exempla potius generalia; evanido respectu dei vel hominis efficientis sim. praeter* MIN. FEL. *et fort. l. 45sqq.*): MIN. FEL. 24, 7 *deus* lapideus caeditur, scalpitur ... nec sentit suae -is iniuriam (*antea*: ut deum faceret *artifex*). TER. MAVR. 408 (*agitur de diphthongis in* ωὗτός *et* ηὗδα) *non* prima longis, *sc. vocalibus,* *v* dedit -s, utriusque verum origo iure diphthongos, *sc. αυ,* fuit. NOVATIAN. trin. 4, 7 quae (*n. pl.*) nec -em habent nec artificem. HIL. trin. 7, 29 l. 13 cum accenso lumine ex lumine per quendam quasi -is profectum naturae nulla desectio sit (*eodem modo explicatur filium dei a patre incorrupto prodire*: VICT. VIT. 2, 74 lumine ... per quandam generationis -em exorto ipsa luminis origo *non minuitur.* VIGIL. THAPS. c. Arian. 3, 7 per quandam profectūs -em). PS. AVG. categ. 21, 170 *unum immutationis genus fit* ex non subiecto in subiectum, ut est ortus vel -s, quam Graeci γένεσιν vocant (*opp.* interitus vel corruptio). BACHIAR. repar. laps. 13 luxuria atque ebrietas quaedam sibi in vitiorum -e germanitas est. EVSTATH. Basil. hex. 2, 4, 13 in -bus ... non ex contrariis, sed ex similibus res unaquaeque succedit. *al.*

**b** *mundus vel ad eum pertinentia, sive a deo creata sive respectu creatoris evanescente* (*e. g. l. 59. 65; respic. mundus a deo renovatus l. 73; in titulo primi libri vet. test. l. 64; cf. 1b*): TERT. spect. 30, 2 *in die iudicii* tanta saeculi vetustas et tot eius -es, *sc. sec. Stoicos post ecpyroses iteratas,* uno igni haurientur. ARNOB. nat. 1, 38 p. 33, 6 qui *Christus docuit,* quo auctore, quo patre mundus iste sit constitutus ...; -is eius *mundi* exprompsit genus. EVSEB. ad Paul. vers. *β* 7 l. 42 uniuscuiusque creaturae ex eius voluntate -em. PS. HIL. libell. 4 p. 74, 5 ex quo mundus geniturae suae, id est -is, initium sumpsit (*syn.* fabricam). ZENO 2, 4, 1 -is Moysei librum lectitando. PS. PHILO antiq. 32, 7 ⌊ex⌋ -e s(a)eculi (*i. inde a*). AMBR. hex. 1, 10, 36 (*ad gen. 1, 5*) *deus* ut praerogativam et primatus -is diei daret, prius finem diei significavit *eqs.* (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 2, 8, 3 -is diurnae privilegia). CONC.$^{S}$ I 5 p. 345, 21 omnium -is auctor (*gr. I 1, 4 p. 52, 5* γενεσιουργός). EVSTATH. Basil. hex. 2, 2, 8 *deus volens* in -em producere, quae non erant (*vix ad I*). 3, 4, 9 *firmamentum* de aquarum communium editione -em creditur habuisse. 4, 5, 2 -e solis anteriorem telluris ariditatem creator instituit. CASSIOD. hist. 1, 14, 18 creatus mundus novellam habet substantiae recentemque -em *a deo.* *al.*

**c** *naturalia varia, sc. corporalia vel corporis hominis propria, quae oriuntur, proveniunt naturali modo*: **α** *herbae, fructus*: ZENO

[Reineke]

1, 33, 1 *paschali die* diversis floribus ... una -e diffusis (*allegorice explicat* 1, 33, 2 *ex sacro fonte baptismatis* una -e ecclesiae flores ... *et* funduntur infantes). AMBROSIAST. in I Cor. 6, 13 destructio ventris est, cum edendi cessat officium, escae vero destructio ..., quando steterit -s. PS. APVL. Ascl. 27 mundus tributor est ... alternationis partuum naturalium, fructuum -is, augmentorum et maturitatis. PS. AVG. quaest. test. 106, 12 *sol et luna* ad conceptum et -em pertinent eorum, quae gignuntur in mundo. **β** *luna, quae conspicientibus crescere vid.* (*nisi de ipsa luna crescente, ut ad B2b pertineat*): HILARIAN. pasch. 8 transactis duodecim lunis, id est ... mensibus, apparuit -s eiusdem lunae (COMPVT. Carth. 2, 17 l. ... -is fulget aspectus). **γ** *dentes, capilli*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 70 quo *tempore* dentium -es habentur. ORIBAS. syn. 5, 46, 10 Ab p. 82 -em capilli cito gignuntur (*La* capilli nascuntur citius; *gr.* γένεσις ... τῶν τριχῶν). **δ** *morbi sim.*: CASS. FEL. 22, 2 in ipso initio suae, *sc. carbunculi,* -is. ORIBAS. syn. 6, 24, 1 Aa p. 17, 2 -es *aegritudinum.* 8, 16, 1 La p. 224 a plenitudinem habent -em *quidam spasmi* ([*Aa* fit]. ALEX. TRALL. 1, 124 [cod. Oxon.] *parotides* ex melancholico humore -em h. 3, 2 [codd. Andecav., Oxon.] communem. *cf. p. 144, 23. 71 nec non p. 78, 55*). ALEX. TRALL. 2, 235 *podagra* propter varietatem -is eius neque cognosci ... neque curari potest (*et bis ibid., ubi var. l. plur.* -es, *v. Langslow, The Latin Alex. Trall., 2006, 168 adn. 220 sq.*).

**B** *quod nascitur vel natum est, progenies sim.* (*respiciuntur creata maxime p. 146, 5. 25; cf.* GLOSS. II 262, 11 γενεά: saeculum, generatio, natio, -s, propagatio, progenies. 262, 28 γέννημα: -s): **1** *de animantibus*: **a** *de hominibus* (*fetu l. 59, gigantibus l. 55*): **α** *de toto hominum genere vel de generatione, quae quadam aetate vivit, vel de hominum genere nexu religionis constituto*: TERT. anim. 28, 1 *Moyses* decursus generis humani ab exordio mundi ... per singulas -es nominatim temporatimque digessit. VET. LAT. deut. 29, 22 (cod. 100) -s alia, fili vestri, qui resurgent post vos (*gr. 29, 21* γενεά, *Vulg.* generatio). psalm. 70, 18 (Tert. adv. Prax. 11) donec annuntiem bracchium tuum, *domine,* -i universae venturae (*gr.* γενεᾷ, *cod. 300. al. et Vulg.* generationi). sap. 14, 6 spes ... ad ratem *Noe* confugiens remisit saeculo semen -is. CYPR. Demetr. 4, 2 in ortu adhuc suo ad finem, *i. mortem,* -s properat (*postea*: quodcumque nunc nascitur). PS. CYPR. mont. 3, 3 (*ad gen. 25, 23* duo populi ... dividentur) *praefiguratur* partem populi ... Iudaeorum ... separari a -em ecclesiae (*cf. l. 41. 47 et* AMBROSIAST. in Gal. 4, 24, 1 [*ad gen. 16*] Iudaeorum ... -em [*opp.* Christianorum]). OPTAT. 7, 7, 3 (*agitur de Cain et Abel*) inter ipsa principia saeculorum, dum hominum esset renovellata -s. FVLG. aet. mund. p. 143, 3 quae ... similia in his *exemplis Abrahae et Iob* humana -s quaerit. AVG. in psalm. 38, 1 secundum hominum priscam -em (*sc. Hebraeos?*). COMM. instr. 1, 35, 4 *Adam,* dux -is. *pendet numerus ordinalis*: TERT. adv. Marc. 4, 27, 8 *deum* delicta patrum de filiis exigentem usque in quartam -em (*spectat ad exod. 20, 5, ubi Vulg.* generationem). RVFIN. Orig. in exod. 2, 3 p. 158, 6 (*ad 1, 22*) *Pharaonis ministri* primae ... -i nostrorum insidiantes. ALC. AVIT. epist. 22 p. 54, 35 sq. quem *usum ferri* in perniciem hominis malitia primae -is (*sc. genus hominum sub lege vetere vivens*) armaverat, ad usus salutis ... -s secunda (*sc. Christiani*) convertat. **β** *exempla varia*: HIL. trin. 12, 12 factura ... opera creaturarum sunt, non generationis -s; non enim caelum filius ... aut mundus -s est. SCHOL. Iuv. 9, 84, 3 -bus *patrem gaudere.* AMBROSIAST. in Rom. 5, 20, $2^{b}$ -s interit, nisi nutrimenta habeat (*simul vergit ad 2*). HIER. nom. hebr. p. 65, 17 Ninivitae: -s pulchritudinis aut speciosi (*subest hebr.* נִין *et* נָאוֶה, *cf. ibid. e. g. p. 9, 5* Ninive ... germen pulchritudinis). PS. HIER. indic. de haer. 22 transgressores angeli *coeuntes* ... fecerunt ... nocivam gigantum -em. RVFIN. Orig. in Rom. 2, 10 l. 298 (*ad II reg. 12, 14 sqq.*) prima eius *David* -s et fructus extinguitur, ut secunda progenie ... nasceretur *Salomon.* PS. AVG. quaest. test. 21 ut per eam *mulierem* -s oreretur. CANON. Turner I 2, 1 p. 341, 35 quibus, *sc. utero et ventre,* -s formari consuevit (*item de fetu*: CAEL. AVR. gyn. 1, 50 portentuosa ... -s [*gr. p. 27, 35* τὸ γενώμενον]). NOVELL. Iust. 18, 4 pr. neque ... masculus ipse in se neque femina solum ad -is propagationem *sufficit.* *al.* *translate de homine fideli filio dei* (*cf. p. 143, 37*): EVSEB. EMES. serm. 3, 5 omnis homo, qui progenies Adae est et non -s dei, peccatis subiacet.

**b** *de Christo filio dei* (*homine facto l. 74; de sapientia l. 71*): VET. LAT. I Ioh. 5, 18 (cod. 67. *al.*) omnis, qui natus est ex deo, non peccat, sed -s dei conservat eum *eqs.* ([*gr.* ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ θεοῦ, *ubi* ἡ γέννησις *var. l.*; cod. 64 -s ex deo, *Vulg.* generatio]. HIL. trin. 5, 37 l. 11. *ibid.* l. 24 ex incorporali et indemutabili deo incorporalis et indemutabilis d. perfecta -s. *cf. l. 64*). PHOEBAD. c. Arian. 17 l. 28 recte *dicitur* ... ex ipso et in ipso creata sapientia, ex quo effulsit ab eo unigenita et beata -s (*antea: sapientiam* Christum esse defendimus). HIL. syn. 69 *filius dei* non est ex nihilo, sed -s est (*postea*: filius). trin. 12, 7 l. 10 (*opp.* creatio; *postea*: filius ..., non creatura). CONC.$^{S}$ II 3, 1 p. 222, 14 ut -em ex beata virgine factam filium ... voces (*gr. I 1, 7 p. 106, 18* τὴν γένεσιν ... υἱοῦ [υἱόν *var. l.*]). *al.*

**c** *de animalibus* (*creatis* EVSTATH.): RVFIN. Basil. reg. 2, 41 universitatem terrae ac -es eius animantium ... nostris ... usibus *deputatas.* Orig. in num. 14, 2 p. 124, 20 qui *angeli* praesint animalium -i, virgultorum plantationumque et ceteris ruralibus incrementis. EVSTATH. Basil. hex. 9, 3, 3 *animarum* (*i. animalium*) ⌊singularum ... -bus⌋ morum etiam qualitates aptatae sunt (⌊ ⌋ *gr.* ἐκτίσθη).

**2** *de rebus* (*spiritalibus l. 27*): **a** *de frugibus vel proventu agri, vineae* (*c. acumine de proventu parvo l. 18*): VET. LAT. exod. 23, 16 (Rufin. Orig. in lev. 9, 5) *cum* congregaveris -es ex agro tuo (*gr.* τῶν ἔργων, *Vulg.* fruges). lev. 26, 4 (Rufin. *ibid.* 16, 3) *dabit terra* -es suas (*gr.* τὰ γενήματα, *cod. 100* fructus, *Vulg.* germen). psalm. 106, 37 (cod. 303. *al. et* VVLG.) plantaverunt vineas et fecerunt fructus -is ([*gr.* καρπὸν γενήματος, *cod. 189* germinis, *300* frumenti]. sap. 16, 26 non -is f. pascunt homines, sed sermo *dei* [-es fructuum *var. l. sec. gr.* αἱ γενέσεις τῶν καρπῶν, *ceterum* generationum, nationum]. *cf. p. 145, 6 et* CASSIOD. Ios. antiq. 4, 233 [*spectat ad deut. 25, 4*] *iniustum est,* ut, qui *boves* ... circa -em eius *fructus* fatigati sunt, participare prohibeantur). thren. 4, 9 (Ambr. in psalm. 118 serm. 9, 5, 2) compuncti a -e agrorum (*gr.* γενημάτων, *Vulg.* ab sterilitate terrae). Hab. 3, 17 (Aug. civ. 18, 32) non erunt -es in vineis (*gr.* γενήματα, *cod. 176* generatio, *Hier. ad loc. l. 1145* germina, *Vulg.* germen). ENNOD. opusc. 3, 187 p. 379, 21 uberem ... -em. CASSIOD. var. 12, 22, 7. GREG. M. epist. 1, 70 l. 19 tantum hic parva -s fuit, ut ... fames ... immineat. *huc fort. pertinet*: EVSEB. EMES. serm. 25, 24 (*ad gen. 41, 1 sqq.*) per opera boum nascuntur spicae ... et spicae boum -es *sunt.* **b** *variis* (*hucine p. 145, 8 sqq.?*): PS. CYPR. adv. Iud. 4, 3 conmota est omnis -s in domini passione, populus *Iudaeorum* mansit immobilis sine trepidatione (*antea*: omnis creatura; *postea*: elementa). CONC.$^{S}$ I 3 Rustic. p. 165, 13 tuus sermo -s est tuae mentis (vers. Tur. -is, *gr. I 1, 2 p. 77, 27* γέννημα).

**C** *tempus nascendi, oriendi* (*cf.* dies -is *p. 141, 6. 65. 142, 28,* hora -is *p. 141, 29, locut. c. praepos. p. 141, 51 sqq.*): **1** *apud astrologos de genitura, sc. sive de hora nascendi vel siderum positione eiusdem horae, sive de ipso fato, horoscopo*: TERT. idol. 9, 4 *astrologia* usque ad euangelium fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde -em alicuius de caelo interpretetur. PORPH. Hor. carm. 2, 17, 17 horoscopum -is meae. SCHOL. Pers. 5, 45, 2 qui *astrologi* dicunt -es hominum in sideribus constare ([5, 45, 3 genesim in -bus nostris]. HIER. hom. Orig. in Ezech. 1, 10 p. 333, 26. ANON. de philos. et part. l. 179 siderum ... cursu -es h. et mores praedicere [*inde* ISID. orig. 3, 27, 2]. *cf. infra l. 41*). AMBR. hex. 4, 4, 13 necessitati -is suae respondere. *ibid. latro cum Christo crucifixus* non beneficio -is suae, sed fidei confessione ad *paradisum* ... transivit. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 5, 2 Chaldaeorum astronomia et -es humanae astrorum ... cursibus ponderatae (*Migne gr. 36, 340$^{A}$* γενεθλιαλογία). AVG. civ. 5, 5 p. 197, 30 non mutat fata -is voluntas viventium? 5, 7 p. 199, 22 in eius -e non fuerat. CONSVLT. Zacch. 1, 29, 2 quod futurum ei statuta propriae -is adfixerint. PRAEC. canon. Ptol. 73 in diurna -e (*opp.* in nocturna). *al.* *huc fort. pertinet*: VET. LAT. Iac. 3, 6 (cod. 66. *al.* = VVLG.) *lingua* inflammat rotam -is nostrae, *i. vitae nostrae cursum corrumpit* (PARTHEN. epist. p. 4 -is r. currente. *v. vol. VI 2, 1826, 42 sqq. et Burchard, Der Jakobusbrief, 2000, 144 sqq.*). **2** *de die festo natali, anniversario* (*cf. p. 141, 7. 142, 29. 39*): *cuiuslibet*: RVFIN. Orig. in lev. 8, 3 p. 396, 25 soli peccatores super ... -e laetantur (*antea*: in die natalis). *Iohannis baptistae vel Christi (spectat ad resurrectionem l. 54) vel Mariae* (*cf. Stuiber, RAC IX 239 sq.*): COMPVT. Carth. 2, 15 p. 295, 7 ut in his viginti novem diebus pascalis -s retegatur. SACR. Leon. 238 (= Greg. 125, 2, *sim.* Gelas. 903) *Iohannis* -em honore debito celebrantes. 694 *Stephanus* -em filii tui ... passionis suae festivitate subsequitur. 1242 (= Greg. 6, 5) -em ... Iesu Christi ... frequentare. 1243 qui de -e ... tui filii gloriantur (*sim.* app. 1358 de ventura -e. Gelas. 25. Greg. 9, 2 -e ... g.). app. 1355 -em Christi ... propinquare cernentes. Gelas. 7 (= Greg. 7, 4) munera nostra ... -is hodiernae mysteriis apta perveniant (pro- *Greg.*). Greg. 155 in -e dei genetricis et virginis congregamur. INSCR. christ. Diehl 2030 (*in calendario; saec. VI/VII*) VIII Ka⟨l(endas) Ianua⟩rias ⟨nativi⟩tas *Christi* ... secundum carnem. *al.* (*maxime in* SACR.). **3** *cetera exempla*: TERT. anim. 37, 4 (*de tempore, quo fetus in matre crescit*) cum septimo mense -s plena est facilius quam octavo. VET. LAT. exod. 28, 21 (Aug. quaest. hept. 2, 115) *in vestimentis* lapides sint de nominibus filiorum Israhel ⌊secundum -es eorum⌋ (*sec. var. l. gr.* κατὰ τὰς γενέσεις αὐτῶν [*pro* κ. τὰ ὀνόματα α.], *Vulg.* per duodecim tribus; *explicat Aug. ibid.* secundum ordinem, quo nati sunt. *cf. in eadem re*: VVLG. exod. 8, 10 iuxta ordinem -is eorum). FVLG. aet. mund. p. 176, 22 (*alloq. deum*) quem *Augustum* in tua -e decreveras regem (RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 18, 1 illa in -e Christi parvulorum prima martyria Herodis scelere perpetrata [*Migne gr. 36, 332$^{B}$* περὶ τὴν Χριστοῦ γέννναν]).

**D** *origo, genus, ortus, sc. hominum* (*urbis p. 147, 10; cf.* MAR. VICTORIN. Porph. isag. p. 1, 22 dicitur ... genus ⌊uniuscuiusque -is principi-

*[Reineke]*

um⌋ aut a generante aut ab eo, in quo quis genitus est [⌊ ⌋ *gr.* ἡ ἑκάστου τῆς γενέσεως ἀρχή. *sim.* BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 13 p. 36, 7]):
**1** *respiciuntur parentes, maiores sim.* (*hucine p. 141, 14?*): **a** *cuiuslibet*: **α** *proprie*: TERT. idol. 18, 3 penes nos *Christianos* ... fideli (*subst.*) ... poterit et puerilis praetexta concedi et puerilis stola, -is insignia non potestatis, generis non honoris, ordinis non superstitionis. 18, 9 et -s et substantia tua molestae tibi sunt adversus idolatrian. adv. Marc. 4, 10, 7 talem (*sc. dei et hominis parentum*) ... Castori aut Herculi -em fabulae tradunt. VET. LAT. Ezech. 16, 3 (cod. 176; *propheta ad Hierusalem*) radix tua et -s tua de terra Chanaan, pater tuus Amorreus et mater tua Cethea (*Vulg.* generatio). COD. Iust. 3, 8, 2 (*a. 213*) de -is veritate ... quaeri curae habebit *iudex* ([*antea*: quaestio ... generis]. *in re hereditaria ut*: Theod. 9, 42, 10 de cuius -e minime dubitetur [*antea*: ne quis partum ... vel subpositum arguat vel non subpositum mentiatur]). CLAVD. DON. Aen. 8, 35 p. 119, 14 ('o sate gente deum') quam *salutem tuam* tuetur -s. FVLG. aet. mund. p. 167, 26 ad dedecus ... suae -is (*sc. Romae a Romulo et Remo ex criminosa matre natis fundatae*). PRAEF. bibl. in Rom. p. 38, 1 sic vos de generis nobilitate iactatis, quasi non morum imitatio magis quam carnalis -s filios nos faciat esse sanctorum. PS. AVG. quaest. test. 27, 1 *Samuhel* -e sanctus et vitae operibus iustus (*sc. matri Hannah a deo promissus*). POMER. 2, 11 clerici ..., quos pauperes aut voluntas aut -s fecit. *al.*
**β** *translate vel in imag.* (*cf. p. 145, 62*): HIL. in psalm. 118 nun (= 14) 9 cum domino opum contemptus opulentia est ..., cum domino humilitas cordis generosae et regiae -is ornatus est. ZENO 1, 42, 2 (= 2, 24, 3; *de baptismo*) *novus homo* mutatione morum -is suae nobilitatem ... monstrans. AVG. c. mend. 20, 40 p. 126, 17 (*antea I Ioh. 3, 9* qui natus est ex deo, non peccat) haec -s si sola esset in nobis, nemo peccaret (*nisi ad IA1b*). PS. SVLP. SEV. epist. 2, 14 agnosce te non hominis tantum, sed et dei filiam et divinae -is nobilitate decoratam *eqs.* (*ibid.* caelestis -s).
**b** *in genealogia, recensione proavorum Christi* (*Ioseph et Mariae l. 33; cf.* GLOSS. II 262, 12 γενεαλογία: genealogia, -s): CYPR. patient. 10 ex quo *David* secundum carnem Christi -s oritur. HIL. in Matth. 1, 1 quod ... Ioseph potiusquam Mariae -s recensetur, nihil refert: eadem enim est totius tribus atque una cognatio. HIER. hom. Orig. in Luc. 28 p. 161, 11 non aeque ab euangelistis -is eius ordo narratur ([*gr.* γενεαλογεῖται]. GREG. M. moral. 31, 94 l. 41 humanae -is o.). EVCHER. instr. 1 l. 1028 *Matthaeus* a -e hominis orditur dicens: 'liber generationis Iesu Christi, filii David, filii Abraham' (SACR. Gelas. 303). *al.; cf. etiam* HIER. vir. ill. 9, 1 (*respic. Ioh. 1*) *Iohannes euangelista* compulsus est divinam Christi -em dicere.
**2** *refertur ad locum, ubi quis nascitur* (*iuncturas* terra *vel* locus -is *v. p. 141, 34sqq. et e. g.* RVFIN. hist. 1, 8, 1; *hucine p. 140, 47?*): BACHIAR. fid. l. 10 absit ..., ut apud sanctos viros macula nos terrenae -is inficiat (*sc. ortos ex Hispania haereticorum plena*). HIPPOCR. vict. 2 l. 329 *ovum gallinaceum forte est*, quia -s est animantes (*i.* -tis; *gr. 2, 50* γένεσίς ἐστιν ζῴου). *ibid.* l. 333 *caseus* fortis quidem, quia prope -e(m) est (*gr.* ἔγγιστα γενέσιός ἐστιν). BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 13 p. 36, 14 (*antea*: loci generationem) *ut 'genus'* et multitudinem ... et a generante lineam et loci -em significet (*cf. p. 146, 75sqq.*).
*appendix syntactica et stilistica* (*pleraque pertinent ad IIA*):
**1** *pendent locut. variae indicantes*: **a** *unde quis (quid) vel quo modo nascatur, oriatur sim.*: **α** *iunctura cum praepos.* (*hic illic iuxta adi. vel gen.*): ex: TERT. anim. 41, 4 per ... -em ex aqua et superna virtute. carn. 19, 4 ex concubitu. HIL. coll. antiar. p. 44, 5 veram ... ex deo patre (trin. 6, 14 l. 17 ex d. patre unigeniti dei. 11, 4 naturalis ... -s. *al.*). PS. HIL. libell. p. 77, 22 ex virgine ... secundum hominem Christi -s (AVG. civ. 18, 1 p. 256, 11. *al.*). AVG. in euang. Ioh. 11, 6 ex Adam et Eva. *sim. al.* secundum (*addas l. 56. 67*): CYPR. patient. 10 -em domini s. carnem (RVFIN. Adamant. 2, 19 p. 45, 11. AVG. serm. 215, 3 [*v. p. 143, 33*]. *al.*). EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Petr. 1, 23 p. 17, 31 s. Adam. de: HIER. hom. Orig. in Luc. 10 p. 60, 17 de virgine (AVG. serm. 52, 8. 11). PS. HIER. indic. de haer. 65 Christi de patre -i (FVLG. RVSP. epist. 8, 11 naturalis). AVG. in euang. Ioh. 11, 11 de uteris ancillarum. *ceteris*: TERT. adv. Marc. 3, 15, 1 *quaestio* carnis et per eam *carnem* -is (SACR. Gelas. 6). PELAG. in Rom. 1, 3 p. 9, 1 in carne (CONC.$^{S}$ I 2 p. 54, 6 in Adam). CONC.$^{S}$ I 3 p. 163, 30 ultra consuetam naturam -s Christi. IOH. MAXENT. Conc.$^{S}$ IV 2 p. 8, 8sq. ante saecula a patre secundum divinitatem ..., in novissimis temporibus secundum humanitatem a virgine.
**β** *adi.*: EVSEB. GALLIC. hom. 10, 12 virgineam -em *Christi*. *fort. huc etiam* divina, humana (*cf. bβ*), *v. e. g. l. 36. p. 140, 34. 142, 18. 143, 24.*
**b** *quis (quid) nascatur, oriatur sim.*: **α** *gen. (pro)nominis vel pron. poss.*: *passim inde a* TERT., *nota e. g.* -s hominis, hominum *l. 37. p. 141, 29. 144, 8. al.*, -s carnis (*nisi pro* carnalis) *e. g. p. 142, 24.* **β** *adi.*: diurna *p. 144, 68,* dominica *vol. V 1, 1889, 33sq.,* humana (*cf. aβ*) *e. g. p. 144, 18. 146, 41.*

**2** *accedunt voces affines*: **a** *in iunctura cum gen.*: *gen.* -is *pendet e subst.*: TERT. anim. 19, 8 ab ingressu -is. VET. LAT. sap. 7, 5 -is initium (HIL. trin. 9, 57 AVG. epist. 177, 16 CASS. FEL. 22, 2. *al.*). CYPR. epist. 64, 6, 2 in primo ... ortu (HIER. in Matth. 18, 10 CHROMAT. in Matth. 2, 4). laps. 9 in primo ... exordio (ARNOB. nat. 2, 35 p. 107, 14 CLAVD. DON. Aen. 11, 560 p. 501, 9. *al.*). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 14, 1 regenerationem (IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 52). NOVATIAN. trin. 31, 16 principium. ARNOB. nat. 5, 8 p. 259, 5 originem (INSCR. Année Épigr. 1982 n. 253 [*Anconae; saec. V?*] ab o. -is). HIL. in Matth. 24, 2 generationem (in psalm. 2, 28 trin. 9, 51). trin. 6, 9 l. 36 prolationes. *al.* *subst. (gen.) pendet e* -s: HIL. in psalm. 14, 14 regenerationis (*v. p. 143, 68*). syn. 17 originis (CHROMAT. in Matth. prol. 5). trin. 12, 12 generationis (VICT. VIT. 2, 74. *al.*). AVG. trin. 1, 6, 9 incarnationis. GREG. M. moral. 4, 46 resurrectionis. **b** *iuxta positae*: TERT. nat. 2, 3, 7 generationem ... et -em (HIL. trin. 7, 31 l. 34). VET. LAT. Ezech. 16, 3 (cod. 176) radix. ARNOB. nat. 4, 20 p. 224, 16 -es ortusque (LACT. inst. 2, 8, 44). EVOD. Aug. epist. 161, 3 conceptione (*cf.* PS. AVG. quaest. test. 106, 12 conceptum). SALV. gub. 8, 10 a stirpe ... ac -e. FAVST. REI. grat. 1, 2 p. 13, 12 creatione. *al.*
*compos.*: innativitas. *Reineke.*

**nātīvitus** *adv.* *a* nativus (*cf.* passivitus *a* 2. passivus). *i. q. naturaliter, a natura*: TERT. anim. 12, 1 animum ... non aliud quid intellegimus quam suggestum animae ingenitum et insitum et -s proprium. 39, 1 *ea* omnia -s animae conlata. *M. H.*

**nātiuncula** NOT. Tir. 48, 29. *a* natio *deminutive, i. q. parva natio.*

※**nātīvus**, -a, -um. *a* nasci (natus). NOT. Tir. 48, 27 -um. *de notione*: SYNON. Cic. p. 430, 1 insitum. innatum. ... ingeneratum. -um. naturale. infucatum *eqs.* GLOSS. II 330, 46 ἰδιόχροον: -um (*sim. e. g.* III 322, 59 ἰδιόχρωμον: -um. *cf.* I p. 248 -a: αὐτόχροος. II 587, 60 -us color: naturalis). IV 122, 25 -um (naduum *cod.*): genetivum (*sim. e. g.* 122, 31 -um [natio *cod.*]: naturale, genet⟨ivum⟩. V 312, 40 nati⟨v⟩um: naturale, gen⟨i⟩ti⟨v⟩um. 312, 41 nati⟨v⟩um: generale, geniti⟨v⟩um). *cf. p. 150, 69sq.* *legitur inde a* CIC., LVCR., VARRONE; *abiit in sermonem gr.* νάτιβος EPIPHAN. de XII gemmis 7 (*v. Migne gr. 43, 300$^{A}$; non resp. Avell. 244, 35*). [*it.* natio, *francog.* naif, *prov., cat.* nadiu, *hisp. vet.* natío, *port. vet.* nadivo *'nascendo existens'; pro subst. adhibetur sard. centr. vet.* natia *'progenies', rec.* nadía *'gens, stirps'. cf. M.-L. 5849. Battisti-Alessio IV 2552. Cortelazzo-Zolli$^{2}$ 1026sq. Wagner II 154. Wartburg VII 44sq. Corominas V 904. Corominas-Pascual IV 202. Machado$^{3}$ IV 190. Schd.*] [*confunditur in codd. e. g. cum* notus *p. 149, 61,* nativitas *p. 149, 68; restit. p. 149, 41. 150, 1; e coni. dub.* PLIN. nat. 24, 41 IVST. 1, 1, 4.]
*i. q. ad nascendum pertinens* (*c. notione verbali quadam maxime l. 54. 68. p. 149, 7; pro subst. neutr. l. 63. p. 149, 6. 150, 62. 69, masc. fort. p. 150, 70*): **I** *de eis, qui (quae) qualitatem nascendo ortorum habent*: **A** *quae intellegitur sola ex ipsorum natura, sc. originaria, sincera, nullo artificio sim. constante*: **1** *generatim*: **a** *respiciuntur incorporalia* (*hucine p. 150, 24?*): CIC. dom. 12 nonne fuit ... maior adhibenda medicina, quae et illud -um, *sc. inopiam rei frumentariae,* et hoc oblatum (*restit., v. app. crit.*) ⌊malum⌋, *sc. seditiones,* sanare potest? (⌊ ⌋ *aliter p. 150, 6*). part. 16 simplicia verba partim -a sunt, partim reperta; -a ea, quae significata sunt ⌊sensu⌋, reperta, quae ex iis facta sunt et novata *eqs.* ([*inde* QVINT. inst. 8, 3, 37, *ubi* ⌊ ⌋ primo s.]. *item de vocabulis*: TERT. nat. 2, 4, 2 palam est, ut vocabulum istud, *sc.* θεός, ⟨sit aliunde, *sc. non a* θέειν, s⟩umptum ⌊proprium⌋que, quia ⟨a⟩ se -um, divinitatis inventum [*6* nomen istud proprium divinitatis et simplex nec interpretatorium; ⌊ ⌋ *v. vol. X 2, 2108, 49sqq.*]. TER. MAVR. 654 ε⟨ἴ⟩αρ est multis in usu, sed magis poeticum est; ἦρ enim -a vox est. *aliter p. 150, 23*).
**b** *respiciuntur corporalia vel sensibus percipienda* (*de specie quadam deorum l. 74*): **α** *quaelibet*: ① *exempla varia*: PROP. 1, 2, 13 litora -is ⌊persuadent⌋ picta lapillis (*an ad 2?* ⌊ ⌋ *v. vol. X 1, 1767, 19sqq.*). OV. met. 10, 692 recessus speluncae similis, -o pumice tectus. PLIN. nat. 8, 191 quas *lanas* -as appellant (*sim. spectat ad vestes fere simplices coloris naturalis, sc. non tinctas*: MART. 1, 96, 8 [*neutr. pro subst.*] -a laudet, habeat et licet semper fuscos colores *eqs.* PS. CYPR. cena 64 Isaac -am *vestem accepit* [*sed alludi vid. ad partum Sarae mirum*]. AVRELIAN. reg. mon. 26 vestimenta ... laia, lactina et nigra -a. *cf. p. 149, 14sqq.*). 31, 77 sunt ... montes -i salis (*postea*: renascens. *cf.* RVT. NAM. 1, 483 *in salina* concipiunt acrem -a coagula *salis* Phoebum et gravis ... crusta calore coit). 33, 81 quod est -um *electrum* (*sc. metallum; opp. 80* fit et curā). 33, 87 *chrysocolla* -a (*opp. 86* fit et curā multum infra naturalem). TAC. ann. 4, 59, 1 -o in specu. APVL. mund. 17 p. 327 montis ... latus ⌊-i oris⌋ hiatu reseratum (⌊ ⌋ navioris *var. l.; gr. deest*). 18 p. 329 -i spiritus per terrae concavas partes errantes (*gr.* συγγενές). TERT. nat. 2, 14, 1 *volunt* distingui inter *deos* -os et factos, *sc. ex hominibus,* secundum Dion⟨y⟩siu⟨m Stoi⟩cum (*cf. de eiusdem divisione 2, 2, 14* unam ... speciem, quae in promptu sit, ut

[Schafer]

Solem, Lunam ..., aliam, ... reliquam, qu⟨ae de ho⟩minibus ad di-vi⟨ni⟩tatem *transiit. aliter p. 150, 54sqq.*). CLAVD. carm. min. 26, 55 devehit exceptum *fluctum* -o ⌊spina⌋ meatu, in ... plumbi labitur inde vias (⌊ ⌋ *Fuoco, comm. 2008, ad l. confert v. 54* campi dorsa recurva). *opp. arte facta*: HIL. trin. 7, 37 l. 24 numquid ... exaequari possunt ... vel picta vel sculpta vel fusa -is? (*neutr. pro subst. ponitur; simul spectare potest ad l. 24sqq.*). (II) *de fonte vel aqua ex fonte manante* (*c. vi verbali quadam*): PROP. 4, 4, 4 *in luco* multa ... -is obstrepit arbor *aquis* (SEN. nat. 3, 3, 1 *a.* colligitur ex imbribus, ex sua fonte -a est; nihil tamen prohibet eodem loco aquam et colligi et nasci. CAEL. AVR. salut. praec. 39 sunt a. -arum sua virtute manantia *lavacra*). RVT. NAM. 1, 104 propriis celebrantur ... venis totaque -o moenia *Romae* *fonte* sonant (EVCHER. laud. her. 11 [*spectat ad exod. 17, 6*] saxis rivos -o f. *deprompsit dominus* [*antea*: exundantes aquas]). (III) *de colore* (*cf. p. 148, 62sqq.*): PLIN. nat. 20, 29 lana *coloris*, quem -um vocant (32, 74 -i c. panno. VLP. dig. 32, 70, 12 purpuram ... et coccum, quoniam nihil -i c. sunt, contineri *versicoloribus* [*opp.* album ..., naturaliter nigrum]. NON. p. 549, 30 pullus c. est, quem nunc ... dicimus ... -um. PS. HIL. epist. ad fil. 5, 2 -is c. et insumptuoso textu vestiri. REGVLA Tarnat. 19, 7 vestes ... -o c. *addas p. 148, 30; cf. p. 148, 62sqq. et v. André, Termes de couleur, 1949, 294*). PRVD. c. Symm. 2, 248 -um ... scopuli ... ostrum (*de porphyrite ut*: SIDON. carm. 5, 36 *in monte Aethiopiae quodam* -a exustas afflavit purpura rupes [*cf. epist. 2, 2, 7* genuino ... conchylio]).

**β** *ad hominem pertinentia* (*de ipsorum specie l. 28; v. etiam l. 6; hucine l. 58?*): APVL. met. 2, 8, 5 *si pulcherrimae* feminae caput capillo spoliaveris et faciem -a specie nudaveris. CYPR. hab. virg. 15 liniamenta -a *faciei muliebris* conrumpente medicamine. FAVST. Aug. c. Faust. 30, 4 (*spectat ad Matth. 19, 12*) *esse* tria genera ... spadonum, unum -um, alterum facticium, tertium voluntarium. CYPR. GALL. exod. 1141 -a dum forma *aurium* parum splendoris habere ducitur, *sc. sine ornamentis.*

**2** *speciatim de eis, quae, ut arte quadam facta esse videantur, natura tamen ita orta sunt* (*accedente quidem ope hominum l. 35. 41; hucine p. 148, 60?*): CIC. rep. 2, 11 urbis ... ipsius -a praesidia quis *non notavit*? CAES. Gall. 6, 10, 5 *silvam* pro -o muro obiectam *hostibus.* VARRO rust. 1, 8, 4 pedamentum -um eius generis, ubi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit. PROP. 3, 13, 36 alta ... -o creverat herba toro. OV. epist. 5, 61 adspicit immensum *moles* -a profundum: mons fuit (fast. 5, 149 est m. -a loco, ... appellant Saxum). met. 3, 160 (*158 antrum* arte laboratum nulla) *natura* pumice vivo ... -um duxerat arcum. SEN. Phaedr. 538sq. silva -as opes et opaca dederant antra -as domos. dial. 6, 17, 4 *Syracusis* tot milia captivorum ille excisis in ... altitudinem saxis ⌊-us⌋ carcer incluserat (*restit.,* nauli⟨v⟩us, naulinus *codd.*; excisus ... -is *Hermes*). NEMES. cyn. 317 hinc, *sc. ab hac ave,* mage puniceas *pinnas* -o munere sumes. CLAVD. carm. min. 9, 20 tortum ... evolat excusso -um missile tergo *hystricis.* PS. AVG. serm. ed. Mai 72, 2 ubi per frondeas porticus viridesque parietes -a constructio suboleverat. 150, 1 -a fornax (*sc. vulcanus*). SIDON. carm. 22, 61 *elephantorum* cratem, *sc. cutem,* -am ... tela *non* forant (*vergit ad B1 ut*: epist. 8, 12, 6 cocleae cum domibus -is). 24, 67 *ibi* nemus reflexum -am ... porticum *dat.*

**B** *quae intellegitur e relatione, qua quid nascendo cum aliis coniunctum est, una cum aliis natum est, aliis insitum est, proprium est*:
**1** *animantibus, sc. singulis vel multitudini vel omnibus* (*animae l. 65; de membris hominum v. l. 24sqq.; huc vergit l. 47sq.*): CIC. har. resp. 19 *non* hoc ipso huius gentis ... domestico -oque sensu Italos ipsos ac Latinos, sed pietate ac religione ... superavimus. nat. deor. 2, 100 *animalium marinorum* ad saxa -is testis inhaerentium. NEP. Att. 4, 1 tanta ... suavitas erat sermonis latini, ut appareret in eo -um quendam leporem esse, non ascitum. OV. am. 1, 14, 56 (*45* tibi captivos mittet Germania crines) -a conspiciere coma (*nisi ad l. 24sqq.*). CVRT. 6, 10, 23 iam pridem -us ille sermo *Macedonius* commercio aliarum gentium exolevit. CALP. decl. 13 p. 13, 21 -um (notum *var. l.*) hoc genus ⌊timoris⌋ est, ut ex sensu priore ... cautior sollicitudo procedat (⌊ ⌋ *restit.*; moris *vel* mortis *codd.*). GELL. 4, 2, 9 de sterila ... muliere, si -a sterilitate sit *eqs.* 12, 1, 23 abolitis -ae pietatis elementis (*postea*: naturalis amor). APVL. Plat. 2, 9 p. 234 *professio iuris* enervat ..., quod in illis *animis* -ae fuerit industriae. CHALC. comm. 237 Stoici ... videndi causam in -i spiritus intentione constituunt (*Waszink in app. confert σύμφυτον πνεῦμα*). HIL. trin. 1, 24 -ae in eo *Christo divinitatis* veritas (5, 11 l. 26 -ae d. proprietatem [nativitate *var. l.*]). 1, 27 l. 25 *id* Christus -ae veritatis suae protestatione docuisset. AVSON. 24 (287 S.), 13 per omnem ... subolis *Seleucidarum* seriem -a cucurrit imago (*sc. naevus quidam*). COD. Theod. 10, 20, 10 pr. (= Iust. 11, 8, 7 pr.; *a. 380*) decus -ae libertatis *amittere.* AMM. 15, 8, 3 pro -a prudentia consulens in commune. 16, 12, 14 militis in seditiones -o calore propensioris. 16, 12, 61 -o *more* sunt barbari humiles in adversis disparesque in secundis (INSCR. Gall. Wuilleumier 334 f(eminae) -is m. ... eximiae). SCHOL. Verg. Bern. georg. 2, 268 'antiquam exquirite matrem' (*Aen. 3, 96*), ⌊id est terram -am⌋ ([*restit.*]. *de loco maioribus proprio; sim.* CLAVD. 28, 8 *Honorio Romae consulatum ineunte* indigenas habitus -a Palatia sumunt [*cf. Dewar, comm. 1996, ad l.*]). MACR. Sat. 1 praef. 12 si in nostro sermone -a Romani oris elegantia *deest.* 5, 11, 4 (*ad Aen. 1, 430sqq.*) exprimit -ae artis officium *apium.* SALV. gub. 1, 47 insito ... hoc et quasi -o ⌊malo⌋ se cuncti vinciunt, ut beneficiis dei detrahant (⌊ ⌋ *aliter p. 148, 49*). EVSEB. GALLIC. hom. 17, 7 (*in imag.*) christianus populus *haereticis expulsis* ... in illam primae originis dignitatem -o candore mutatur. ALC. AVIT. carm. 1, 199 caelo ... propinquo -am servant nigrantia corpora *Aethiopum* noctem. ENNOD. epist. 8, 10, 1 p. 207, 2 *dum Adam* -a *inmortalitate* gauderet (9, 31, 4 p. 255, 8 -a et intemerata). MAXIM. eleg. 3, 73 (*71 amator* donis permulcet corda parentum *puellae*) auri caecus amor -um vincit amorem, *sc. parentum erga filiam.* DIONYS. EXIG. Conc.$^{S}$ I 5 p. 295, 3 nobis hoc ita esse non solum -a quadam notitia, verum etiam experientia magistra compertum est.
*al.* *in iunctura* -um *esse c. inf., fere i. q. nativitate constitutum, fatale*: CE 216, 4 (= CIL XIII 7113; *filiolae mortuae*) si ... brevi reverti *eo,* unde nobis edita *es,* -om esset (*v. Buecheler ad l. et Shackleton Bailey, Phoenix 32, 1978, 322*). **2** *rebus* (*membris hominum l. 26sqq. 32*): LVCR. 2, 542 quamlubet esto unica res quaedam -o corpore sola. NVX 52 *frutices saxis inviolatae* ⌊-om⌋ retinent decus (natum vi *var. l.*). SEN. nat. 2, 4, 2 habet ... unitatem quidquid alicuius rei -a pars est. GELL. 9, 9, 8 verba ... non translaticia, sed cuiusdam -ae dulcedinis. 10, 3, 15 *si quis* amat ... priora, *sc. Gracchi orationes,* idcirco, quod ... non operosa, sed -a quadam suavitate sunt *eqs.* (*an ad A1a?*). APVL. met. 2, 8, 3 quod in ceteris membris floridae vestis hilaris color, hoc in capite nitor -us operatur. Plat. 1, 18 p. 217 corporis ... tunc -is incrementis augetur *anima, cum eqs.* ARNOB. nat. 1, 50 p. 46, 5 uliginosa ille *Christus* ... viscera siccitatem iussit reciperare -am. DIOM. gramm. I 494, 7 rem -a obscuritate difficilem ... caligine expositionis obtegere. VEG. mil. 4, 36, 4 cum *trabes* -um humorem exsudaverint, contrahuntur. PRVD. psych. 854 chrysolitus -o interlitus auro. MACR. Sat. 7, 4, 19 iecur ... habet -um *calorem* (CASSIOD. in psalm. 118, 83 l. 1429. *cf. p. 149, 73*). 7, 6, 2 *solis* calor advena -um frigus *ferri* expellit. BOETH. cons. 2, 6, 20 *in fortuna* nihil -ae bonitatis inesse manifestum est. CASSIOD. in psalm. 65, 10 l. 230 *argenti massa calore ignis deponit* -a inquinamenta (*antea*: cum sordibus suis). 71, 5 l. 149 *luna* -um non habet splendorem. **3** *locis*: MART. 9, 61, 3 *in Hispania* vellera -o pallent ubi ... metallo (*4* brattea viva). APVL. met. 2, 1, 2 qua, *sc. in Thessalia,* artis magicae -a cantamina totius orbis ... ore celebrentur. LIB. col. I p. 228, 13 petrae -ae signatae. GROM. p. 335, 14 limes currit per lapidem decusatum, qui *lapis* est -us (p. 337, 8. 362, 2 cum aliquo signo). CASSIOD. var. 11, 14, 6 *Comenses* gaudent -is epulis (*sc. piscibus*).

**II** *de eis, qui (quae) omnino nascuntur, nativitatem, ortum habent* (*iuxta* mortalis *e. g. l. 48sq. 53; gr. resp. γεννητός l. 59*): LVCR. 1, 754 quae nos -a videmus esse et mortali cum corpore funditus. 2, 1088 vitae ... terminus ... tam manet haec et tam -o corpore constant quam genus omne *eqs.* (5, 60 animi natura reperta est -o ... consistere c. creta nec posse ... durare. 5, 238 omnia -o ac mortali c. constant. 5, 241 *quae* videmus c. -o ac mortalibus esse figuris. 6, 44. *cf. l. 20*). 3, 417 -os animantibus et mortalis esse animos. 5, 66 mortali consistere corpore *mundum* -omque ... esse (APVL. Plat. 1, 8 p. 198 *dicit* nullum ... eius *mundi* exordium atque initium esse ..., quod semper fuerit; *m.* -um vero videri, quod *eqs.*). 5, 243 (*iuxta* mortalia). *al.* CIC. nat. deor. 1, 25 Anaximandri ... opinio est -os esse *deos* longis intervallis orientis occidentisque ([*opp.* sempiternum]. ARNOB. nat. 1, 28 p. 24, 14sqq. d. esse -os ...; qui si sunt -i et geniti et interitionibus ... periculisque vicini. CHALC. comm. 298 matrem esse factam corporeorum et -orum d. *aliter p. 148, 74*). CHALC. transl. p. 37$^{D}$ facto -oque operi cum aevo societas congruere minime videbatur (*gr. resp. γεννητός ut*: p. 52$^{A}$ quod ab hoc, *sc. idea,* secundum est, -um sensile ... *et* cum immutatione et interitu recedens, ... opinione noscendum). comm. 54 mundi anima ... providentiam -is impertiens ([*postea*: dissolubilium rerum auxiliatrix]. *neutr. pro subst. ut*: 201 cunctis tam ex aeternitate quam -is generatisque [*postea*: temporariis]). 329 difficile ... est concipere mente, quatenus ex idearum sinceritate -is vera rebus similitudo proveniat. 344 secunda *species,* id est -a, mutuatur substantiam de specie principali (*sc. de idea*), quae sine ortu est et aeterna (*ibid.* silva demum ex -a s. sumit substantiam. 347 est idea ... intelligibilis species ..., s. vero -a opinione percipibilis ..., silva porro *eqs.*). *sine respectu mortalitatis sim., sc. neutr. (masc. l. 70?) pro subst.* (*si recte intelleximus*): GLOSS. II 132, 43 -is suis: τοῖς ἰδίοις γένεσιν ('natibus?' *Heraeus in exemplari suo*). 132, 45 -um: τὸ γενικόν.

*deriv.*: nativitas, nativitus. *compos.*: postnativus.
*cf. Onom.* *Schafer.*

※**nato,** -āvī, -ātum, -āre. [*a* nare, *aeque ac verba significationis* iterativae, cf. e. g. cantāre *a* canere. *Mei.*] *de origine v. p. 151, 13.*

[*Schrickx*]

Not. Tir. 130, 34 -at. *depon.* nator Gloss. II 352, 42 *merus error vid.* (-o *iam cod. rec.; cf. 40sq.* natator *et* urinator). *de formis*: Sacerd. gramm. VI 443, 32 a neutro praesens *participium* -ans, praeteritum -tus, duo futura -turus, -andus (*item pass. testatur*: Ps. Asper gramm. suppl. 57, 6 a quibuscumque ... verbis ... participia facis, ut si dicas: orans oraturus oratus orandus, ... ⌞pugnans etc., -ans etc.⌟ [*sed* ⌞ ⌟ a neutro ... -ans, -turus *var. l.*]). Macr. exc. gramm. p. 45, 22 sq. *usurpativa* figuratur etiam ex his verbis, quae passivam declinationem non habent, ut -tum eo ..., cum ... -or ... *non* dici possit (*item pass. negatur*: Ps. Asper gramm. suppl. 50, 25 *inter verba neutralia* [*cf. 50, 1 sqq.*]. Gramm. suppl. 154, 4 sq.). *de prosodia*: Serv. Aen. 1, 118 prima syllaba *vocis 'nare'* naturaliter longa est, licet -are na brevis sit in eadem significatione. *de notione*: Fest. p. 166 -are ... est saepius nare, ut dictitare, factitare. Non. p. 353, 31 -are iterum trepidare (*affert p. 154, 69*). Serv. *l. 12.* Gloss. -o: κολυμβῶ. νήχομαι. al. *legitur inde a* Plavto, Enn., Catone; *quae ratio inter* -are *et* nare *intercedat, ex tabula adiecta apparet* (*praeter scriptores priscos afferimus eos tantum, apud quos alterutra vox plus quam quaternis locis legitur*); nare *plerumque formis infinitis adhibetur, sexies tantum monosyllabis.*

| | nato | no | | nato | no |
|---|---|---|---|---|---|
| Plavt. | 2 | 2 | Sen. *iun.* | 21 | 2 |
| Enn. | 1 | 1 | Colvm. | 3 | 10 |
| Cato | 2 | – | Lvcan. | 10 | 1 |
| Varro | 6 | 3 | Plin. nat. | 14 | 8 |
| Cic. | 9 | 6 | Sil. | 8 | 8 |
| Lvcr. | 7 | 1 | Stat. | 31 | 4 |
| Verg. | 9 | 7 | Mart. | 15 | – |
| Prop. | 9 | – | Ivv. | 5 | – |
| Ov. | 28 | 23 | Tac. | – | 10 |
| Liv. | 2 | 7 | Plin. *iun.* | 6 | 2 |
| Manil. | 11 | – | Svet. | 5 | 3 |
| Vitr. | 10 | – | Avson. | 9 | 2 |
| Cels. | 5 | – | Amm. | 5 | 9 |

[*it. mer.* natare, *sard. centr.* nadare, *raet. or.* nadá, *prov., cat. occ., hisp., port.* nadar; *per dissimilationem orta esse val. vet.* nota, *rec.* înotà, *it.* nuotare *et var. dial., sard. sept.* annudá, nutá, *raet. occ.* (*Engadin*) noder, *or.* nodá, nudá, *francog. vet. et med.* noer, *aquitan. (Dordogne), lemov.* (*Haute-Vienne*) nudá *putant Haberl et Wartburg* (*cf.* natalis). *cf. M.-L. 5846. Tiktin-Miron*$^3$ *II 494. Battisti-Alessio IV 2612. Cortelazzo-Zolli*$^2$ *1052. Wagner II 159. Wartburg VII 38 sqq. Corominas V 892. Corominas-Pascual IV 204. Machado*$^3$ *IV 189 sq. Schd.*] [*confunditur in codd. c.* narrare Plavt. Rud. 155 Conc.$^S$ I 3 vers. Rustic. p. 108, 1, nare Val. Max. 3, 2, 1 Cvrt. 9, 4, 12 Evstath. Basil. hex. 7, 1, 10 (*in falsa var. l.* Cic. fin. 5, 42 Plin. nat. 9, 145. 158 Chalc. comm. 119 Heges. 3, 20, 2 p. 224, 8. *al.*), notare Manil. 5, 426 Calp. ecl. 6, 44 Svet. Dom. 22 Tert. resurr. 4, 5. *al.* (*restit.* Varro ling. 8, 74; *e coni. dub.* Lvcan. 9, 954; *in var. l. dub.* Fvlg. myth. 3, 4 p. 63, 8; *falso suspectum* Svet. Aug. 64, 3 Cal. 54, 2), nutare Verg. Aen. 5, 856 Epiced. Drusi 93 Sen. epist. 35, 4 Conc.$^S$ I 2 p. 82, 12 (*restit.* Hier. interpr. Iob 11, 12; *e coni. minus certa* Petron. frg. 27, 10 Stat. Theb. 10, 299 Ps. Qvint. decl. 10, 4; *in falsa var. l.* Hier. chron. a. Abr. 2362. *cf. etiam p. 154, 58*).]

*fere i. q.* nare (*vis frequentativa, quam inveniunt gramm. l. 13 sq., ex usu non apparet; variatur c.* nare *e. g. l. 73. p. 152, 5. 38. indicatur, ubi quis [quid] -et, per abl. p. 152, 51. 59. 75. al., obi. acc. sub II, praepos. e. g.* in *c. abl. p. 152, 13 sq. 153, 73. al.,* per *p. 152, 34. 153, 13. al.,* sub *p. 152, 54. 155, 13; quo, per praepos.* in *c. acc. l. 72. p. 152, 38. 153, 15,* ad Mart. 10, 30, 22; *quo adiumento, per abl. p. 152, 40. 155, 23 et* Plin. nat. 9, 73 [*bis*]. *ad rem v. Mehl, RE suppl. 5, 847 sqq.*): **I** *sine obi.*: **A** *usu sollemni, sc. pertinet ad liquida; id quod -at*: **1** *in liquore positum est* (*plerumque in aqua, sed in aliis liquoribus e. g. p. 153, 3 sq. 32 sqq. 47 sqq.*): **a** *vario modo*: **α** *-at animans vel res quaevis*: ① *se movet*: Ⓐ *animans terrenus* (*praesertim homo, sed animal e. g. l. 75. p. 152, 15. 37, pars corporis p. 152, 26; part. praes. m. fere pro subst. e. g. l. 73. p. 152, 6. 54 sq. 58*): ① *exempla selecta ad usum -andi illustrandum; -ant animantes*: *ne aquis pereant, sc. in naufragio sim.* (*cf. p. 152, 27; exempla selecta inde ab* Hor.): Plavt. Rud. 155 (*152* confracta navis in mari est) eiecti ut -ant. Cic. inv. 2, 153 *naufragum* quendam -antem (Liv. 42, 61, 6 [*in compar.*]. Sen. contr. exc. 5, 1, 1. 8, 6, 1 ut litus *invisum* agnovi, n. in altum -vi. Anth. 415, 19. *cf. p. 153, 24*). Nep. Chabr. 4, 3 quae *classis* exciperet -antis (*postea*: nando). Verg. Aen. 5, 181 illum *gubernatorem* et labentem *de puppi* Teucri et risere -antem. Hor. carm. 1, 2, 11 superiecto pavidae -arunt aequore dammae (*de diluvio ut*: Sen. nat. 3, 27, 14 [*vituperat Ov. met. 1, 304* nat lupus inter oves] -ari ... in diluvio ... potest? aut non eodem inpetu pecus omne ... mersum est?). Prop. 3, 12, 32 *Vlixem* totque hiemis noctes totque -asse dies. Ov. met. 11, 566 *Ceyx* dum -at, absentem, quotiens sinit hiscere fluctus, nominat Alcyonen (*cf. 562* nantis). Pont. 2, 6, 13 (*in imag.*) bracchia da lasso ... prendenda *mihi* -anti. Cvrt. 9, 4, 12 periculum tam -turi *Alexandri* quam navigare perseverantis. Ivv. 10, 257 cui *Laerti* fas Ithacum lugere -antem (Schol. naufragum). *al.* *delectationis, exercitationis vel valetudinis causa* (*exempla selecta inde a* Sen.; *iuxta* lavare *l. 17. 23 sq.*): Cic. Cael. 36 quo omnis iuventus -andi causa venit. fam. 7, 10, 2 qui *non* ... in Oceano -are volueris studiosissimus homo -andi. 9, 2, 5. Fest. p. 213 ad quam *piscinam publicam* et -tum et exercitationis alioqui causa veniebat populus. Cels. 3, 21, 17 si aestas est, in mari -are commodum est (*valetudinis causa ut*: 4, 12, 7 in eadem *aqua frigida* -are. Colvm. 6, 30, 7 in piscinam dimitti eum *equum* conveniet, ita ut -et. Plin. nat. 31, 71. *al.*). Sen. dial. 10, 12, 6 *non* inter otiosos numeraverim ..., quos, quando lavari debeant, quando -are ..., alius admonet. nat. 4, 13, 11 in qua *nive* iam etiam -atis. epist. 122, 8 delicate -are ipsi sibi ⟨non⟩ videntur, nisi calentia stagna fluctu ac tempestate feriantur. Svet. Tib. 44, 1 pueros ... *instituit*, ut -anti sibi inter femina versarentur (*rei veneriae causa ut*: Dom. 22 erat ... fama, quasi ... -ret ... inter vulgatissimas meretrices [*his locis non in aqua, sed inter corpora moveri vult Housman, Class. Papers III 1183*]). Apvl. met. 5, 28, 3 Venerem lavantem -antemque propter. Clavd. carm. min. 47, 4 (*ad equum*) te ... -antem Argaeae lavere nives. *al.* *ad fluvium sim. transmittendum* (*exempla selecta post* Liv.): Ov. epist. 18, 21 (*scribit Leander*) quanto mallem, quam scriberet *dextra mea*, illa -ret (*cf.* 19, 185 quod cupis, hoc nautae metuunt, Leandre, -are; exitus hic fractis puppibus esse solet. *al.* Stat. Theb. 6, 542. silv. 1, 2, 88 [*loq. Amor*] -anti *Leandro* praeluxi. Fronto p. 47, 2 puella iuvenem ... -antem in mare opperitur. *al.*). ars 2, 182 obsequio tranantur aquae, nec vincere possis flumina, si contra, quam rapit unda, -es. Liv. 44, 42, 5 *milites* longius in aquam, quidam etiam -antes, progressi sunt (*item -ant milites*: Val. Max. 3, 2, 1 *Horatius Cocles* tutum -andi eventum habuit [*inde Paris* nandi]. Epist. Alex. p. 197, 16 milites ... misi per amnem -turos. Veg. mil. 3, 7, 6 ipsi *equites* equique -ando transeunt. *cf.* Amm. 25, 8, 2 *milites Tigrim transeunt* iumenta retinentes hinc inde -antia. 30, 1, 10 *milites* equis invecti -antibus). Plin. nat. 8, 114 *cervi maria trameantes non* vident terras, sed in odore⟨m⟩ earum -ant (*antea*: nantes). *al.* ② *exempla varia*: Manil. 5, 426 venit ex illo *Delphino* quisquis, ... nunc in aquas rectus veniet passu[m]que -bit et ... reddet super aequora campum *eqs.* Vitr. 8, 3, 8 Liparis, in quo -antes aut lavantes ab ipsa aqua unguntur. *ibid.* qui *lacus* unctos homines efficit, qui in eo -verint. Fest. p. 166 quod aqua feratur -ans, ut navis. Cels. 5, 27, $2^C$ -andi scientiam *habere* (*cf. l. 64. item respic. ars -andi*: Mart. 8, 46, 3 te secum Diana velit doceatque -are. Svet. Aug. 64, 3 nepotes et litteras et -are ... docuit [notare *Lipsius*]. Cal. 54, 2 -are nesciit. Avson. Mos. 183 *Satyris* rudibus ... -andi. Heges. 3, 20, 2 p. 224, 3 -andi periti [*cf. l. 8* nare]. Vvlg. act. 27, 43 qui possent -are [*gr.* κολυμβᾶν, *Vet. Lat. cod. 51* enatare]. *al.*). Sen. dial. 2, 7, 5 possum, quamvis in aqua sim, non -are; si -o, non possum in aqua non esse. Plin. nat. 6, 176 Ichthyophagos, -antes ceu maris animalia. 31, 39 in -ando ... spiritum continentibus frigidior sentitur eadem *aqua*. Sil. 13, 836 Tullia ... ardenti Phlegethonte -at (*sc. pro poena ut*: Mart. 1, 5, 2 [*Domitianus ad Mart., iocose*] vis ... cum libro ... -are tuo. Epist. Alex. p. 197, 24). Mart. 2, 87, 2 faciem sub aqua ... -antis habes (cacantis *var. l.*). 11, 98, 21 *basiator* dabit ... basium -anti. Apvl. apol. 21, 5 ad vivendum velut ad -andum is melior, qui onere liberior. Iren. 2, 17, 8 (*in imag.*) propter quam *causam* ... ⟨in⟩ ignorantiae semper -ent profundo (profundum *var. l., cf.* 4, 9, 3 ⟨in⟩ incomprehensibilitatis profundo -bit). Vvlg. Is. 25, 11 sicut extendit *manus* -ans ad natandum. Prvd. c. Symm. 2, 814 spurca suis nostro amne -at. *al.*

Ⓑ *animans aquatilis* (*eius artus l. 67. 70; fort. huc locus lacunosus* Varro Men. 273 Propontis unda quam liquenti caerula -antem perfundit, cape): ① *quivis*: Varro Men. 576 frigidos nimbos ... pertimuerunt aquatilis querquetulae -antes (*item respicitur avis*: Cels. 2, 18, 6 quae *aves* -andi scientiam non habent [*opp.* quae in aqua degunt]. 2, 29, 2 aves, quae -ant. Plin. nat. 10, 9 haec causa gregatim avibus -andi). Cic. nat. deor. 1, 78 qualis ... Triton pingitur -antibus invehens beluis. Dirae 55 multa mari dicunt portenta -are. Ov. met. 8, 609 amplexa est artus nova terra -antes *nymphae in insulam mutatae* (*item respicitur deus marinus sim.*: 13, 899 placidis ... -ant Nereides undis. 14, 551 [*classis in nymphas mutatur*] in digitos abeunt et crura -antia remi. *al., cf. et p. 154, 50*). 15, 376 *ranarum* apta -ando crura. Vitr. 1, 4, 11 *bestiae palustres* de superioribus locis -ando proxime litus perveniunt. Plin. nat. 9, 16 *ballaenae* summa aqua -antes. *al.* ② *piscis* (*cf. p. 155, 39*): Ov. fast. 6, 173 piscis adhuc illi populo *prisco* sine fraude -bat. Pont. 2, 7, 28 *scire,* quot ... -ent pisces aequore. 3, 1, 16 in aequore *Ponti frigidi* piscis inclusus tecta saepe -vit

[Schrickx]

aqua. Sen. contr. 10 praef. 9 quidquid piscium -at. Sen. nat. 3, 17, 2 in cubili -ant pisces et sub ipsa mensa capitur, qui statim transferatur in mensam. 3, 17, 3 -are in garo piscem (*antea: pisces* necant in garo *luxuriosi. cf.* 3, 18, 3 ut gustare non possint, nisi quem in ipso convivio -antem palpitantemque viderunt). *al.* *in imag. de hominibus* (*subest fere Matth. 13, 47sq.*): Avg. civ. 18, 49 p. 333, 14 in hoc mundo tamquam in mari utrique (*sc. boni et mali*) inclusi retibus indiscrete -ant. serm. 249, 2 intra eadem retia -atis (362, 3 boni et mali pisces i. sagenam -ant). 251, 3.

Ⓒ *navis* (*cf. e. g. l. 22. 27sqq.*): Catvll. 4, 3 phaselus ... ait ... *non* ullius -antis impetum trabis nequisse praeterire. Prop. 3, 22, 13 rudis ... -at inter saxa ... pinus. Clavd. Don. Aen. 8, 90 p. 128, 6 ('fluvio ... innare') navis -are per fluvium *mirabatur nemus.* Avg. civ. 15, 27 p. 118, 17 quam *arcam* ... divina providentia ... -antem gubernet. Max. Tavr. 49, 3 (*in imag.*) quae navis *ecclesiae* in altum saeculi istius ita -at, ut ... omnes, quos suscepit, servet inlaesos.

Ⓘ *liquore fertur*: Ⓐ *re vera* (*hyperbolice l. 48sqq. 52, metonymice res incorp. pro re corp., qua afficitur, -are dicitur l. 43, in allegoria l. 53; exempla selecta inde ab* Hor.): Cic. rep. 2, 8 *v. p. 154, 46.* Lvcr. 2, 552 naufragiis ... coortis disiectare solet magnum mare ... malos tonsasque -antis **(***item post naufragium, tempestatem sim.*: Prop. 2, 25, 24 cum saepe in portu fracta carina -et. 3, 7, 8 *naufragus* piscibus esca -at. 4, 1, 116 -at exuviis Graecia, *i. classis Graecorum,* pressa suis. Sen. Ag. 506 trunca toto puppis Ionio -at. Lvcan. 4, 88 *tempestate* naufraga campo Caesaris arma -ant inpulsaque gurgite multo castra labant. *al.***)**. 6, 882 taeda ... accensa per undas collucet, quocumque -ans impellitur auris. Verg. Aen. 4, 398 -at uncta carina **(**[*locum affert* Serv. Aen. 1, 538 et de navibus '-at' lectum *est*]. *sc. ante profectionem ut*: Sen. benef. 6, 32, 3 fracta classis et intra paucos dies -vit nova. Stat. Theb. 7, 142 -ant remi, -at omnis in aequore summo ancora. Ach. 1, 428 iam -at omne nemus: caeduntur robora classi, silva minor remis**)**. Hor. sat. 2, 8, 42 affertur squillas inter murena -antis in patina porrecta **(***cf.* Pers. 5, 183 rubrum ... amplexa catinum cauda -at thynni. Petron. 36, 3 garum ... currebat super pisces, qui quasi in euripo -bant. Mart. 3, 77, 5 cepas allece -antes. Ivv. 14, 8. Cael. Avr. chron. 4, 3, 31 olivis fractis vel -antibus, quas colymbadas appellant**)**. Ov. met. 2, 268 corpora phocarum summo resupina profundo exanimata -ant **(***item -ant corpora exanimata l. 22 et* Lvcan. 9, 156 non mihi pyramidum tumulis *evolsi* ... reges Nilo torrente -bunt? Petron. 115, 10 [*mortuo in fluctibus viso*] en homo quemadmodum -at! [*fort. luditur c. usu sub B1 illustrato*]. Pass. Theclae Ba 34 p. 94, 15 *beluae mortuae* super aquam -are coeperunt [*cf. Bc* supernatare]**)**. Manil. 5, 53 *sine nautis* Actiacos ... sinus inter suspensus utrimque orbis et in ponto caeli fortuna *non* -bit. Vitr. 8, 3, 6 flos -at in summo *aquae.* 8, 3, 8 fons est in quo -at insuper oleum **(***cf. ibid. lacus* habet supra -ans liquidum bitumen. Diosc. 5, 113 p. 214, 15 super quod -verit aceto, liquas et fundis [*gr. 5, 88, 1 ἐπαιωρούμενον ... ὑγρόν*]**)**. Petron. 39, 3 hoc vinum ... vos oportet suave faciatis; *in ventre* pisces -are oportet. Lvcan. 7, 294 inmensa populos in caede -antis. Stat. Theb. 2, 626 intercepta -at prorupto in sanguine lingua. 5, 255 epulas ... in caede -antis. silv. 4, 3, 58 pelagus ... Helles intercludere ponte non, *ut Xerxis,* -anti. Avson. 25, 9 (344 S.), 12 cui *melli* summa -at faex. Coripp. Iust. 3, 45 (*de lacrimando*) proprio ... in fonte -bant ⌞manantes⌟ oculi (*cf. p. 154, 38sqq.*; ⌞ ⌟ madentes *trad.*). *al.* *in allegoria*: Optat. 5, 10, 3 cum Christus sit ... vestis et tunica -ans in aqua (*sc. baptismatis*), quae multos vestiat (*subest Gal. 3, 27* quotquot in nomine Christi baptizati estis, Christum induistis). Ⓑ *specie tantum*: Manil. 5, 158 *Geminis* summo ... -antibus aequore ponti. Stat. Theb. 2, 42 ingens medio -at umbra *montis* profundo (*item -at umbra*: silv. 2, 2, 49 vitreo ... -ant praetoria ponto. Avson. Mos. 194 tota -ant crispis iuga motibus).

**β** *-at ipsa aqua* (*umor corporis* Oribas.; *part. praes. ad usum pro adi. transferre possis*): Enn. ann. 596 fluctusque -antes **(**[*locum affert* Serv. Aen. 6, 705, *v. vol. X 2, 729, 12sqq.*]. Manil. 1, 155 tertia sors undas stravit f. que -antes [*149* ignis, *153* aera, 159 tellus]**)**. Lvcr. 5, 488 *terrae* sudor augebat mare manando camposque -antis (6, 405. 6, 1142 *mortifer aestus* aëra permensus multum c. que -antis. Verg. georg. 3, 198 segetes altae c. que -antes lenibus horrescunt flabris. *aliter p. 154, 16*). Ov. fast. 4, 292 qua se Tiberinus in altum dividit et campo liberiore -at. Manil. 3, 52 aëraque et terras flammamque undamque -antem (*item de elementis l. 63*). Avson. Mos. 107 spumarum indiciis caperis, mustela, -antum. Oribas. syn. 5, 47, 7 Aa p. 84 *humoris* -antis in sthomacon vomica provocata nihil possunt *aegri* reicere (*gr. aliter*).

**b** *notione acuta i. q. non mergi* (*opp.* mergi *p. 154, 7sq. al.,* submergi Avg. civ. 13, 18 p. 579, 22): Plavt. Cas. 385 metuo, ne *sors tua* in aqua summa -et *et prior exeat.* Cato agr. 88, 2 *in aquam sale commixtam* ovum demittito: si -bit, ea muries erit. 106, 1 *aquam cum sale* rude misceto usque adeo, donec ovum ... coctum -bit. Varro rust. 3, 9, 11 quod *ovum* inane -et, plenum desidit. Vitr. 2, 3, 4 lateres ... proiecti -ant in aqua; -are autem eos posse ideo videtur, quod terra est, de qua ducuntur, pumicosa. 7, 8, 3 cum *argentum vivum* in aliquo vase est confusum, si supra id lapide ... imponatur, -at in summo; ... si ibi auri scripulum imponatur, non -bit, sed ad imum per se deprimetur. Sen. nat. 3, 25, 5 in quo *stagno* -ant lateres et mergi proiecta non possunt. *ibid. res pari atque aqua pondere* -bit quidem, sed paene mersa ac nulla eminens parte. 3, 25, 7 sunt ... multi pumicosi ac leves *lapides,* ex quibus quae constant insulae in Lydia -ant. 3, 25, 8 -antem insulam vidi (*postea*: aqua sustinetur). Avg. civ. 21, 5 p. 496, 6 *quoddam* lignum ..., non ut ligna cetera in aquis -are, sed mergi. *al.*

**2** *liquore inundatum est* (*fort. subest hyperbole supra illustrata p. 153, 17*): **a** *aquā, sc. -ant campi sim.* (*villa l. 24, tecta l. 25; addere possis ex var. l. pro* madebunt Avien. Arat. 1708): Lvcr. 6, 267 flumina abundare ut *imbres* facerent camposque -are. Verg. georg. 1, 372 *tempestate coorta* omnia plenis rura -ant fossis. Ov. am. 2, 16, 34 quamvis amnibus arva -ent. Manil. 4, 726 tellus ... -ans Aegyptia Nilo. 4, 752 tellus Aegypti iussa -are. 4, 829 -at orbis in *se* ipso et vomit Oceanus pontum sitiensque resorbet. Sen. nat. 3, 27, 15 (*agitur de diluvio*) scies quid deceat, si cogitaveris orbem terrarum -are. Lvcan. 4, 330 quorum *imbrium* ... cuncta -bant inpulsu. 9, 312 plenior alto olim Syrtis erat pelago penitusque -bat. Sil. 4, 749 plana -ant. Mart. 7, 36, 2 cum pluvias ... perferre negaret et rudis hibernis villa -ret aquis. Clavd. 20, 35 (*34* proruperat ... Nereus) tecta -ant. **b** *alio liquore (fere indicatur per abl., aliter e. g. l. 29. 36):* *vino sim.*: Cic. Phil. 2, 105 personabant omnia vocibus ebriorum, -bant pavimenta vino (Ambr. Cain et Ab. 1, 4, 14 p. 350, 15 Salv. eccl. 4, 33). Tert. resurr. 4, 5 *post carnis resurrectionem erit* pulmonibus -andum et intestinis aestuandum? (*ad rem cf. vol. X 2, 2596, 73sqq.*). *sanguine*: Verg. Aen. 3, 625 *cum* sanie ... adspersā -rent limina *Cyclopis* (*cf.* Lvcan. 9, 770 membra -ant sanie). Sen. Ag. 44 -bit sanguine alterno domus **(**Lvcan. 7, 728 Hesperio vidit satis arva -are s. Stat. Theb. 3, 332 adverso cui *tauro* colla suoque s. proscissisque -ant palearibus armi. Heges. 2, 11, 4 -bant plateae s. [*gr. 2, 497 ἐπικλυσθῆναι*]. 5, 29 pavimenta. *al.***)**. Val. Fl. 3, 150 tabo ... -antia terga (*coni. Heinsius,* labantia *trad.*). Sil. 4, 162 arva -ant, *sc. cruore.* 12, 673 cum Tyrrhena -rent stagna cruore virum (Stat. Theb. 9, 438 stagna c. -ant. Clavd. 8, 466). *lacrimis* (*cf. p. 153, 52*): Stat. Theb. 2, 337 ora e. -are fletibus. silv. 2, 1, 18 lacrimis ... mea ⌞carmine in ipso ora⌟ -ant (*Friedrich,* carmina ... ore *cod.*). Hier. psalt. sec. Hebr. 6, 7 -are faciam tota nocte lectulum meum, lacrimis meis stratum meum rigabo (*Vulg.* lavabo ... lectum).

**B** *usu laxiore respicitur motus similis -andi* (*noluimus agnoscere p. 152, 22*): **1** *i. q. suspensum vagari* (*sc. sec. notionem p. 153, 17sqq. illustratam*): **a** *incorporaliter*: **α** *agunt homines, eorum coetus vel animus inconstanter vel inconsulto*: Cic. rep. 2, 8 (*7* mutatio morum) quae *insulae Graeciae* fluctibus cinctae -ant paene ipsae simul cum civitatum institutis et moribus. nat. deor. 3, 62 quoniam Neptunum a nando appellatum putas, nullum erit nomen, quod non possis una littera explicare, unde ductum sit; in quo quidem magis tu mihi -are visus es quam ipse Neptunus. Hor. sat. 2, 7, 7 pars hominum vitiis gaudet constanter ..., pars multa -at, modo recta capessens, interdum pravis obnoxia (Schol. inconstans est). Manil. 4, 257 mutata ... saepe mens -at. Sen. epist. 35, 4 mutatio voluntatis indicat animum -are, aliubi atque aliubi apparere. 74, 11 -at omne consilium. 95, 62 si omnia in animo -ant. Sil. 7, 726 subitis ... bonis mens aegra -bat. Hier. interpr. Iob 11, 12 homo ... -at sermonibus **(**[nutat *trad., gr. νήχεται*]. *item ad Iob 11, 12 spectat*: Conc.[S] I 2 p. 82, 12 [*sim.* I 3 vers. Tur. p. 108, 1] verbis -at**)**. reg. Pachom. 159 p. 59, 14 *monachus* non -et ac fluctuet in operibus suis (nutet *rec. long.*). Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 57, 3 (*antea*: hos ... natatus *perpetimini*) hocine cursum gubernare est an -are? (*respondet* Avg. c. Iulian. op. imperf. 3, 57, 3 me irride quasi -antem, cum tu in haec profunda demersus intereas). Comm. apol. 433 dubii qui nunc usque -atis (nut- *pars edd.*). **β** *consuetudines sim. variant*: Varro ling. 8, 74 *non* oportebat consuetudinem -are (not- *trad.*) alios dicere boum greges, alios boverum. 9, 71 quod ab huiuscemodi cognominibus raro declinantur cognomina neque in usum etiam perducta, -ant quaedam. 10, 16 *nominum declinatio sim.* in consuetudine vehementer -at.

**b** *corporaliter, sc. incerte se movent*: **α** *oculi* (*ora l. 73; aliter p. 153, 52. 155, 31*): Verg. georg. 4, 496 condit ... -antia lumina *Eurydices* somnus **(**[Serv. in mortem reducta]. *sim. de moribundis*: Ov. met. 5, 71 oculis sub nocte -antibus atra. Epiced. Drusi 93 lumina ... iam iamque -antia morte. Sil. 2, 122 parva ... oculos iam luce -antes. Stat. Theb. 2, 638. 11, 558 cerno graves oculos atque ora -antia leto**)**. Aen. 5, 856 *Somnus* cunctanti *Palinuro* ... -antia lumina solvit (Serv. errantia somni vicinitate). Ov. fast. 6, 673 vinis oculique animique -bant (*sim. de*

[Schrickx]

*ebriis*: Sidon. carm. 22, 33 dulce -ant oculi *Bacchi*). Qvint. inst. 11, 3, 76 *oculi* lascivi et mobiles et -antes et quadam voluptate suffusi.

**β** *res variae*: Ⓘ *i. q. moveri, nutare, vacillare*: Paneg. in Mess. 44 *libra,* inaequatum si quando onus urget utrimque, instabilis -at alterno depressior orbe. Ov. ars 1, 516 nec vagus in laxa pes tibi pelle -et (*inde* Sidon. epist. 8, 11, 3 vers. 8 *ne* laxo pes -et ... in cothurno). Calp. ecl. 6, 44 rutilo ... monilia torque extrema cervice *cervi* -ant. Stat. Theb. 6, 284 prensat ... rotas auriga -antes. Nemes. cyn. 163 *catuli* infirmos ... pedes et crura -antia ponunt (*cf.* Chiron 378 *lethargicum iumentum* a posterioribus -bit ambulans [*inde Veg. mulom. 2, 112, 3* nutat]). Ps. Apvl. herb. 29 l. 8 ad dentium dolorem vel si -verint (laxi fuerint *var. l.,* nutaverint *coni. Howald-Sigerist*). Cass. Fel. 26, 2 *scrofae* minime adhaerentes, sed magis sub cute -antes. Ⓘⓘ *i. q. extendi, diffundi*: Ov. met. 12, 136 pavor occupat illum *impugnatum* ante oculosque -ant tenebrae. Colvm. arb. 6, 1 prima parte terrae -antibus *vineae* radicibus (*cf. 4, 22, 7* labantis). Pers. 1, 105 (*de carmine stili delicati*) summa delumbe saliva hoc -at in labris. Stat. Theb. 6, 842 luxuriant artus effusaque sanguine laxo membra -ant. 9, 482 *deus fluvii* turbidus imbre genas et nube -antis harenae. Ach. 1, 161 niveo -at ignis in ore purpureus (*inde* Drac. Romul. 2, 67 illi purpureus niveo -at ignis in ore). Cyrill. hom. pasch. 17, 2, 11 lumen, quod -at in lapide *pretioso* (*gr.* νηχόμενον. *antea*: resplendet).

**2** *i. q. per caelum more nantis moveri* (*sc. sec. notionem p. 151, 65 sqq. illustratam*): Apvl. met. 5, 28, 2 quae *avis* super fluctus marinos pinnis -at (*item -ant aves*: Evstath. Basil. hex. 8, 2, 14 sicut ... pisces aquam secant ..., ita et aves aerem pennis creduntur -ando perrumpere [*gr.* διανηχομένων]. *ibid.* una proprietas in genere utroque -andi est [*gr.* τὸ νήχεσθαι]). Conc.[S] I 5 p. 351, 30 (*antea: Isaias* dicebat de illo *Christo* [*Is. 53, 8*]: '... aufertur de terra vita eius') sublime ... fertur -atque super omnes, qui in terra (*gr. I 1, 4 p. 59, 16* ὑπερνήχεται).

**3** *i. q. visu tantum aquas perlustrare*: Sidon. carm. 19, 4 per stagnum nostrum lumina vestra -ant (*v. e. g. Busch, Versus Balnearum, 1999, 77*).

**II** *cum obi. acc. (nom. in struct. pass. l. 37. 39 sq. 43. 45; obi. e contextu suppletur l. 53) aquae, trans quam (v. e. g. l. 36. 49 sq. 53) vel in qua natatur* (*v. e. g. l. 41. 46*): Verg. georg. 3, 260 *Leander* turbata procellis ... -at ... freta (*cf.* Stat. silv. 1, 3, 27 Sestiacos nunc fama sinus pelagusque -tum iactet. Fronto p. 47, 4 te, *sc. tamquam Leandrum,* ... -are tantum profundi [*alludit ad linguam scaenae*]). Ov. ars 1, 48 *piscator* novit, quae multo pisce -entur aquae (*item pass. c. abl.*: trist. 5, 2, 25 quot piscibus unda -atur. Mart. 4, 30, 3 sacris piscibus hae -antur undae). Stat. Theb. 4, 239 qui *homines* te, flave, -ant ..., Alphee (*cf.* Clavd. rapt. Pros. 2, 178 qui te, ... Thybri, -at). 4, 704 *arido tempore* amnis quaerunt armenta *olim* -tos. silv. 5, 2, 133 Arctoosne amnes et Rheni fracta -bis flumina? Mart. 1, 49, 9 -bis ... Congedi vadum mollesque Nympharum lacus. 6, 43, 2 cana ... sulphureis nympha -atur aquis. 14, 196, 2 haec tibi quae ... aquarum nomina dicit, ipsa suas melius charta -bat aquas (suis ... aquis *var. l.*). Ivv. 8, 265 quae imperii fines Tiberinum virgo, *i. Cloelia,* -vit. Anth. 271, 2 *Venus* -are lacus (lacu *Salmasius*) ... iussit Amorem. Itin. Alex. 12, 28 eius *fluminis* ... latitudinem -at. Schol. Hor. serm. 2, 1, 7 ('transnanto Tiberim') ter -ent Tiberim. Ps. Avg. serm. ed. Caillau 1, 48, 2 *martyr* mortuus maria -vit (*ex Aug. serm. 276, 4, ubi* transnatavit). Rvt. Nam. 1, 436 haec ponti brevitas auxit mendacia famae: armentale ferunt quippe -asse pecus. Sedvl. op. pasch. 2, 16 *animae* tamquam -antes vias ponti fluctuantis incertas ... erraverunt (*cf. carm. pasch. 2, 223* tranant). Drac. Romul. 9, 127 *sepulchra negando non* dabis occisos iuvenes Acheronta -are?

*part. praes.* ※**natāns,** -antis *pro adi. vel subst.* **1** *pro adi., fere i. q. natare consuetus* (*de animalibus praeter* Prvd., *sed cf. p. 153, 60*): Lvcr. 2, 342 mutae ... -es squamigerum pecudes. Hor. carm. 1, 3, 18 qui siccis oculis monstra -ia ...vidit. Lvcan. 5, 554 ausa volare ardea sublimis pinnae confisa -i (Adnot. qua natare consuevit; *sed fort. spectat ad volatum, cf. l. 22*). Plin. nat. 17, 51 *fimus* -ium alitum (nantibus *Colum. 2, 14, 1*). Pallad. vet. med. 7, 1 visu ⌞-ium avium⌟ et maxime anatis (⌞⌟ nantium *Colum. 6, 7, 1*). Prvd. perist. 10, 243 nymfas -es. Avg. civ. 11, 29 p. 503, 23 piscium beluarumque -ium. serm. 251, 5 iussit animalia procedere de aquis -ia et volantia.

**2** *pro subst.* (*homines natantes supra attulimus, v. p. 151, 66*): **a** *de animalibus natare consuetis* (*cf.* Gloss.[L] I Ansil. na 111 nata⟨n⟩tibus: pro piscibus [*cod. rec.,* spicibus *cett.*] intellegendum): **α** *fem. (sc. bestia sim.) vel masc.* (*formae praeter* Mart. Cap. *inter α et β ambiguae sunt*): Verg. georg. 3, 541 maris immensi prolem et genus omne -um. Colvm. 10, 203 *Tethys et Amphitrite* pontum ... -bus implet. Vet. Lat. Iac. 3, 7 (cod. 66) omnis ... natura bestiarum sive volatilium, repentium et -ium domatur (*nisi adi.; gr.* ἐναλίων). Avson. Mos. 141 caerula turba -um. Mart. Cap. 7, 735 reptantes -es volantes. *al.*

**β** *neutr.*: Vvlg. sap. 19, 18 quaecumque erant -ia, in terram transiebant (*gr.* νηκτά). Avg. in euang. Ioh. 23, 7 -ia in aquis, in aëre volantia *deus fecit* (*item in divisione generum*: serm. 142, 7 qui creavit volatilia, qui creavit animalia terrena, qui creavit omnia -ia. Qvodv. prom. 1, 1, 3 in aëre volantia, gradientia in terris, -ia in aquis. Ps. Chrysost. hom. de eleem. [rec. B] 2 l. 58. *cf. p. 155, 66. 74. 75*). Max. Tavr. 31, 1 maris -ia.

**b** *de rebus natandi capacibus*: Macr. Sat. 7, 12, 34 si in Pontum vel paleas vel ligna seu quaecumque -ia proieceris.

*deriv.*: natabilis, natabulum, natabundus, natatilis, natatio, natator (-trix), natatorius, natatus (-us), natito.

*compos.*: ab-, ad-, de-, e-, in-, inter-, per-, prae-, pro-, re-, sub-, subter-, super-, tra(ns)nato. *Schrickx.*

**natrix,** -icis *f.* (*et m.?*). [*subest* *(s)n$ə_1$-tri$ə_2$-k- < *sne$ə_1$- *'neo' (cf. lat.* neo, *theod. vet.* nāen *'suere', gr. aeol.* ἔννη *'nebat'), id quod theod. vet.* nātara *a* *nētr- < *(s)ne$ə_1$-tr- *derivatum demonstrat; notio originaria igitur 'quae se versat' erat; cf. etiam hibern. vet.* nathir, nathrach, *cambr.* neidr, *got.* nadr *'anguis'. cf. Walde-Hofmann II 147. Mei.*] *originem verbalem testatur* Prisc. *infra; a* natare *derivari vid. l. 31.* *scribitur* -trex Gloss. IV 122, 29 (*cf.* Gloss.[L] I Ansil. na 117 -tex), -tris Gloss.[L] I Ansil. na 128. Not. Tir. 113, 24 -x. *de genere: accedit adi. fem. l. 37, apponitur subst. masc.* Lvcan. 9, 720 *l. 47, quo spectant* Comment. *ad l.* masculino genere dixit, cum sit feminino; est tamen ex his nominibus, quae communicativa vocamus ...; nam illius serpentis masculinum nomen invenimus. Phoc. gramm. V 421, 16 unum *nomen* ... clausula *'ix'* terminatur generis masculini, nomen serpentis apud Lucanum lectum. Prisc. gramm. II 165, 16 *feminina sunt* omnia verbalia *in 'ix' desinentia,* ut ... -x, quod tamen, cum speciem anguis significat, masculini quoque invenitur. *de prosodia*: nătrĭc- *exhibere vid.* Lvcil. 72 (*aliter e. g. ed. Lachmann*), *sed* Arnob. *fort.* nātrīc- (*vel* nat-rīc-) *intellexisse suadent numeri orationis l. 49. 51*; nātr- *vel* nat-r- *etiam* Lvcan. 9, 720. *de notione*: Non. p. 65, 23 -es dicuntur angues natantes (*affert l. 37. 42; inde* Gloss. -es ⟨a⟩ natando). Gloss. ⌞-em explodit⌟: serpentem excludit et expellit (⌞⌟ *frg. versus suspicatur Postgate, Class. Quart. 11, 1917, 172*). -x: βόα ἰχθύος εἶδος. serpens. Gloss.[L] Corp. n 36 -x: serpens aquaticus.

*genus serpentis* (*noxia vel venenata putatur l. 40. 42 sqq. al., aquatica l. 31. 33. 47*): **1** *translate; significatur*: **a** *membrum virile*: Lvcil. 72 si natibus -em inpressit crassam et capitatam. **b** *herba quaedam* (*v. André, Les noms de plantes 1985, 170*): Plin. nat. 27, 107 -x vocatur herba, cuius radix evulsa virus hirci redolet (*inde* 1, 27, 83). **c** *homo nocens*: Svet. Cal. 11 (*Tiberius de Caligula*) se -em ... p(opulo) R(omano) ... educare.

**2** *proprie*: Cic. ac. 2, 120 cur deus ... tantam vim -um *viperarumque* fecerit ([mat- *codd. plerique; respondet* Lact. inst. 7, 4, 15 ideo homini datam esse rationem, ut ... -es v. que vitaret]. *item iuxta ponuntur*: Sen. dial. 4, 31, 8 viperas ... et -es et si qua morsu aut ictu nocent. Arnob. nat. 7, 16 p. 361, 7. Adnot. Fronto p. 221, 20 si Marso quis patre natus v., lacertas et -es timeret). Lvcan. 9, 720 natrix violator aquae (*inde* Isid. orig. 12, 4, 25. *de genere cf. l. 21*). Arnob. nat. 1, 17 quod mortiferae continent venenato in dente -es. Pol. Silv. chron. I p. 543, 32. *de hydra Lernaea*: Arnob. nat. 1, 38 p. 32, 20 *Hercules* multiplicium capitum superavit conpescuitque -es.

**[natta,** -ae *f. affertur in lexicis e* Greg. Tvr. vit. patr. 19, 2, *ubi* mattas.**]**

*?***nattacismus,** -ī *m.* *significatur vitium quoddam orationis*: Sacerd. gramm. VI 454, 25 vitio *myotacismi* similes sunt -i, rottacismi et omnino, cum in consonantem finiatur pars orationis et excipiatur a vocali (nytacismi, rotacismi *ed. princ.; cum descriptio vitiorum cum doctrina aliorum congruere non vid., fort. etiam errorem nominum auctori tribuendum esse monet Keil in app.*; labdacismi *recepimus vol. VII 2, 763, 16*).

**nātū** *v.* 2. natus. *N. H.*

**[nātula,** -ae *f. olim falso legebatur pro* Naevia CIL VI 28978.**]**

※**nātūra,** -ae *f.* *a* nasci. *de origine*: Lact. inst. 2, 8, 21 -am, quae utique a nascendo dicitur (*cf.* Serv. georg. 2, 49 -a dicta est ab eo, quod nasci aliquid faciat [*inde* Isid. orig. 11, 1, 1]). Lib. de praen. 5 olim ... dicebatur ... gnatura, non -a. Not. Tir. 32, 88 suapte (subaptae *codd. meliores*) -a. 42, 73 -a. 42, 75 -a rerum. 42, 79 secundum -am. *sim. al.*

*de prosodia*: Prisc. gramm. II 121, 1 'ra' ... terminantia omnia participiis femininis futuri temporis similem habent formam, unde paenultima quoque u sine dubio producitur: 'scriptura', ... '-a'. *de notione* (*v. etiam p. 157, 2*): Synon. Cic. p. 430, 3 ingenium. -a. mores. p. 435, 3 mos. -a. ingenium. Gloss. -a: φύσις. corpus, ingenium, genitura. de -a loquor: φυσιολογῶ. rerum -a: φύσις πραγμάτων καὶ ἡ τοῦ παντὸς φύσις. usia (os- *cod.*): -a. *al.* *legitur inde a* Plavto *per totam fere latinitatem.* [*confunditur in codd. maxime c.* naturalis (*v. p. 189, 31*), naturaliter Hier. Didym. spir. 6, 24 (*in falsa var. l.* Tert. resurr. 3, 1).]

*[Hajdú]*

fere i. q. φύσις (cf. e. g. p. 156, 71sq. 170, 62; quae vox ubi gr. respondet, infra fere non adnotatur). definitiones longiores, ubi variae notiones -ae tractantur, imprimis apud philos. leguntur, e. g. CIC. nat. deor. 2, 81sq. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 24 p. 215, 23sqq. BOETH. c. Eut. 1 l. 59sqq. M.

materiam sic digerendam esse censuimus:

CAPVT PRIMVM: respicitur vis quaedam vel proprietas insita, ingenita:

I praemonenda quaedam: A synonyma et opposita: l. 51. B de persona et divinitate -ae: p. 158, 12.

II exempla sec. effectus, modos agendi sim. digesta; describitur -a tamquam:

A vis agens: 1 respiciuntur potius effectuum genera: p. 158, 25 (dicitur e. g. dare p. 158, 25, imperare sim. p. 159, 23, docere p. 160, 23, dirigere p. 160, 42, facere sim. p. 161, 44, adiuvare sim. p. 162, 38). 2 respicitur potius, quatenus -a propositum nanciscatur, quibus modis agat: p. 163, 33.

B proprietas: 1 exempla varia: p. 164, 27 (iuncturae vel struct. spectantes ad -ae possessionem sim. p. 164, 33, ad statum sim. p. 165, 7). 2 colores quidam speciales: p. 166, 3 (vera vel bona qualitas p. 166, 3, genus sim. p. 166, 11, status vel forma naturalis p. 166, 34).

C instrumentum sim.: p. 166, 46 (abl. p. 166, 47, locut. c. praepos. p. 168, 45).

D origo, fundamentum, exemplum: p. 168, 68 (potius est exemplum p. 168, 69, origo p. 169, 73, locus p. 170, 31).

III exempla sec. res, quas gubernat, quibus propria est, digesta; spectat ad:

A viventes vel res ad eos pertinentes: 1 homines: p. 170, 61 (ipsos p. 170, 63, sc. singulos p. 170, 65, multitudines certas p. 172, 23, genus humanum p. 173, 36; eorum actiones, appetitiones sim. p. 174, 19, e. g. linguam sim. p. 175, 1, normas sim. p. 175, 57, necessitatem moriendi p. 176, 34). 2 deum sim.: p. 177, 14 (apud paganos, philosophos p. 177, 15, apud Christianos p. 177, 28). 3 herbas, arbores sim.: p. 178, 1. 4 animalia, monstra: p. 178, 30. 5 generalia quaedam: p. 178, 71.

B res varias: 1 ipsum mundum: p. 179, 11. 2 loca sim.: p. 179, 59. 3 materies, elementa sim.: p. 180, 21. 4 qualitates: p. 180, 56. 5 quaelibet: p. 180, 64.

CAPVT SECVNDVM: adhibetur de ipsis rebus vel animantibus, maxime cum agitur de eorum proprietatibus ingenitis: I -a est mundus: p. 181, 25 (rerum -a p. 181, 27; respicitur ratio inter deum et -am intercedens p. 183, 13; opp. opus humanum p. 183, 40; -a dicitur intra mundum finiri p. 183, 47). II -a est res quaevis: p. 183, 63 (elementa mundi p. 183, 63). III -a est quodcumque vivit: p. 185, 58 (animus vel anima p. 186, 33, deus sim. p. 187, 9). IV per euphemismum indicantur pudenda: p. 188, 19.

CAPVT TERTIVM: i. q. origo, nativitas: p. 188, 67.

**CAPVT PRIMVM:** respicitur vis quaedam vel proprietas insita, ingenita: I praemonenda quaedam: A synonyma et opposita (specialia infra attulimus, e. g. p. 172, 25. 175, 44; cf. p. 181, 18sqq.):
1 opp. vel disting.: fortuna sim.: casus RHET. Her. 4, 48, 61 res ... artificio, casu, -a comparatas (item in serie CIC. top. 62. al.). CIC. orat. 170. al., fors p. 159, 25 (cf. p. 158, 4), fortuna p. 159, 25. 161, 48. 166, 55. 167, 13sq. et saepe. industria, ars sim.: ars p. 159, 31. 161, 25. 164, 2. 171, 55. al. (cf. artificium l. 54. p. 171, 59 et CIC. Cluent. 72), cura e. g. RHET. Her. 3, 11, 20 SEN. epist. 124, 14. QVINT. inst. 11, 3, 11 ubi -a curā iuvetur (cf. curatura p. 171, 74), disciplina p. 160, 46. 166, 63. 167, 75. al., doctrina p. 158, 66. 161, 53. 163, 74. 167, 31. 35, exercitatio p. 171, 57sq. al., industria p. 158, 28. 160, 67. 168, 12. 172, 3. 5. al., institutio RHET. Her. 3, 16, 29 SEN. epist. 94, 30 TAC. dial. 2, 1 (cf. institutum CIC. orat. 159 [aliter l. 68. p. 158, 11]), litterae CIC. Arch. 5. Tusc. 1, 2 quae -ā, non litteris adsecuti sunt. al., magister p. 158, 65 et e. g. CIC. Brut. 280 QVINT. inst. 5, 10, 101, praecepta p. 168, 65. 171, 63. al. (cf. praeceptio p. 171, 56), ratio CIC. Brut. 33 part. 64 nat. deor. 1, 46. al. (cf. p. 158, 6), studium p. 171, 16. 172, 3. al. sim. al. lex sim.: institutio CIC. top. 90 (cf. institutum: rep. 3, 5. aliter l. 63), lex p. 159, 27. 168, 26. 175, 60. al., mos p. 159, 27. 172, 17. 175, 60 (aliter p. 158, 7). usus, consuetudo sim.: consuetudo p. 160, 46. 171, 33sq. al. (iuxta pos. p. 158, 8; cf. adsuetudo TAC. ann. 1, 11, 2), victus CIC. inv. 1, 34. 2, 33. 42, usus CIC. Scaur. 24 de orat. 1, 123. al. VARRO ling. 9, 4 VERG. georg. 2, 20. al. sim. al. animus vel eius affectus sim.: animus SVET. Tib. 68, 3 -ae vitia esse, non animi (de gestibus Tiberii, qui arrogantes visi sunt), cupiditas SEN. dial. 12, 10, 11, ingenium CIC. Arch. 5, libido VARRO ling. 10, 61, voluntas p. 161, 68. 166, 70. 2 pro syn. est vel iuxtaponitur: casus RHET. Her. 3, 7, 14 commoda casu et -a habere. SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 12, 1 c. et -a in omnibus dominatur. al. (cf. TAC. hist. 4, 26, 2 quod prodigium in pace fors seu -a, tunc fatum et ira dei vocabatur), ingenium p. 164, 43. 165, 8. 171, 1. al. (cf. e. g. vis p. 173, 22. 174, 23. 180, 33 et saepe, ratio p. 174, 25. 177, 21. 180, 70, animus p. 171, 5), mos e. g. CIC. S. Rosc. 38 mores feros immanemque -am. LVCR. 3, 315 SALL. Catil. 53, 6 GELL. 1, 9, 2 (cf. consuetudo CIC. Sull. 87 Mil. 36 et p. 160, 64. al., vita p. 171, 18sq. 23. al., habitus SALL. Iug. 28, 4), studium CIC. Cluent. 46 amicitias coniungit studiorum ac -ae similitudo (cf. CAEL. Cic. fam. 8, 11, 2 pro cuiusque -a et instituto).

**B** de persona et divinitate -ae: saepius actiones sim. personae tribuuntur -ae, v. passim sub IIA, e. g. IIA2a et l. 36sqq. 47sqq. 69sqq. p. 159, 29sqq. 161, 25sq. 162, 16sqq. (etiam oratio recta e. g. p. 160, 33. 40sq.), sentire, consilia habere sim. dicitur e. g. p. 164, 2sqq. 23. 179, 39sqq., contra inanima sim. e. g. p. 179, 46. 57 et LACT. ira 10, 1 non sensum habere. cum partes animantis -a agit, saepe adhibetur iunctura -a ipsa, maxime cum opera hominum opponuntur, v. e. g. l. 45. p. 159, 26. 70. 75. 164, 17. 173, 60. voc. -a in appellatione e. g. p. 160, 21. 162, 24 et SEN. Oed. 25 LVCAN. 9, 855 PLIN. nat. 37, 205. deo aequatur p. 170, 62. 179, 54sq. 58 et VARRO rust. 3, 1, 4 divina -a (aliter p. 183, 31), distinguitur vel opponitur e. g. p. 159, 17. 167, 4. 179, 29sqq. et CIC. div. 2, 127. 129.

**β** *respiciuntur normae, fines sim. hominibus impositi; finitur*: ① *consuetudo sim.*: Ⓐ *ea, quae fere legibus scriptis subicitur*: RHET. Her. 2, 10, 14 *dicemus* id, quod scriptum sit, aut non posse fieri, aut non lege, non more, non -a, non aequo et bono posse fieri (*in simili enumeratione*: 2, 11, 16. 2, 13, 19). 3, 3, 4 iustitiae partibus utemur ..., si, quod ius in parentis, deos, patriam -a comparavit, id religiose colendum demonstrabimus. CIC. inv. 2, 65 initium ... eius *iuris* ab -a ductum videtur (*sim.* off. 3, 71 ius civile ductum a -a). *ibid.* -ae ... ius esse, quod nobis non opinio, sed quaedam innata vis adferat, ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, observantiam, veritatem (2, 67. *al.* QVINT. decl. 322, 4 apud quem *hominem cruentum* nihil valeant iura -ae. *al.; cf. p. 176, 17. 52*). 2, 160 eius *iustitiae* initium est ab -a profectum. *ibid.* res et ab -a profectas et ab consuetudine probatas legum metus et religio sanxit. har. resp. 32 hoc si minus civili iure perscriptum est, lege tamen -ae, communi iure gentium sanctum est (Phil. 11, 28 *Cassius* est in Syriam profectus, alienam provinciam, si homines legibus scriptis uterentur, iis vero oppressis suam l. -ae. VAL. MAX. 5, 4, 7 diligere parentis prima -ae lex *est. al.* SEN. clem. 1, 19, 1 sq. quam *potestatem* non oportet noxiam esse, si ad -ae legem componitur; [2] -a enim commenta est regem, quod ... licet cognoscere ... ex apibus. *al.*). Mil. 10 quam *legem* non didicimus, accepimus, legimus, verum ex -a ipsa adripuimus, hausimus, expressimus. 43 ut eum *Clodium* nihil delectaret, quod aut per -am fas esset aut per leges liceret. part. 62 *utrum* ius in -a sit an in more. 129 *ius* dividitur in duas primas partis, -am atque legem. leg. 1, 35 qui ... licet nobis a -a leges et iura seiungere? *al.* OV. met. 10, 353 concubitu vetito -ae *ne* pollue foedus. *al.* *in locut.* -ā debere: NERAT. dig. 12, 6, 41 quod pupillus sine tutoris auctoritate stipulanti ... solverit, repetitio est, quia nec -a debet. POMPON. dig. 36, 1, 49 si heredi eius, cui -a debuerit, aliquis solverit. SCAEV. dig. 46, 1, 60 ubicumque reus ita liberatur a creditore, ut -a debitum maneat, teneri fideiussorem respondit. VLP. dig. 12, 6, 26, 12 (*e Iuliano*) -a ... operas patrono libertus debet. PAVL. dig. 50, 17, 84, 1 is -a debet, quem iure gentium dare oportet. *al.* Ⓑ *cetera exempla* (*selecta paucissima, cf. imprimis IIA1b*): RHET. Her. 3, 3, 5 modestiae partibus utemur ..., si unam quamque rem certo -ae termino definiemus. CIC. Cluent. 199 *Sassia* etiam nomina necessitudinum, non solum -ae iura mutavit, uxor generi, noverca fili, filiae paelex (*item respicitur nexus consanguinitatis*: SEN. contr. 1, 7, 2 ⟨in⟩ magnis sceleribus i. -ae intereunt: non ... tu pater es *mihi.* SEN. Phoen. 478. *al.; alio contextu*: OV. ars 2, 42 [*loq. Daedalus*] sunt mihi -ae i. novanda meae. met. 4, 279 ut quondam -ae i. novato ambiguus fuerit modo vir, modo femina Sithon. CVRT. 9, 4, 7 delebant incolae urbem, hostes defendebant: adeo etiam -ae i. bellum in contrarium mutat. *cf. p. 175, 64*). HOR. sat. 2, 2, 129 propriae telluris erum -a nec illum nec me nec quemquam statuit. SEN. contr. 10 praef. 9 (*v. p. 170, 46*). SEN. Ag. 34 (*loq. Thyestis umbra*) versa -a est retro: avo parentem ... miscui. Thy. 746 an ultra maius ... -a recipit *scelus*? COLVM. 1 praef. 8 ut rupto -ae foedere terrestre animal homo ventorum et maris obiectus irae fluctibus pendeat. PS. QVINT. decl. 17, 16 secundum -am condicionis humanae respondeo nihil aliud esse in potestate miserorum, quam ut mori velint. VET. LAT. Rom. 1, 26 (cod. 75, *sim.* 86. *al. et* VVLG.) feminae eorum immutaverunt naturalem sensum in eum usum, qui est contra -am (*gr. τὴν παρὰ φύσιν*, cod. 77 secus -am. *cf.* VVLG. iud. 19, 24 ne scelus hoc contra -am operemini in virum). *al.*

(II) *vita; respicitur naturalis necessitas*: moriendi (*exempla selecta*): RHET. Her. 4, 44, 57 est iniquum vitam, quam a -a acceptam propter patriam conservaveris, -ae, cum cogat, reddere, patriae, cum roget, non dare (*ceteros locos, ubi -ae redditur, debetur vita aut -a vitam adimit, tractavimus supra p. 159, 4 sqq.*). CIC. Cluent. 29 qui et -ae et legibus satis fecit, quem leges exsilio, -a morte multavit. Rab. perd. 30 exiguum nobis vitae curriculum -a circumscripsit. Catil. 4, 7 mortem a dis immortalibus non esse supplici causa constitutam, sed ... necessitatem -ae (*cf. l. 43*). Cael. 79 nolite, iudices, ... hunc *senem* iam -a ipsa occidentem velle maturius extingui volnere vestro quam suo fato. Mil. 101 mortem -ae finem esse, non poenam *putat Milo* ([*cf. e. g. l. 41. vol. X 1, 2503, 59 sqq.*]. DICT. 3, 26 optatissimum adpropinquare -ae f.). Marcell. 22 -ae communis fragilitatem extimesco. 25 vocem *Caesaris* invitus audivi: 'satis diu vel -ae vixi vel gloriae'; satis, si ita vis, fortasse -ae. 27 cum ... -am expleveris satietate vivendi, satis diu vixisse dicito. Phil. 1, 10 multa ... impendere videntur praeter -am etiam praeterque fatum (*de loco disputat* GELL. 13, 1, 1 sqq.). 4, 13 mortem ... -a omnibus proposuit. SALL. Iug. 10, 3 quoniam mihi -a finem vitae facit (*cf.* or. Lep. 15 unum omnibus finem -a ... statuit). 14, 15 (*v. p. 160, 71*). or. Cottae 5 vita et mors iura -ae sunt (*cf. e. g.* SEN. nat. 6, 32, 12 mors -ae lex est). NEP. Att. 22, 2 quod -a cogeret. VAL. MAX. 6, 1, 11 -ae modum expleverat. PS. VARRO sent. 4 (*v. p. 160, 74*). *al.* senescendi: CIC. Cato 4 qui ... omnia bona a se ipsi petunt, eis nihil malum potest videri, quod -ae necessitas adferat. VAL. MAX. 8, 7, 4 senem illum -a, caecum fortuna facere potuit.

(III) *adpetitiones sim. corporis et animi* (*exempla selecta inde a* SEN. *philos.*): CIC. Verr. II 5, 35 sic obtinui quaesturam in Sicilia ..., ut semper omnia, quae iucunda videntur esse, ea non modo his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi -ae ac necessitati denegarem. fin. 2, 25 veniebat ... ad cenam, ut animo quieto satiaret desideria -ae (2, 27 SEN. dial. 7, 18, 3. *al.* CVRT. 6, 2, 3. *al.*). 2, 33 *non* ut voluptatem expetat, -a movet infantem, sed tantum ut se ipse diligat. 2, 42 omnia, quae prima -a approbavisset. Lael. 87 omnium rerum, quas -a desiderat, abundantiam (VITR. 8 praef. 3 aurum argentum ceteraque, quae neque corpus nec -a d. SEN. epist. 4, 10 parabile est, quod -a d., et adpositum. 25, 4 panem et aquam -a d.). off. 1, 126 partes ... corporis ad -ae necessitatem datae. *al.* LVCR. 2, 20 corpoream ad -am pauca videmus esse opus omnino, quae demant cumque dolorem, delicias quoque uti multas substernere possint. *al.* VARRO ling. 8, 31 quod si quis duplicem putat esse summam, ad quas metas -ae sit perveniendum in usu, utilitatis et elegantiae *eqs.* HOR. sat. 1, 1, 50 quid referat intra -ae finis viventi, iugera centum an mille aret. 1, 1, 75 panis ematur, holus, vini sextarius, adde, quis humana sibi doleat -a negatis. 2, 7, 48 (*appetuntur res venereae*) acris ubi me -a intendit. *al.* SEN.

*[Hajdú]*

dial. 7, 13, 1 parum est ... luxuriae, quod -ae satis est (12, 10, 11 epist. 119, 8 BOETH. cons. 2, 5, 15. 3, 3, 19). epist. 4, 10 (*dictum Epicuri*) magnae divitiae sunt lege -ae composita paupertas ([*item fere* 27, 9, *ubi* ad legem]. *ibid.* lex ... illa -ae, scis, quos nobis terminos statuat? non esurire, non sitire, non algere). 17, 9 -a minimum petit (LVCAN. 4, 378 discite, quam parvo liceat producere vitam, et quantum -a petat. AVG. c. Iulian. 4, 14, 68). SIL. 1, 246 somnum ... negabat -ae *Hannibal.* IVL. VAL. 3, 45 l. 1046 (*respic. procreatio puerorum*) sicubi nobis *Amazonibus* ad -am est consulendum. *al.* *per euphemismum indicatur evacuatio ventris sim.*: SALL. hist. frg. inc. 3 profectus quidam Ligus ad requisita -ae ([*periphrasin notant* QVINT. inst. 8, 6, 59 POMP. gramm. V 293, 23]. AMM. 23, 6, 79 HIST. AVG. Carac. 6, 6 VVLG. deut. 23, 12. *al.*). BENED. reg. 8, 4 quo *intervallo* fratres ad necessaria -ae exeant.

**2** *deum sim.* (*eius qualitates vel actiones e. g. l. 35. 55. 59; gigantes l. 22*): **a** *apud paganos, philosophos* (*fort. addas contextu deficiente* ACC. carm. frg. 9 gnati mater pessimi [*i. Venus?*], odibilis, -ā impos): CIC. inv. 2, 161 religio est, quae superioris cuiusdam -ae, quam divinam vocant, curam caerimoniamque affert (fin. 4, 12 d. mente atque -a mundum universum ... administrari. *al.* QVINT. inst. 7, 3, 5 FRONTO p. 217, 11. *aliter p. 158, 21*). de orat. 2, 71 de -a deorum ... dicere (leg. 1, 21 d. immortalium vi, -a, ratione. *al.* SEN. clem. 1, 19, 9. *al.* PETRON. 109, 9 vers. 5 SIL. 4, 793. *al.*). AETNA 46 his *gigantibus* -a sua est alvo tenus. PROP. 4, 2, 21 (*loq. Vertumnus*) opportuna mea est cunctis -a figuris. SEN. benef. 4, 3, 2 (*v. p. 164, 22*). PRIAP. 38, 2 (*loq. Priapus*) -a est ... semper aperta mihi (*ludit c. notione p. 188, 29sqq. illustrata*). MIN. FEL. 26, 12 in Symposio ... -am daemonum exprimere conititur *Plato* (*inde* LACT. inst. 2, 14, 9 -as). *al.*

**b** *apud Christianos*: **α** *exempla varia*: VET. LAT. II Petr. 1, 4 (cod. 55. *al.* = VVLG.) ut ... ⟨efficia⟩mini divinae consortes -ae ([*gr.* θείας ... φύσεως]. TERT. praescr. 7, 2 materia sapientiae saecularis, temeraria interpres d. -ae et dispositionis. AMBR. fid. 1, 19, 129 si de nomine substantiae aut -ae d. voluerint dicere. *al.; cf. p. 187, 25*). TERT. coron. 6, 2 ipsum deum secundum -am prius novimus, scilicet deum appellantes deorum et bonum praesumentes. adv. Marc. 2, 6, 4 bonus -ā deus solus (pudic. 2, 4). 2, 7, 1 hac definitione omnia deo salva sunt: et -a bonitatis et ratio dispositionis. patient. 3, 11 patientiam dei esse -am (test. anim. 2, 2 GAVDENT. serm. 19, 19 HIER. epist. 15, 4, 2. *al.*). NOVATIAN. trin. 5, 5 quae *iracundiae discordia* in deo vel ex -a vel ex vitio non potest esse. LACT. ira 2, 8 alii ... iram tollunt, gratiam relinquunt deo: -am enim summa virtute praestantem ut non maleficam, sic beneficam esse debere. MAR. VICTORIN. adv. Arium 3, 6 l. 7 deum ... in qua -a, in quo genere, in qua vi, in qua potentia ponimus? PRISCILL. tract. 1, 35 divini sermonis. AMBR. fid. 1, 2, 15 divinitatis (HIER. in Mal. 3, 2 l. 177 AVG. trin. 15, 23, 43. *al.; cf.* deitatis -a: RVFIN. Orig. princ. 1, 1, 7sq. AVG. *loco cit. al.*). *al.*

**β** *personas trinitatis*: TERT. bapt. 8, 3 *descendit columba,* ut -a spiritus sancti declararetur per animal simplicitatis et innocentiae (AMBR. incarn. 8, 84. *al.; cf.* TERT. monog. 3, 9 quae *sanctitas* propria -a est eius *sp. sancti*). MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 10 l. 35 hoc est ... ὁμοούσιον: ὁμοῦ οὐσίαν ἔχον, simul substantiam habens paremque exsistendi vim atque virtutem eandemque substantiae -am. HIL. trin. 5, 11 patrem et filium praedicamus et ita -am nominum coaequamus, ut veritatem dei teneat ex innascibili deo dei unigeniti nativitas. 6, 13 deus, qui ex deo natus est, non utique natus ex nihilo est ..., sed nativitatis suae viventem habuit -am. FILASTR. 137, 1 (*ad gen. 1, 26* faciamus hominem ad imaginem ... nostram) *haeretici* nesciunt, quid sit imago dei -ā proprietatis, et quid positionis sit gratiā (137, 4 alia nulla esse potest naturalis imago dei ... nisi Christi dei dei filii, qui -ā p. indiscretā paternae substantiae ... imago sit). AMBR. fid. 3, 10, 64 'factum esse' (*Ioh. 1, 30*) non ad divinitatem, sed ad incarnationis pertinere -am. sacr. 6, 1, 3 in similitudinem quidem accipis sacramenta *carnis Christi,* sed verae -ae gratiam virtutemque consequeris. ANON. in Eph. 10 manifeste monstratur deum secundum -am patrem esse (*sim.* in Phil. 04 secundum -am aequalis est patri *Christus.* in Tit. 02 quam *deitatem* sicut pater secundum -am habet *Christus.* MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 10 l. 5 nos ... adoptione filii, ille -a. *al.*). RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 71, 6 trinitatis (Orig. princ. 1, 5, 3 FACVND. defens. 5, 3, 33. *al.*). PS. SVLP. SEV. epist. 1, 6 -ae potestate infinitus *Christus.* *al.* **γ** *angelos, diabolum sim.*: TERT. carn. 6, 11 qui *angeli* valent facere semetipsos, quod -a non sunt. 14, 3 dictus est 'angelus' ... officii, non -ae vocabulo. adv. Val. 11, 2 Christi erat inducere aeonas -am coniugiorum (*cf.* IREN. 1, 2, 5 Christum ... docuisse eos coniugationis -am). 22, 2 diabolum ... munditenentem appellant et superiorum magis gnarum defendunt, ut spiritalem -a, quam demiurgum, ut animalem. PRISCILL. tract. 1, 6 daemoniorum. AVG. civ. 19, 13 p. 378, 2 nec ipsius diaboli -a, in quantum -a est, malum est; sed perversitas eam malam fecit (22, 24 p. 610, 20. *al.*). *al.*

**3** *herbas, arbores sim. earumque partes*: **a** *sine gen.* (*exempla selecta inde a* VERG.): CATO agr. 157, 1 te cognoscere oportet ..., cuius modi -am habeant *brassicae. ibid.* ea *brassica* est grandis ..., validam habet -am et vim magnam habet. *al.* ACC. trag. 234ᵇ (*v. p. 166, 54*). LVCR. 5, 924 omnes *plantae* foedere -ae certo discrimina servant. VARRO ling. 5, 62 (*v. p. 166, 57*). rust. 1, 7, 6 quercus simili esse -a. *al.* HOR. sat. 2, 4, 21 pratensibus optima fungis -a est. VERG. georg. 2, 9 arboribus varia est -a creandis. COLVM. 3, 1, 5 uberi dabit agro gracilem vitem nec -a nimis fecundam. 3, 10, 16 quae citra -ae quandam pubertatem immatura ... planta direpta trunco ... terrae ... inseritur. PLIN. nat. 19, 74 his *plantis* medica tantum -a est, quam ob rem differentur in sua volumina (*fere i. q. usus, cf. p. 181, 5*). *al.* **b** *cum gen.*: CIC. fin. 5, 10 Theophrastus ... stirpium -as *persecutus est* (5, 33 COLVM. 3, 21, 7. 4, 22, 5). 5, 33 de animalium *genere* loquor, cum arborum et stirpium eadem paene -a sit? (SEN. epist. 124, 14 PLIN. nat. 17, 1. *al.* GELL. 16, 16, 2 [*e Varrone*]. GARG. MART. med. 60, 3. *al.*). COLVM. 3, 2, 7 ea nonnullarum vitium -a *est,* ut pro locorum situ bonitate vini modo vincat, modo superetur (PLIN. nat. 14, 110. *al.*). 4, 23, 3 virgultorum. 9, 6, 1 sunt -ae corticis similes *ferulae* (PLIN. nat. 17, 104). 12, 44, 8 pro ... -a uvarum aliae *rationes* aliis conveniunt (PLIN. nat. 1, 14, 3. 13, 30). PLIN. nat. 1, 25 argum. l(ibro) XXV continentur -ae herbarum sponte nascentium (SERV. georg. 1, 215 HIER. in Zach. 14, 16 l. 685 AVG. doctr. christ. 2, 59. 110. *al.*). 18, 124 ciceris -a est gigni cum salsilagine. 22, 96 fungorum lentior -a (23, 65 f. -ae contraria est pota *vini faex*). *al.* *significatur locus libri, ubi rei -a describitur* (*cf. e. g. l. 59. p. 180, 42*): PLIN. nat. 8, 193 dicemus in ... herbarum -a (15, 105 planius hoc fiet in h. -a. 16, 143). 15, 95 glandes inter poma numerari non possunt, quam ob rem in sua -a dicentur. 19, 63 fungorum ... callum in ligni arborumque -a diximus. 19, 93 proxima hinc est bulborum -a. *al.*

**4** *animalia, monstra* (*exempla selecta inde a* VERG.): **a** *sine gen.*: RHET. Her. 4, 46, 59 *equus* bene -a compositus. CIC. S. Rosc. 63 (*v. p. 160, 43*). Mil. 30 (*v. p. 159, 75*). div. 1, 15 inest in ranunculis vis et -a quaedam significans aliquid, per se ipsa satis certa, cognitioni autem hominum obscurior. LVCR. 2, 369 (*de haedis*) quod -a reposcit, ad sua quisque fere decurrunt ubera lactis. *al.* NIGID. Prisc. gramm. II 385, 15 omne pecus indomitum habet quiddam in se ferum, sed tamen ea -a est, ut ... dominari possit. VARRO ling. 5, 98 si cui ovi mari testiculi dempti et ideo vi -a versa, verbex declinatum (*item spectat ad sexum e. g.* 9, 56 corvus et corva non *dicitur,* quod sine usu id, quod dissimilis -a⟨e⟩. PLIN. nat. 8, 105 hyaenis utramque esse -am et alternis annis mares, alternis feminas fieri [PRISC. gramm. II 141, 15 utriusque -ae animalia. *cf. p. 172, 75*]). VERG. georg. 4, 149 nunc age, -as apibus quas Iuppiter ipse addidit expediam. GRATT. 158 Martem ... odere Geloni *canes,* sed -a sagax. MANIL. 2, 101 (*v. p. 160, 54*). 5, 380 verba ... *avibus* -ae lege negata. PHAEDR. 5, 5, 33 *rusticus* pervellit aurem *porcello* ... et cum dolore vocem -ae exprimit. PLIN. nat. 29, 69 reverti ... ad percussum *hominem* serpentem necessitate -ae Nigidius auctor est. 29, 89 ferunt ... non transiri ab eo *mure araneo* orbitam torpore quodam -ae. 29, 132 scarabaei viridis -a contuentium visum exacuit. *al.* SVET. frg. p. 235, 2 *delphini* propter impetum *maris* pugnant sive metu, ne deferantur in littora, sive -a, ne aversorum cervices unda praecipitet. FLOR. epit. 3, 6, 6 animalia, quibus aquam terramque incolendi gemina -a est. *al.* **b** *cum gen.*: LVCR. 2, 665 *varia animalia* retinent ... parentum -am. CIC. fin. 2, 33 ferarum -a non est illa quidem depravata mala disciplina, sed -a sua (off. 1, 50 PLIN. nat. 1, 8, 5. 8, 61. *al.*). nat. deor. 2, 14 praeter -am hominum pecudumque portentis *terreri* (VARRO rust. 2, 11, 2 FILASTR. 124, 4). CAES. Gall. 6, 26, 3 eadem est feminae marisque -a. VARRO ling. 9, 33 in bovom hominum et equorum -a similitudines proportione constare ([*item* boum: PLIN. nat. 28, 247 diximus in -a b.]. PLIN. nat. 1, 8, 64. 22, 30. *al.*). SALL. Iug. 89, 5 -a serpentium ipsa perniciosa siti ... accenditur (PLIN. nat. 8, 61 CLAVD. DON. Aen. 6, 285 p. 547, 31). HOR. sat. 2, 8, 93 vidimus et merulas poni ..., suavis res, si non causas narraret earum et -as dominus. VITR. 1, 4, 7 animadvertat ... -as avium et piscium et terrestrium animalium (PLIN. nat. 10, 1. 35, 163. *item* piscium: VITR. 1, 4, 7 aquatiles ... p. -ae. *al.*; animalium: VITR. 8, 3, 28 omnium a. -a *sine aqua vitam tueri nequit* [*nisi ad p. 185, 59*]. SEN. epist. 124, 14 PLIN. nat. 8, 44. 12,1 a. omnium, quae nosci potuere, -ae ... ita se habent. *al.*). COLVM. 9, 9, 1 talis est apium -a, ut pariter quaeque plebs generetur cum regibus (PLIN. nat. 21, 83. 22, 109. *al.*). PLIN. nat. 9, 59 mugilum -a ridetur in metu capite abscondito totos se occultari credentium. 11, 128 cervarum. *al.*

**5** *generalia quaedam*: **a** *cum gen.*: LVCR. 1, 598 si primordia rerum commutari ... possent ..., *non* totiens possent generatim saecla referre -am, mores, victum, motusque parentum. 4, 859 corporis ipsa ... -a cibum quaerit cuiusque animantis. CIC. fin. 5, 25 sua cuiusque animantis -a est (PLIN. nat. 7, 1. *cf. p. 185, 61*). SALL. Iug. 93, 4 *ilex* aucta in

[Hajdú]

altitudinem, quo cuncta gignentium -a fert. *al.* **b** *sine gen.*: LVCR. 2, 714 (*v. p. 163, 14*). 2, 945 quamvis animantem grandior ictus, quam patitur -a, repente adfligit *eqs.* 5, 879 duplici -a (*respic. centauri ut*: OV. met. 12, 503 fortissima rerum ... d. -a animalia iunxit). 6, 775 magis esse aliis alias animantibus aptas res ad vitai rationem ostendimus ante propter dissimilem -am dissimilisque texturas inter sese primasque figuras. CIC. nat. deor. 1, 104. off. 1, 54 cum sit hoc -a commune animantium, ut habeant libidinem procreandi *eqs.* FEST. p. 157 (*suppl. e* PAVLO) ⟨monstra dicuntur natur⟩ae modum e⟨gredientia, ut ...⟩ avis cum quat⟨tuor alis⟩.

**B** *spectat ad res varias* (*quaedam simul ad homines eorumve negotia spectant, maxime sub 5*): **1** *ipsum mundum omnesque res, quas mundus continet*: **a** *cum gen.*: RHET. Her. 3, 12, 21 rerum **(**[*v. p. 159, 13*]. CIC. Sest. 91 ita r. -am tulisse, ut quodam tempore homines ... dispersi vagarentur. nat. deor. 3, 9 cum r. -a, quam tu sapientem esse vis, duo lumina ... nos habere voluisset. *al.* LVCR. 3, 931 [*v. p. 160, 32*]. 4, 969 -am quaerere r. semper et inventam patriis exponere chartis. *al.; exempla pleraque tractavimus p. 181, 27sqq., multa autem huc transferre possis, e. g. p. 181, 75sqq.***)**. CIC. inv. 1, 59 quae signo sunt omnia non mediocri quodam consilio -am mundi administrari **(**[*locum del. edd. plerique*]. nat. deor. 2, 58 m. ... -a non artificiosa solum, sed plane artifex ... dicitur. *al.* LVCR. 5, 828 mutat ... m. -am totius aetas. *al.* VARRO ling. 9, 33 VAL. MAX. 3, 3 ext. 4. *al.; cf. p. 182, 45***)**. Tim. 35 cum ... eum *ignem* similem universi -ae efficere vellet, ad volubilitatem rotundavit ([*gr.* $40^A$ *τῷ ... παντί*]. SEN. dial. 12, 20, 1 *animus* ad considerandam suam u. que -am veri avidus insurgit). **b** *sine gen.*: LVCR. 1, 56 unde omnis -a creet res auctet alatque, quove eadem rursum -a perempta resolvat. 1, 224 aeterno quia constant semine quaeque ..., nullius exitium patitur -a videri. 1, 263 alid ex alio reficit -a nec ullam rem gigni patitur nisi morte adiuta aliena. 2, 168 quidam ... -am non posse deum sine numine rentur tanto opere humanis rationibus admoderate tempora mutare annorum frugesque creare (*cf.* IVV. 13, 88 sunt ... qui ... nullo credant mundum rectore moveri -a volvente vices et lucis et anni). 2, 378 *primordia* -ā ... constant neque facta manu sunt (*item opp. opera hominum e. g.* VITR. 10, 7, 4 *machinae Ctesibii* efferre ab -a mutuatos effectus ostenduntur. SEN. nat. 3, 17, 2 quotiens *luxuria* -am aut mentitur aut vincit. *cf. p. 157, 56sqq. 183, 40sqq.*). *al.* CIC. fin. 3, 73 *cognoscere,* utrum conveniat necne -a hominis cum universa (SEN. epist. 124, 14 hoc ... demum perfectum est, quod secundum u. -am perfectum, u. autem -a rationalis est. *cf. p. 173, 71*). ac. 1, 28 partīs ... esse mundi omnia, quae insint in eo, quae -a sentiente teneantur, in qua ratio perfecta insit, quae sit eadem sempiterna ...; quam vim animum esse dicant mundi eandemque esse mentem sapientiamque perfectam, quem deum appellant omniumque rerum, quae sunt ei subiectae, quasi prudentiam (nat. deor. 2, 75. 85). nat. deor. 2, 29 -a est ... quae contineat mundum omnem eumque tueatur, et ea quidem non sine sensu atque ratione. 2, 76 aliquid ... maiore vi praeditum quam deus, quale id cumque sit, sive inanima -a sive necessitas. OV. trist. 1, 8, 5 omnia -ae praepostera legibus ibunt (MANIL. 1, 671 *planetae* exercent varias -ae lege choreas. 2, 562. SEN. nat. 3, 15, 3 aquarum secundum legem -ae voluntatemque nascentium. PLIN. nat. 2, 116 palam est illos *ventos* quoque legem habere -ae. *al.*). MANIL. 4, 303 altis -a manet consaepta tenebris et verum in caeco est. *al.* VITR. 4, 2, 6 omnia ... a veris -ae deducta moribus transduxerunt in operum perfectiones. 9, 1, 2 mundus ... est omnium -ae rerum conceptio summa. SEN. benef. 4, 7, 1 quid ... aliud est -a quam deus et divina ratio toti mundo partibusque eius inserta. 4, 8, 3 -am voca, fatum, fortunam: omnia eiusdem dei nomina sunt varie utentis sua potestate. nat. 1 praef. 15 sunt qui putent ... universum ... expers consilii auferri temeritate quadam aut -a nesciente, quid faciat. 2, 45, 3 vis illum *Iovem* -am vocare, non peccabis. *al.*

**2** *loca sim.* (*iuxta ponitur* situs *l. 64. p. 180, 10,* locus *p. 180, 11; cf. p. 170, 31sqq.*): **a** *cum gen. vel pron. poss.* (*exempla selecta inde a* CAES.): CIC. inv. 1, 38 opportunitas *maleficii* quaeritur ex ... -a ipsius loci ... et totius regionis, *ubi res gesta est* (Verr. II 2, 4. *al.* LVCR. 1, 503. *al.* VARRO ling. 5, 144 CAES. Gall. 1, 2, 3. *al.; cf. p. 180, 10*). Verr. II 5, 26 *Syracusarum* hic situs atque haec -a esse loci caelique dicitur (de orat. 3, 23 [*v. l. 69*]. *al.* VITR. 1, 6, 2 SEN. dial. 12, 6, 5. *al.*). Cluent. 138 quod *mare* sua -a tranquillum sit. leg. agr. 2, 67 -am agri *definire* (rep. 5, 5 leg. 2, 67 CAES. civ. 3, 42, 5 VARRO rust. 3, 4, 2 SERV. georg. 2, 177. *al.*). Deiot. 24 propter regionum -am et fluminis (LIV. 9, 36, 5. 22, 38, 9 COLVM. 3, 13, 5 MELA 1, 2. *al., adde iam l. 62*). de orat. 3, 23 sive de caeli -a loquitur sive de terrae (Cato 51 VARRO rust. 1, 15, 1. AETNA 175 species -aque t. MANIL. 1, 194 SEN. nat. 6, 23, 1 CVRT. 7, 4, 26 PLIN. nat. 2, 222. *al.*). fam. 15, 4, 4 Ciliciam ... propter montis Amani -am facile tenuissem (CAES. Gall. 1, 21, 1. 7, 46, 3 LIV. 38, 20, 3. *al.*). LVCR. 2, 1051 nulla est finis *mundi*: uti docui, res ipsaque per se vociferatur et elucet -a profundi. 5, 93 quorum, *sc. maris terrae caeli,* -am triplicem ... una dies dabit exitio. CAES.



Gall. 4, 17, 4 fluminis (civ. 1, 50, 2 SEN. nat. 4, 2, 10 epist. 104, 15 FRONTIN. strat. 2, 2, 7 TAC. ann. 6, 37, 2. *al., adde iam p. 179, 68*). BELL. Afr. 76, 2 oppidi. Alex. 8, 2 litoris Aegypti -a (PLIN. epist. 2, 17, 25 SERV. Aen. 1, 537). SALL. hist. frg. 4, 26 Italiae. AETNA 219 soli (COLVM. 1, 2, 1. 10, 9 PLIN. nat. 17, 19. *al.* SIL. 15, 234. *al.*). LIV. 28, 27, 11 maris (SEN. suas. 1, 10 SEN. dial. 12, 7, 8 CVRT. 9, 10, 3 PLIN. nat. 31, 67. *al.*). 28, 30, 9 freti (CVRT. 9, 9, 10). VAL. MAX. 8, 11, 1 siderum (SEN. nat. 2, 1, 1. *al.* PLIN. nat. 1, 2, 6 SERV. auct. Aen. 1, 741. *al.*). *al.* **b** *sine gen.*: RHET. Her. 3, 16, 29 qui *loci* ... aut -a aut manu sunt absoluti. 3, 19, 31 dissimiles formā atque -ā loci. CIC. leg. agr. 2, 40 urbs ... -a ac situ ... nobilis. 2, 87 ipsa -a ac loco ... imminere ... fructuosissimis insulis populi Romani videbatur *Carthago.* Flacc. 71 agros habent et -a perbonos et diligentia culturaque meliores. *al.* LVCR. 6, 739 Averna tibi ... expediam, quali -a praedita constent. BELL. Hisp. 38, 1 locum quendam munitum -a occupat. 38, 4. VARRO rust. 1, 6, 1 formae *soli* cum duo genera sint, una, quam -a dat, altera, quam sationes imponunt. SALL. Catil. 7, 7. Iug. 92, 5 omnis *mons* -ā velut opere atque consulto praeceps. VERG. georg. 2, 49 solo -a subest. 2, 178 nunc locus arvorum ingeniis, quae robora cuique, ... quae sit rebus -a ferendis. OV. met. 11, 235 specus ... -a factus an arte. LIV. 10, 17, 10 locus erat munimento -aque tutus. *al.*

**3** *materies, elementa sim.*: **a** *cum gen. vel pron. poss.* (*exempla selecta*): LVCR. 1, 772 *si* ita forte putas ignis terraeque coire corpus et aerias auras roremque liquoris, nil in concilio -am ut mutet eorum *eqs.* (*item c. pron.*: 1, 776 suam quidque *elementum* in coetu variantis acervi -am ostendet. 1, 1080. *al.*). 2, 232 corpus aquae -aque tenuis aëris haud possunt aeque rem quamque morari ([*nisi ad caput sec.*]. SEN. nat. 2, 10, 4 -a ... a. gelida est. *al.*). 3, 191 mellis constantior est -a (COLVM. 12, 47, 4 PLIN. nat. 1, 11, 12. *al.*). 5, 355 materiai corpora ..., quorum -am ostendimus ante. 5, 1281 quo pacto ferri -a reperta sit, ... cognoscere. CIC. nat. deor. 2, 54 non est ... aetheris ea -a, ut vi sua stellas complexa contorqueat (OV. met. 15, 194). 3, 30 nihil *esset* argenteum, nihil aeneum, si commutabilis esset -a argenti et aeris (AETNA 520). MESSALLA ausp. frg. Macr. Sat. 1, 9, 14 aquae terraeque vim ac -am gravem atque pronam in profundum dilabentem, ignis atque animae levem in immensum sublime fugientem **(**PLIN. nat. 2, 212 de aquarum -a complura dicta sunt, sed aestus maris accedere ac reciprocare maxime mirum. 2, 224 nec aquarum -a miraculis cessat: ... marinae, quarum -a gravior, ... sustinent *dulcia.* 6, 107 [*explicatur nomen maris rubri*] tali a. ipsius -a. TERT. bapt. 5, 2. *al.; cf. p. 185, 28***)**. VITR. 8, 3, 10 sucus subest coaguli -ae similis. SEN. nat. 2, 24, 1 ignis (APVL. Plat. 1, 11 p. 204 SERV. auct. Aen. 8, 432 SCHOL. Stat. Theb. 3, 588. *al., v. iam l. 34*). PLIN. nat. 33, 81 electri -a est ad lucernarum lumina clarius argento splendere. 34, 156 sequitur -a plumbi (*respic. locus libri, cf. p. 178, 24*). *al.* **b** *sine gen.*: LVCR. 1, 236 *primordia* immortali sunt -a praedita certe (*cf. e. g.* 1, 581 fragili -a praedita constant). 1, 303 quae ... omnia, *sc. calores, frigora, voces,* corporea constare necessest -a, quoniam sensus impellere possunt. 1, 649 nil prodesset ... calidum denserier ignem nec rarefieri, si partes ignis eandem -am, quam totus habet super ignis, haberent. *al.* VITR. 6, 2, 2 cum ... sub aqua sunt demissi *remi,* per -ae perlucidam raritatem remittunt ... imagines (*respic. -a aquae ut* 8, 2, 9). 7, 9, 1 cum ... emissae sint ex minio ... quas in se habuerat virtutes, efficitur tenera -a et viribus imbecillis. PLIN. nat. 2, 132 cui *aceto* frigidissima est -a. 14, 58 vino -a est hausto accendendi calore viscera intus. *al.* VLP. dig. 34, 2, 19, 17 gemmae ... *sunt* perlucidae materiae, velut smaragdi, chrysolithi ..., lapilli autem contrariae superioribus -ae, ut obsidiani. *al.*

**4** *qualitates*: LVCR. 2, 818 non certis certa figuris est -a coloris (PLIN. nat. 8, 122). 3, 235 nec calor est quisquam, cui non sit mixtus et aer: rara quod eius enim constat -a, necessest aëris inter eum primordia multa moveri (FIRM. math. 6, 22, 5 DON. Ter. Eun. 84, 2 PALLAD. 3, 25, 21. *cf.* -a vaporis: PLIN. nat. 2, 189 APVL. mund. 8 p. 306). APVL. Plat. 1, 10 p. 201 perennitatis fixa et immota -a est. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 2 p. 6, 3 *omnia, quae aliqua re differunt,* quibusdam propriis solitaribusque -is insignita sunt. *al.*

**5** *quaelibet*: **a** *cum gen. vel pron. poss.*: RHET. Her. 3, 2, 2 in quibus causis rei -a faciet deliberationem, omnis oratio ad ipsam rem adcommodabitur **(**[*opp.* extranea causa]. *item sing.*: CIC. inv. 1, 49. *al.* NIGID. Gell. 10, 4, 4 VARRO ling. 8, 14. *al.; plur.* rerum: CIC. Scaur. 15 *nihil* aliud in ignoto teste facere debemus, nisi ut argumento ... r. ipsarum vim -amque quaeramus. de orat. 1, 80 si quis omnium r. atque artium rationem -amque comprenderit [1, 219. *al.*]. 3, 127 LVCR. 6, 990. *al.***)**. CIC. inv. 2, 157 *genus rerum* non propter suam vim et -am, sed propter fructum atque utilitatem *petendum* (2, 176 LVCR. 6, 983). part. 37 insunt etiam in temporibus illa, quae temporis quasi -am notant, ut hiems, ut aestas (IVL. VAL. 3, 47 l. 1121 VEG. mil. 4, 38, 15. *al.; cf.* VARRO ling. 6, 3 dicemus primo de temporibus, tum quae per ea fiunt, sed ita, ut ante de -a eorum.

*[Hajdú]*

*aliter p. 174, 30*). LVCR. 3, 328 e turis glaebis evellere odorem haud facile est, quin intereat -a quoque eius. 6, 379 igniferi -am fulminis ipsam perspicere (SERV. Aen. 8, 429). 6, 996 id fieri cogit -a viarum multimodis varians (SEN. nat. 7, 25, 7 [*de cometis*]). PLIN. nat. 30, 138 scarabaeorum cornua grandia denticulata adalligata iis *pueris* amuleti -am obtinent (*fere i. q. usus, cf. p. 178, 11*). *al.* **b** *sine gen. poss.*: CIC. inv. 1, 49 imago est oratio demonstrans corporum aut -arum similitudinem. 1, 82 si demonstrabitur diversum esse *id, quod confertur, et id, quocum confertur,* genere, -a, vi, magnitudine, tempore, loco *eqs.* (*sim.* 2, 151). LVCR. 2, 720 totā -ā dissimiles sunt inter se genitae res quaeque. 6, 219 ⟨quali⟩ -a praedita constent fulmina (*sim.* 6, 982). *al.* AETNA 407 mobilis illi *lapidi molari* et metuens -a mali est, ubi cogitur igni. OV. met. 1, 403 ubi creverunt *saxa, quae Deucalion et Pyrrha iecerant,* -aque mollior illis contigit. *al.*

**CAPVT SECVNDVM:** *adhibetur de ipsis rebus vel animantibus, maxime cum agitur de eorum proprietatibus ingenitis sim.* (*fort. metonymice passim; quae metonymia probabilior vid., cum accedit gen. in locut. periphrastica, ita ut '-a rei' fere i. q. 'res' sit, v. e. g. p. 186, 34 sqq. et IA1*). *iuxta ponitur vel pro syn. est* essentia CHALC. comm. 28 AVG. c. Arian. 36 l. 17 FVLG. RVSP. trin. 2, 2. 3, 1. *al.,* substantia MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 5 l. 40 AMBR. fid. 1, 19, 129 ANON. in Hebr. 03 PS. HIER. indic. de haer. 11 AVG. civ. 13, 24 p. 594, 25 in psalm. 68, serm. 1, 5 l. 9 CONC.[S] II 5 p. 151, 36. IV 2 p. 173, 31 PETR. CHRYS. serm. 111, 2. *al.; opp.* persona *e. g. p. 187, 49 et* BOETH. c. Eut. 4 l. 266 M. *monstrare* differentiam -ae atque p., id est οὐσίας atque ὑποστάσεως.

**I** *-a est mundus* (*iuxta ponitur* mundus *e. g. p. 182, 37. 41, opp.* una terra *p. 182, 32; tamquam animans vel persona describitur p. 182, 29. 60. 63. 183, 60*): **A** *generatim*: **1** *iunctura* rerum -a (*cf. p. 179, 12 sqq.*): **a** *accedit adi. universitatem indicans*: CIC. leg. 3, 3 *sine imperio* nec gens, nec hominum universum genus stare, nec r. -a omnis, nec ipse mundus potest (nat. deor. 1, 27. 3, 35 LVCR. 1, 950. *al.* APVL. Socr. 1 p. 115 BOETH. cons. 3, 12, 33. *cf. p. 182, 22*). nat. deor. 1, 39 *deum esse* communem ... r. -am universam atque omnia continentem (COLVM. 1 praef. 32 MIN. FEL. 19, 6. *cf. p. 182, 29*). PLIN. nat. 9, 104 ex tota r. -a damnosissimum ventri mare est (QVINT. decl. 260, 16 APVL. apol. 64, 7. *cf. p. 182, 32*).

**b** *sine adi. universitatis*: **α** *cum praepos. locum vel originem indicante*: in (*saepe iunctura* 'in r. -a esse' *indicat rem esse inter res, quae existunt vel existere possunt; abit fere in significationem q. e. 're vera' l. 48 sq.*): CIC. Rab. perd. 24 videmus haec in r. -a tria fuisse, ut aut cum Saturnino esset, aut cum bonis, aut lateret. Balb. 9 tot victorias bellicas *habet Pompeius,* quot sunt in r. -a genera bellorum. de orat. 3, 161 nihil est ... in r. -a, cuius nos non in aliis rebus possimus uti vocabulo et nomine. *al.* CELS. 7, 2, 6 est etiam in r. -a, ut cutis latius excidenda sit. SEN. benef. 5, 12, 4 ingratus in r. -a est nemo. dial. 2, 3, 3 nihil in r. -a tam sacrum est, quod sacrilegum non inveniat. PLIN. nat. 11, 271. *al.* TEST. (CIL VI 10229; *a. 108*) 95 ⟨done⟩c *ceteris heredibus decedentibus* in r. -a esset un⟨us eorum⟩. IVLIAN. dig. 46, 3, 36 si nemo natus sit *ex uxore patris mortui praegnate,* recte me egisse, *sc. cum patri debita petissem,* quia in r. -a verum fuisset me solum heredem fuisse. VLP. dig. 38, 16, 3, 10 si in r. -a certum sit hanc, quae se dicit praegnatem, praegnatem non esse. PAVL. dig. 42, 2, 3 (*e Iuliano*) etiamsi *legatum* in r. -a non fuisset et si iam a -a recessisset. HIST. AVG. Aurelian. 46, 1 plus auri esse in r. -a quam argenti. *al.*
ex: CIC. S. Rosc. 71 nonne videntur hunc hominem, *sc. parricidam,* ex r. -a sustulisse *maiores nostri* ..., cui repente caelum, solem, aquam terramque ademerint. prov. 43 nonne vobis videor ... illud tristissimum tempus debere, si ex r. -a non possim evellere, ex animo quidem certe excidere? Lael. 23. VAL. MAX. 5, 3, 2[d] Numantia atque Carthagine ... ex r. -a depulsis. de: SEN. contr. 7 praef. 7 ista ratione schemata de r. -a tolluntur (*fere eadem* QVINT. inst. 9, 2, 95). SEN. dial. 4, 12, 1 nequitia ... de r. -a tollenda est. **β** *cetera exempla*: LVCR. 5, 199 nequaquam nobis divinitus esse paratam -am r. VITR. 2 praef. 5 quibus ... r. -ae principiis essent temperatae *materiae. al.* SEN. contr. 2, 1, 13 mirabere, si fastidio r. -ae laborantibus iam ne liberi quidem nisi alieni placent? suas. 1, 1 *ultra Oceanum* alium nasci orbem nec usquam r. -am desinere. VELL. 2, 66, 5 hoc vel forte vel providentia vel utcumque constitutum r. -ae corpus. VAL. MAX. 3, 2, 23 in utra parte r. -ae ([*postea*: inter undasne ... an in terra]. SEN. benef. 4, 5, 2 dial. 1, 4, 1 epist. 117, 23 PLIN. nat. 2, 49. *al.* QVINT. decl. 314, 15. *al.*). SEN. benef. 5, 8, 5 r. -a nihil dicitur perdere, quia, quidquid illi avellitur, ad illam redit. *al.* PLIN. nat. 2, 2 *mundus est* r. -ae opus et r. ipsa -a. 3, 4 indigenae columnas eius dei, *i. Herculis,* vocant creduntque perfossas exclusa antea admisisse maria et r. -ae mutasse faciem. *al.* QVINT. inst. 7 prooem. 3 nec mihi videntur errare, qui ipsam r. -am stare ordine putant. 12, 2, 23 si ingenium suum consaepto fori, non ipsius r. -ae finibus terminasset. PS. QVINT. decl. 5, 6 ex ipsis r. -ae sacris venerandisque primordiis (14, 10). *al.* *perscrutatur a doctis* (*cf. l. 65 sqq.*): CIC. de orat. 1, 81 quamvis illi ornate et graviter aut de -a r. aut de humanis rebus loquantur. *al.* LVCR. tit. de r. -a (*cf. Epicuri* περὶ φύσεως). 1, 25 quos ego *versus* de r. -a pangere conor. 1, 126 r. -am expandere dictis. *al.* CAES. Gall. 6, 14, 6 *Druidae* multa ... de sideribus ..., de mundi ac terrarum magnitudine, de r. -a ... disputant. OV. met. 15, 6 quae sit r. -a, requirit *Numa.* MANIL. 1, 98 caelum ascendit ratio cepitque profundam -am r. causis viditque quod usquam est. VITR. 1, 1, 7 de r. -a, quae graece φυσιολογία dicitur, philosophia explicat. *al.* VAL. MAX. 3, 3 ext. 2 cum esset in dispicienda r. -a maximae prudentiae *Zeno.* CELS. 1 prooem. 6 r. -ae contemplatio (*ibid.* 47. *al.* SEN. epist. 65, 17). *ibid.* 47 *medici* non contenti febres et ulcera agitare r. quoque -am aliqua parte scrutati sunt (SEN. epist. 89, 9 secunda *pars philosophiae* r. -am scrutatur [*cf. l. 68*]). *al.* SEN. benef. 5, 6, 3 si regem ... *Socrates* ad r. -am admisisset. clem. 1, 23, 1 summa ... prudentia altissimi viri et r. -ae peritissimi (PLIN. nat. 36, 125. *cf. p. 183, 10*). nat. 6, 13, 2 *Straton* r. -ae inquisitor fuit. *al.* COLVM. 1 praef. 22 r. -ae sagacissimus. 3, 8, 1 si r. -am ... velut acrioribus mentis oculis intueri velimus. 7, 3, 12 Aristoteles vir callidissimus r. -ae. PLIN. nat. 1 praef. 13 r. -a, hoc est vita, narratur, *sc. in libris meis.* 2, 54 r. ... -ae capaces *philosophi. al.*

**2** *sine gen.* rerum: **a** *accedit adi. universitatem indicans* (*cf. 1a*): CIC. rep. 6, 27 (= Tusc. 1, 54) *divina mente mortua* concidat omne caelum omnisque -a et consistat necesse est ([*vertitur Plat. Phaedr. 245*[E], *ubi* γένεσιν *trad.*]. ac. 1, 28 qualia, e quibus in o. -a cohaerente et continuata cum omnibus suis partibus unum effectum esse mundum, extra quem nulla pars materiae sit. *al.* LVCR. 1, 419 o. ... -a duabus constitit in rebus: nam corpora sunt et inane. 1, 573. VARRO ling. 5, 31 o. -a in caelum et terram divisa est. 10, 55 qui de o. -a disputant atque ideo vocantur physici. *al.*). nat. deor. 1, 39 ait *Chrysippus* ... vim divinam in ratione esse positam et in universae -ae animo atque mente (2, 35. Tim. 42 [*gr. 41*[D] τοῦ παντός]. VARRO ling. 10, 55. COLVM. 2, 2, 15 Cornelium Celsum non solum agricolationis, sed u. -ae prudentem virum. *al.*). PLIN. nat. 18, 214 non unius terrae, sed totius -ae interpretes sumus (TERT. pall. 2, 1. COMM. instr. 1, 7, 10 stulti, qui putatis moechos ab astris nascentes regere aut tota⟨m⟩ mundi -a⟨m⟩ [*cf. l. 45*]. *al.*). **b** *cetera exempla* (*selecta inde a* MANIL.): CIC. Mil. 84 *vis divina* inest in hoc tanto -ae tamque praeclaro motu (*opp.* in ... hac imbecillitate nostra). de orat. 3, 178 hunc statum esse huius totius mundi atque -ae, rotundum ut caelum terraque ut media sit. Tusc. 1, 20 *Xenocrates* animum numerum dixit esse, cuius vis ... in -a maxuma esset (3, 47 cum in -a tria sint, unum gaudere, alterum dolere, tertium nec gaudere nec dolere. nat. deor. 3, 36 nihil esse animal extrinsecus in -a atque mundo praeter ignem. MAR. VICTORIN. adv. Arium 3, 1 l. 12 in -a sensuali. TRACT. de indur. cord. Phar. 3 deus, cum videret ... confractam legem, quam posuerat in -a. *al.; aliter p. 170, 33*). LVCR. 2, 181 ausim confirmare ... nequaquam nobis divinitus esse creatam -am mundi (5, 157 hominum causa voluisse parare praeclaram m. -am *deos.* 5, 331. SER. med. 1029 nudum hominem primo m. -a profudit. COMM. instr. 1, 3, 1. *cf. l. 37; aliter p. 179, 19*). VARRO ling. 5, 16 loca -a⟨e⟩ secundum antiquam divisionem prima duo, terra et caelum, deinde particulatim utriusque multa (VITR. 6, 1, 8 ex umidis -ae locis graviora fieri et ex fervidis acutiora). VERG. georg. 2, 483 (*479* unde tremor terris, qua vi maria alta tumescant) has ... -ae accedere partes *versibus* (SEN. nat. 3, 12, 2 *aqua* quarta ... p. -ae est [*cf. 3* aer, et ipse quarta pars mundi]. 6, 30, 2. PLIN. nat. 2, 157 adversus unam ... -ae p., *sc. terram,* ingrati sumus. *al.* QVINT. decl. 321, 10 [*alloq. mortuum*] nunc mihi, frater, in quacumque p. -ae es, agenda causa et tua est. *al.*). OV. met. 1, 6 unus erat toto -ae vultus in orbe, quem dixere Chaos. Pont. 4, 8, 57 *per carmina* Chaos ex illa -ae mole prioris digestum partes scimus habere suas. MANIL. 1, 248 hoc opus immensi constructum corpore mundi membraque -ae diversa condita forma aëris atque ignis, terrae pelagique. 4, 837 cum patrias Phaethon temptavit habenas, ... uno timuit condi -a sepulcro. SEN. Herc. O. 631 avidis -a parum est. PLIN. nat. 2, 13 hunc *solem* principale -ae regimen ac numen credere decet. *ibid. sol* annum ... semper renascentem ex usu -ae temperat. 2, 154 *terra* complexa gremio iam a reliqua -a abdicatos, *i. mortuos.* 2, 234 *ignis* est -ae quartum elementum (10, 191 *talpae* obrutae terra, tam denso atque surdo -ae e., ... sermonem exaudiunt). *al.* *perscrutatur a doctis* (*cf. l. 27. p. 181, 75 sqq. al.*): CIC. de orat. 1, 68 philosophia in tris partis est tributa, in -ae obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores (*item respiciuntur partes philosophiae*: Brut. 31 philosophia non illa de -a, quae fuerat antiquior, sed haec, in qua bonis rebus et malis deque hominum vita et moribus disputatur. ac. 1, 19. *cf. l. 12*). rep. 1, 15 quae de -a quaererentur aut maiora, quam hominum ratio consequi possit, aut nihil omnino ad vitam hominum adtinere dixerit *Socrates. al.* LVCR. 1, 71 ecfringere ut arta -ae primus portarum claustra cupiret *Epicurus.* 3, 29 -a tuā vi tam manifesta patens ex omni parte retecta est. *al.* HOR. carm. 1, 28, 15 *Pythagoras* haud sordidus auctor -ae verique. PROP.

*[Hajdú]*

3, 5, 25 ubi iam Venerem gravis interceperit aetas ..., tum mihi -ae libeat perdiscere mores, quis deus hanc mundi temperet arte domum *eqs.* Manil. 1, 120 ipsa mihi primum -ae forma canenda est ponendusque sua totus sub imagine mundus. *al.* Sen. dial. 6, 25, 2 *Metilius nepotem mortuum in sede beatorum excipit et* ex vero peritus in arcana -ae libens ducit (epist. 102, 28 Ps. Qvint. decl. 4, 14 Cens. 11, 10. *al.*). nat. 6, 32, 1 non ... aliunde animo venit robur ... quam a contemplatione -ae (epist. 92, 6 vacat ... animus molestia liber ad inspectum universi nihilque illum avocat a c. -ae. *al.* Plin. nat. 2, 46 defectūs *lunae* ... et solis, rem in tota c. -ae maxime miram. 11, 4. *al.*). epist. 95, 21 *medicum* -ae peritissimum (*cf. p. 182, 14*). Plin. nat. 2, 241 interpretationem -ae (Apvl. mund. praef. p. 285). 13, 31 diligentissimi -ae. *al.*

**B** *specialia quaedam*: **1** *respicitur ratio, quae inter deum et -am intercedit, sc. -a*: **a** *creatur et dominatur a deo* (*fere christiano; cf. IIIA2b*): Cic. leg. 1, 21 deorum immortalium vi ... -am omnem regi. Lvcr. 1, 21 rerum -am sola gubernas, *Venus,* nec sine te quicquam dias in luminis oras exoritur. Apvl. met. 4, 30, 1 rerum -ae prisca parens ... Venus (11, 5, 1. Prec. Terr. 1 dea sancta tellus, rerum -ae p.). Tert. anim. 16, 2 -ae deus auctor est (coron. 5, 4 [*v. l. 22*]. cult. fem. 1, 8, 2 Ambr. hex. 3, 4, 19 Heges. 3, 17, 1 p. 212, 30. *al.*). 16, 7 quod *inrationale* non sit ex ea -a, quae a deo est, sed ex illa, quam diabolus induxit. coron. 5, 4 deum, -ae dominum et auctorem (resurr. 57, 11 Hil. trin. 3, 26 Rvfin. Orig. in num. 13, 4 p. 113, 5. *al.*). virg. vel. 16, 2 dei est -a. Lact. inst. 3, 28, 5 si -a est caelum atque terra et omne, quod natum est, non est deus -a, sed dei opus. Mar. Victorin. rhet. 1, 24 p. 215, 37 sq. -am illud esse, quod mundum ...; voluntatem ... dei, qua mundus est, eandem esse -am. Prvd. c. Symm. 1, 327 deus ..., qui praesidet omni -ae. Pavl. Nol. carm. 27, 83 -ae opifex deus omnis et artis. Canon. Turner I 2, 1 p. 333 solus *deus* universam rerum -am ipsa generatione praecessit. *ibid.* dictum esse per profetam 'dominus condidit me' (*prov. 8, 22*) et rerum -am. Prisc. perieg. 1 -ae genitor, quae mundum continet omnem. *al.* **b** *deus est* (*similia tractavimus supra p. 158, 20; cf. etiam l. 24 sq.*): Lact. inst. 2, 8, 57 ut dicat et materiam, de qua mundus est, et mundum, qui de materia est, -a exstitisse, cum ego ipsam -am deum esse contendam. Canon. Turner I 2, 1 p. 331 deus ..., qui rerum -a est, quod est nemini debet, quando per ipsum sunt omnia et ipse fecit universa. **c** *deo opponitur* (*cf. p. 182, 43 sq. 186, 56 sq.*): Zeno 2, 2, 7 o necessarius timor, ... qui deum metuit, non -am. Pavl. Nol. epist. 20, 6 ut ... cui vivebam -ae morerer, ut cui mortuus eram viverem domino.

**2** *est -a ea pars mundi, quae non arte humana facta est* (*cf. p. 179, 32 sqq.*): Cic. fin. 3, 74 quid ... aut in -a ... aut in operibus manu factis tam compositum ... inveniri potest? Cvrt. 5, 1, 34 cum vetustas non opera solum manu facta, sed etiam ipsam -am paulatim exedendo perimat. 5, 1, 35. 6, 4, 15 gens bellicosa et -ae situ difficilis aditu (7, 4, 4 loca -ae situ tuta). Vitae patr. Iurens. 9 nullus omnino ob longitudinem vel difficultatem inaccessibilis -ae poterit penetrare.

**3** *dicitur -a intra mundum finiri vel mundus plures -as capere* (*fere in descriptione ducum sim. partes ignotas vincentium, imprimis Alexandri*): Albinov. carm. frg. 17 (*loq. nauta Germanici mare septemtrionale navigantis*) quo ferimur? fugit ipse dies orbemque relictum ultima perpetuis claudit -a tenebris. Sen. suas. 1, 1 stat immotum mare et quasi deficientis in suo fine -ae pigra moles (*suadetur Alexandro oceanum navigare volenti, ut*: 1, 3 eundem fortuna victoriae tuae, quem -ae finem fecit. 1, 4 rudis et inperfecta -a penitus recessit. 1, 9 sine potius rerum -am quam fortunam tuam deficere. 1, 10 Alexandrum rerum -ae terminos supergressum [*cf. l. 57. p. 161, 11*]). Sen. Herc. O. 46 (*loq. Hercules; cf. 39* nulla me tellus silet) -a cessit, terra defecit gradum. benef. 7, 2, 6 qui extra -ae terminos arma proferret. Cvrt. 9, 6, 20 haud procul absum fine mundi, quem egressus aliam -am, alium orbem aperire mihi statui. 9, 4, 18 immobiles undas, in quibus emoriens -a defecerit. 9, 9, 4. Tac. Agr. 33, 6 nec inglorium fuerit in ipso terrarum ac -ae fine cecidisse. Germ. 45, 1 illuc usque ... tantum -a. Clavd. 5, 156 non orbita solis, non illum -a capit. *al.*

**II** *-a est res quaevis; respiciuntur*: **A** *elementa mundi* (*eos locos tantum attulimus, ubi de divisione vel constitutione mundi agitur; aliter e. g. p. 186, 44 sq.*): **1** *atomi et inane* (*tertium negatur l. 69 sq.*): Lvcr. 1, 363 corporis officiumst ... premere omnia deorsum, contra autem -a manet sine pondere ⌊inanis⌋ (*gen.*). 1, 432 nihil est, quod possis dicere ab omni corpore seiunctum secretumque esse ab inani, quod quasi tertia sit numero -a reperta (*cf.* 1, 446 praeter inane et corpora tertia per se nulla potest rerum in numero -a relinqui). 1, 503 duplex -a duarum dissimilis rerum longe constare repertast. **2** *ignis, aer, aquae, terra* (*de quinta -a dubitatur l. 74 sq.*): Lvcr. 1, 702 quare quisquam magis ... velit ardoris -am linquere solam, quam neget esse ignīs? Cic. fin. 4, 12 num quinta quaedam -a videretur esse, ex qua ratio et intellegentia oriretur (*cf.* ac. 1, 39 ut in quattuor initiis rerum illis quintam hanc -am, ex qua mentem effici rebantur, non adhiberet. Tusc. 1, 22 Aristoteles ... quintam quandam -am censet esse, e qua sit mens. *al.*). Tusc. 1, 65 (*de igne*) ut illa -a caelestis et terra vacat et umore, sic utriusque harum rerum humanus animus est expers. nat. deor. 1, 22 cum omnes -ae numini divino, caelum ignes terrae maria, parerent. 1, 29 quattuor ... -as, ex quibus omnia constare censet, divinas esse vult *Empedocles.* 2, 91 terra ... circumfusa undique est hac animali spirabilique -a, cui nomen est aer. 3, 31 omnia haec tum intereunt, cum in -am aliam convertuntur, quod fit cum terra in aquam se vertit. *al.* Ov. met. 13, 946 *in deum marinum mutatus* sensi alterius ... rapi -ae pectus amore, ... *et* 'repetenda ... numquam terra, vale!' dixi corpusque sub aequora mersi. Vitr. 2, 7, 3. Sen. benef. 4, 18, 3 societas terris genitum *hominem* in alienae -ae transmisit imperium et dominari etiam in mari iussit. Plin. nat. 2, 138 non ... a sideribus ..., sed ex proxima atque turbidiore -a (*sc. e terra*). 10, 113. 30, 17 expuere in maria aliisque mortalium necessitatibus violare -am eam fas non putant *magi.* Apvl. Plat. 1, 11 p. 204 una *animantium species* est ex -a ignis eiusmodi, qualem solem ac lunam videmus (*postea*: ex aeria qualitate ... ex aqua terraque). 1, 14 p. 209 auditionem ... aeriae -ae participem. *al.*

**3** *cetera exempla*: Chalc. transl. p. 35[A] ex gemina biformique -a, quippe cuius pars idem, pars diversum vocetur, tertium -ae genus commentus est, quod medium locavit inter individuam et ... dividuam substantiam (*sim.* comm. 28 docet -am ... non esse simplicem, sed bimembrem, et ex his duabus facit opificis iussu tertium -ae genus exstitisse, quod aeque medium positum esset inter utramque essentiam, individuam videlicet atque dividuam). Anian. Chrysost. hom. 15, 1 p. 2, 16 (*antea*: utriusque ... substantiae, *i. corporis et animae*) plurima utrique -ae sua providentia conferebat (*item respicitur corpus et anima*: Rvfin. Orig. princ. 3, 6, 7 quod duas generales -as condiderit deus: -am visibilem, id est corpoream, et -am invisibilem, quae est incorporea. Vincent. Ler. exc. 10 l. 46. Fvlg. Rvsp. incarn. 22 deus ... ex duabus -is, hoc est anima rationali et carne, unam -am hominis composuit). Ps. Hier. indic. de haer. 11 Manichaei duas -as et substantias, unam bonam, alteram malam dicunt (*cf.* Manich. Aug. nat. bon. 46 corporum formatricem -am mali. Avg. contin. 7, 18 *credunt* duas hic [*Gal. 5, 16 sq.*] demonstratas esse -as ex contrariis inter se principiis confligentes, unam mali, alteram boni. c. Iulian. 1, 8, 36. Prosp. epist. 2, 19 ex duabus massis duabusve -is. Fvlg. Rvsp. incarn. 32 *non* duae -ae sunt lux et tenebrae. *al.*).

**B** *variae res*: **1** *sine gen.*: **a** *exempla varia*: Lvcr. 3, 704 cibus, in membra atque artus cum diditur omnis, disperit atque aliam -am sufficit ex se (5, 536 terra ..., ut in media mundi regione quiescat, ... convenit ... a. -am subter habere ... uniter aptam partibus aeriis mundi. *al.*). 5, 561 iamne vides, quantum tenuis -a valere possit, ubi est coniuncta gravi cum corpore, ut aer coniunctus terris et nobis est animi vis? 6, 331 e parvis et levibus est elementis *fulgur* nec facilest tali -ae obsistere quicquam. Cic. nat. deor. 3, 34 aut simplex est -a animantis, ut vel terrena sit vel ignea vel animalis vel umida ..., aut concretum ex pluribus -is. Varro ling. 9, 113 in omnibus partibus mundi utraque -a inest, *sc. et similitudo et dissimilitudo.* 10, 28 -arum genera sunt duo, quae inter se conferri possunt, unum, quod per se videri potest, ut homo et equus, alterum sine assumpta aliqua re extrinsecus perspici non possit, ut eques et equiso: uterque enim dicitur ab equo. *al.* Chalc. comm. 140 ut esset ... anima scia tam intellegibilium quam substantiae sensilis, utpote quae rationes utriusque -ae habeat in semet ipsa. 306 omne compositum ex simplicium -arum conexione subsistit. Hil. in psalm. 118 nun (= 14) 1 vita ... hominum ... in profundo ignorantiae per gravitatem -ae, cui admixta est, detinetur. Gavdent. serm. 2, 13 ipse ... -arum creator et dominus, qui producit de terra panem, de pane rursus ... efficit proprium corpus. Avg. civ. 10, 12 p. 422, 20 quamvis ... miracula visibilium -arum videndi assiduitate viluerint *eqs.* (doctr. christ. 1, 16 omnibus eum *deum* -is v. et corporalibus, intellegibilibus vero et spiritalibus, omnibus mutabilibus praeferunt). epist. 118, 18 si isti dicerent effectricem omnium -arum esse incorpoream sapientiam (c. Iulian. 1, 8, 36. *al.*). 169, 10 'visae sunt illis linguae divisae velut ignis' (*act. 2, 3*), ubi dicitur species quaedam quasi flatus et velut ignis sensibilis usitatis similis notisque -is, non ipsae usitatae notaeque -ae ad tempus factae significari videntur. in psalm. 68, serm. 1, 5 -ae ipsae substantiae dicuntur. quant. anim. 1, 2 non ... eam *substantiam animae* puto esse ex his usitatis notisque -is, quas istis corporis sensibus tangimus. Mart. Cap. 9, 971 monas, id est singularis quaedam ac se ipsa -a contenta. Ps. Boeth. fid. cath. l. 154 M. diviso mari rubro, quod numquam antea -a ulla cognoverat. *al.* **b** *iunctura* omnis -a (*plur. v. l. 61*): Cic. nat. deor. 2, 57 o. -a artificiosa est, quod habet quasi viam quandam et sectam quam sequatur (*opp.* ipsius ... mundi ... -a). 2, 77 nulli ... est -ae oboediens aut subiectus deus: o. ergo regit ipse -am. Manil. 5, 524 quaerere sub terris aurum furtoque latentem -am eruere ⟨o.⟩. Sen. nat. 2, 3, 1 desiderat ... o. -a materiam sicut ars omnis,

*[Hajdú]*

quae manu constat. epist. 124, 11 quemadmodum o. -a bonum suum nisi consummata non profert, ita hominis bonum non est in homine, nisi cum illi ratio perfecta est. AVG. epist. 238, 15 o. incorporea -a spiritus in scripturis appellatur. gen. ad litt. 7, 21 p. 219, 1 si ... corpus esse dicunt ... omne quod est, id est o. -am atque substantiam, non ... admittenda est ista locutio. in psalm. 7, 19 non quod aliqua sit -a tenebrarum: o. enim -a in quantum -a est, esse cogitur; esse autem ad lucem pertinet. BOETH. in herm. comm. sec. 1 praef. p. 8, 23 quoniam decem res omnino in o. -a reperiuntur, decem quoque intellectus erunt. *al.* **c** *iunctura* n u l l a -a (*cf. p. 184, 70*): CIC. de orat. 3, 25 -a n. est ..., quae non habeat in suo genere res complures dissimiles inter se, quae tamen consimili laude dignentur. nat. deor. 2, 77 (*v. p. 184, 73*). NOVATIAN. trin. 6, 5 quod n. -a contra robur ipsius *dei* repugnare possit. RVFIN. Orig. princ. 1, 8, 3 p. 99, 16 sq. non ... quia dicimus n. esse -am, quae non possit recipere malum, idcirco confirmamus omnem -am recepisse malum. AVG. epist. 11, 3 n. -a est ... et omnino nulla substantia, quae non in se habeat haec tria et prae se gerat: primo, ut sit, deinde ut hoc vel illud sit, tertio ut in eo ipso, quod est, maneat.

**2** *cum gen.* (*saepe vergit in notionem q. e. substantia, ὕλη*): CIC. de orat. 3, 26 at hoc idem, quod est in -is r e r u m, transferri potest etiam ad artes **(**LVCR. 1, 710 qui ... putarunt ... terram ... creare omnia et in r. -as vertier omnis, ... a vero longe derrasse videntur. APVL. Plat. 1, 9 p. 200 -as ... r. binas esse et earum alteram esse ..., quae videri oculis et adtingi manu possit, alteram ... cogitabilem**)**. nat. deor. 2, 24 (*antea*: calorem) eam caloris -am. 2, 136 cum alvi -a subiecta stomacho cibi et potionis sit receptaculum. LVCR. 1, 281 *non* ratione fluunt alia stragemque propagant *venti* et cum mollis aquae fertur -a repente flumine abundanti **(***plur.* a q u a r u m: SEN. nat. 3, 26, 8 illa omnis a. stantium clausarumque -a se purgat. 6, 7, 3 omnis a. et intra terram -a faciesque est. TERT. adv. Val. 15, 2 ex lacrimis eius *Achamoth* universa a. -a manavit. *cf. p. 180, 33***)**. 1, 606 *multae* partes agmine condenso -am corporis explent. 2, 313 omnis ... longe nostris ab sensibus infra primorum *corporum, sc. atomorum,* -a iacet. 2, 583 nil esse, in promptu quorum -a videtur, quod genere ex uno consistat principiorum (*cf.* 3, 185 ocius ... animus quam res se perciet ulla, ante oculos quorum in promptu -a videtur). 2, 851 amaracini blandum ... liquorem ... cum facere instituas, cum primis quaerere par est ... inolentis olivi -am. 6, 683 totius subcava montis est -a fere silicum suffulta cavernis. 6, 1011 res *nulla* magis primoribus ex elementis indupedita suis arte conexa cohaeret quam validi f e r r i -a e⟨t⟩ frigidus horror (6, 1042 fit quoque, ut a lapide hoc, *sc. magnete,* f. -a recedat interdum. 6, 1062). *al.* SEN. nat. 2, 57, 3 ubi calidi fumidique -a emissa terris in nubes incidit. 6, 23, 1 rara t e r r a e -a est multumque habens vacui **(**PLIN. nat. 19, 35 [*describitur origo tuberum*] manifestum erit t. -am in se globari. 35, 184 fit ... omne *alumen* ex aqua limoque, hoc est t. exsudantis -a**)**. *al.* LVCAN. 9, 867 *in Africa* coeunt ignes stridentibus undis et premitur -a poli. PLIN. nat. 2, 102 infra lunam haec sedes ... infinitum ex superiore -a aëris, infinitum terreni halitus miscens utraque sorte confunditur. 2, 239 lapidum ... insiti -ae *ignes.* 14, 132 vini -a non gelascit. *al.* PS. APVL. Ascl. 8 hominem conformat ex animi et corporis id est ex aeterna atque mortali -a. 14 *ὕλη* ..., vel mundi -a, et spiritus. TERT. adv. Hermog. 17, 1 nulla vis, nulla materia, nulla -a substantiae alterius aderat illi *deo mundum creanti.* HIL. hymn. 2, 28 omnis te, *Mors,* vincit carnis nostrae infirmitas; -a c a r n i s est connata cum deo **(**AVG. civ. 13, 24 p. 599, 12 -a quidem manente c., sed nulla omnino carnali corruptibilitate ... remanente. SVLP. SEV. epist. 3, 17 iam ... sic videbatur *Martinus mortuus,* quasi in futurae resurrectionis gloria et -a demutatae c. ostensus esset. TRIFOL. epist. 3 deus ... assumpsit de ea *Maria* -a⟨m⟩ c. *al.***)**. *al.*

**III** *-a est quodcumque vivit* (*ipsa vita v. sub A2a*): **A** *habet vitam* *m o r t a l e m*: **1** *g e n e r a t i m; respiciuntur*: **a** *ipsi animantes* (*vergit in notionem q. e. genus, species e. g. l. 68. p. 186, 7. 12 sq.* [*cf. p. 166, 25 sqq.*]): **α** *cum gen.*: LVCR. 1, 194 secreta cibo -a a n i m a n t u m propagare genus *non* possit vitamque tueri **(**1, 1038 privata cibo -a a. diffluit amittens corpus. 2, 938 nequeunt ullius corporis esse sensus ante ipsam genitam -am animantis. CIC. leg. 1, 22 *homo* solum est *animal* ex tot animantium generibus atque -is particeps rationis et cogitationis. nat. deor. 3, 34 [*v. p. 184, 45*]. *cf. p. 178, 75***)**. 2, 400 taetra absinthi -a ferique centauri foedo pertorquent ora sapore (*item h e r b a r u m sim.*: PLIN. 13, 122 quarundam *arborum* -ae ... lignum omne corticis loco habent forinsecus, ligni autem loco fungosam intus medullam. ORIG. in Matth. ser. 36 p. 68, 32 omnes -as arborum). 3, 302 -a boum placido magis aëre vivit. 4, 740 certe ex vivo centauri non fit imago, nulla fuit quoniam talis -a anima⟨lis⟩ **(**[animantis *pars edd.*]. APVL. mund. 36 p. 369 omnium animalium ⌞agrestium et cicurum, pinnatarum et pedestrium et aquatilium -a⌟ gignitur, nutritur, absumitur parens caelestibus institutis [⌞ ⌟ *gr. 401a 8 τά τε ἄγρια κτλ.*]**)**. 4, 1200 ipsa ... illarum *equarum* subat ardet abundans -a et



venerem salientum laeta retractat (*nisi ad IVA2*). CIC. Cato 80 cum h o m i n i s -a morte dissolvitur **(**ARNOB. nat. 7, 33 illa vis praestans neque ullis hominum comprehensa -is. PRISCILL. tract. 3, 67 quod facile -a hominum obligata saeculo fidem perderet. EXPOS. mundi 36 paene per ipsam rem, *sc. chartam,* omnis hominum -a stare videtur**)**. VITR. 8, 2, 7 ibi ... nascuntur ichneumones, crocodili, aliae similes bestiarum pisciumque -ae. COD. Theod. 6, 4, 17 quando ... superstites viderentur esse filiae masculorum -a minime exstante. PRISCILL. tract. 3, 57 cum adhuc mundi forma et -a rudis saeculi peccatum decepti hominis retinens futuram conversionem ad deum post peccata non crederet. HIER. in Ezech. 1, 1 l. 157 in ... ignis medio erat similitudo quattuor animalium – similitudo, non -a. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 247 *Moyses* -as serpentium expugnabat (*gr. τὴν τῶν ἑρπετῶν φύσιν. cf.* GREG. M. moral. 14, 64 milvus semper -ae studet insidiari pullorum). *al.* **β** *s i n e gen.*: CIC. Verr. II 1, 40 ea -a, quae tantum facinus commiserit. leg. 1, 31 mors fugitur, quasi dissolutio -ae, vita expetitur; ... quod -ae interitus videtur sequi (*cf.* fin. 5, 31 dissolutionem -ae tam valde perhorrescere). fin. 4, 15 o m n i s -a vult esse conservatrix sui, ut et salva sit et in genere conservetur suo **(**4, 19 quod ne o. -am conservatricem sui dixerint. ad Q. fr. 1, 1, 38 *non* hoc contendo, quod fortasse cum in o. -a tum iam in nostra aetate difficile est, mutare animum. *al.* VARRO ling. 9, 55 cum o. -a sit aut mas aut femina aut neutrum. *al.; aliter, sc. ad totum spectans*: LVCR. 4, 866 *fame* rarescit corpus et o. subruitur -a**)**. 4, 32 quae ... -a suae primae institutionis oblita est? 4, 34. LVCR. 4, 1256 et quibus ante domi fecundae saepe nequissent uxores parere, inventast illis quoque compar -a, ut possent gnatis munire senectam. QVINT. inst. 8, 3, 60 ex diversis -is. 10, 1, 86 (*respic. Homerus*) ut illi -ae caelesti atque immortali cesserimus *eqs.* 10, 1, 131 (*de Seneca*) digna ... fuit illa -a, quae meliora vellet. PANEG. 4, 3, 6 rapitur ... ad similitudinem suorum excellens quaeque -a. ARNOB. nat. 1, 31 *deus* n u l l i s umquam comprehense -is (7, 25 p. 374, 9 n. intellecta -is. *cf. l. 3*). HIL. in psalm. 68, 29 quae *terra* supernis inumbrata -is ... suscepta sinu semina et contineat et alat. *al.*

**b** *a n i m u s, a n i m a sim.* (*cf. p. 174, 7 sqq.*): LVCR. 1, 131 unde anima atque a n i m i constet -a **(***item in periphrasi iuxta vocabulum s i m p l e x*: 3, 561 nec sine corpore ... vitalis edere motus sola potest a. per se -a, nec autem cassum anima corpus durare et sensibus uti. 4, 40 corpus simul atque a. -a. *al.; ceterum*: 3, 43 a. -am sanguinis esse aut etiam venti. *al.***)**. 1, 962 quo non longius haec sensus -a sequatur. 3, 130 est animi -a reperta atque a n i m a e quasi pars hominis **(**3, 212 simul atque ... animi -a a. que recessit. 3, 228 mentis -am a. que ... pauxillis esse creatam seminibus. 3, 329. 3, 456 dissolvi ... convenit omnem a. -am, ceu fumus, in altas aëris auras. 3, 589 dispertitam a. -am exisse per artus *morientis.* 3, 624 si immortalis -a animaist et sentire potest secreta a corpore nostro. *al.***)**. 3, 241 quarta quoque his, *sc. aurae, aëri, calori,* ... quaedam -a necessest adtribuatur **(***cf. e. g.* 3, 270 calor atque aer et venti caeca potestas mixta creant unam -am et mobilis illa vis, initum motus ab se quae dividit ollis ...; [273] nam penitus prorsum latet haec *quarta* -a subestque**)**. *al.* CHALC. comm. 263 (*antea*: si ... principe loco de anima disserat) prius de ea loquendum -a, quae suo motu movetur.

**2** *s p e c i a t i m*: **a** *notione aucta fere i. q. vita, exsistentia sim.*: CIC. de orat. 3, 179 in quibus *arboribus* non truncus, non rami, non folia sunt denique nisi ad suam retinendam ⌞conservandam⌟que -am (⌞ ⌟ *cf. l. 17 sqq.*). CIRIS 123 cuius *capilli* quam servata diu -a fuisset, tam patriam incolumem Nisi regnumque futurum. AMBR. in psalm. 61, 19, 3 mors iusto non -ae f i n i s, sed culpae est (CIL III 9515 [*a. 425*] ⟨fi⟩nem -ae complevit [confl- *lapis*]). COMM. apol. 87 bonum et malum est ⌞in ista -a⌟ creatum, ut homo post fata probetur quis deo dignus (⌞ ⌟ *item* 753. 783 quem *Christum* si quis confessus non erit in i. -a).

**b** *usu c h r i s t i a n o respicitur c r e a t u r a* (*cf. IB3a*): **α** *exempla v a r i a*: RVFIN. Orig. princ. 2, 11, 7 huic -ae, quae facta est et creata. HIER. epist. 79, 9, 3 -arum dominus in euangelio loquebatur: '...'. AVG. civ. 11, 25 p. 497, 14 -a nostra ... deum habet auctorem. 12, 26 p. 553, 24 deum debemus c o n d i t o r e m dicere -arum (19, 13 p. 378, 29. in euang. Ioh. 110, 6 -arum non vitiorum c. *deus.* gen. ad litt. 3, 24 p. 92, 23 deus ... -arum optimus c. peccantium vero iustissimus ordinator. *al.*). gen. ad litt. 4, 12 p. 110, 4 sic accipimus deum requievisse ab omnibus operibus suis quae fecit, ut iam novam -am ulterius nullam conderet, non ut ea, quae condiderat, continere et gubernare cessaret. ARNOB. IVN. in psalm. 139 l. 5 omnis -a opus est dei. SALV. eccl. 3, 20 deum ... -arum patrem. gub. 1, 4 nulli ... -ae oboediens aut subiectus deus: omnem ergo regit ipse -am. CASSIOD. hist. 2, 11, 7 universae -ae factae (*gr. Socrat. 1, 8, 49 πάσῃ γενητῇ φύσει*). VISIO Pauli rec. P 3 imperat ... omni facturae *homo* et plus quam omnis -a peccat. *al.* **β** *-a a C h r i s t o r e p a r a t a*: AMBR. exc. Sat. 2, 70 potestis ..., gentiles, r e f o r m a t i o n e m negare -ae, qui mutationem potestis adserere **(**sacr. 2, 6, 17 Christus invenit resurrectionem, id

[Hajdú]

est: ut redintegraret caeleste beneficium, quod fraude fuerat serpentis amissum; utrumque ergo pro nobis, quia et mors finis est peccatorum et resurrectio -ae est reformatio. *cf.* exc. Sat. 2, 80 qui poterat reformare -am. Sacr. Greg. 85, 10 [374e D.] *hoc fonte* -a ad imaginem tuam condita et ad honorem sui reformata principii ... emundetur**)**. 2, 91 reparatae quaedam libamina -ae. Chrysost. hom. III 867$^{B}$ -a, cuius causa cherubin servabat paradisum, a cherubin summo cum honore suscepta est (*Migne gr. 50, 445$^{in.}$ φύσις*). *al.*

**B** *habet vitam immortalem*: **1** *generatim*: **a** *apud paganos, philosophos*: Lvcr. 2, 646 omnis ... per se divom -a necessest immortali aevo summa cum pace fruatur. 5, 148 tenuis ... -a deum longeque remota sensibus ab nostris animi vix mente videtur. Cic. nat. deor. 1, 63 Diagoras ... posteaque Theodorus nonne aperte deorum -am sustulerunt? Apvl. Socr. 3 p. 123 quos deos Plato existimat -as incorporalis, animalis. 9 p. 140 temperanda est ... nobis pro loci medietate media -a, ut ex regionis *aëris* ingenio sit etiam cultoribus eius, *sc. daemonibus,* ingenium.

**b** *apud Christianos*: **α** *respicitur deus*: Tert. adv. Marc. 1, 2, 3 alterum ... deum ... de malo infamando destruxit *Marcion,* alterum ... de bono praeferendo construxit: has -as quibus disposuerit articulis, per ipsas responsiones nostras ostendemus. Ambr. fid. 1, 16, 106 deus -ae simplicis est, non ... compositae, cui nihil accedat, sed solum, quod divinum est in -a habeat sua. Hier. epist. 15, 4, 3 quia illa sola est infecta -a et in tribus personis deitas una subsistit, quae est vere, una -a est: quisque tria esse, hoc est tres *ὑποστάσεις,* dicit, sub nomine pietatis tres -as conatur adserere. 59, 5, 3 divina ... -a et deus sermo in partes secari non potest nec locis dividi, sed, cum ubique sit, totus ubique est. 59, 5, 4 quod ... dicitur deserere quosdam vel non deserere, non -ae illius terminus ponitur, sed eorum merita describuntur, apud quos esse dignatur. Rvfin. Adamant. 1, 9 si tres sunt principatus, id est tres -ae, *sc. et bonus et creator et malus deus.* Rvstic. Conc.$^{S}$ I 4 p. 235, 38 nec ... dici potest in divinitatis ⸤substantiam vel -am⸥ quodlibet ex creaturis posse transire (⸤ ⸥ *gr. I 1, 6 p. 156, 15 οὐσίαν ἤτοι φύσιν, cf. alteram vers.* Dionys. Exig. Conc.$^{S}$ I 5 p. 298, 37 essentiam vel -am). *al.* **β** *respiciuntur angeli, diabolus sim.*: Tert. carn. 6, 11 possunt *angeli* nihil ipsum convertere in carnem ...: plus est -am demutare quam facere materiam. Iren. 1, 4, 5 *Paracletus dicitur* in incorporalem materiam transtulisse eas *passiones* et sic aptabilitatem et -am fecisse in eis. Favstin. trin. 7, 1 sic ... spiritus dei dicitur, non ut angelus dei neque ut homo dei, quorum -a a divina substantia inaestimabiliter discreta est: sed sic est spiritus dei, ut sit eiusdem substantiae cum patre et filio. Filastr. 126, 2 minor ... est homo quam -a angelorum. Ambr. spir. 1, 5, 75 omnis invisibilis praeter trinitatem reliqua -a. Hier. hom. Orig. in Luc. 14 p. 84, 27 (*opp.* ab hominibus) ab excellentiori quadam maiorique -a. Avg. civ. 21, 6 p. 500, 19 angelicas ... -as ... condidit *deus* (gen. ad litt. 4, 24 p. 124, 13 si vel ad se ipsam -a a. converteretur ..., intumescens superbia caderet. Sacr. Leon. 848. *al.*). gen. ad litt. 5, 19 p. 161, 23 deo parere ... bonum est eis *angelis* in ordine propriae -ae atque substantiae. 6, 25 p. 197, 10 quasdam -as immortales creavit deus. Greg. M. moral. 2, 8 dum -ae invisibili -a incomprehensibilis, *sc. diabolo deus,* loquitur.

**2** *speciatim*: **a** *respicitur trinitas* (*saepe ita ut* persona *et* -a *opponantur, e. g. l. 51. 67 sqq.*): Tert. spect. 15, 2 spiritum sanctum, utpote pro -ae suae bono tenerum et delicatum. Hil. trin. 6, 8 secundum -ae unitatem, non secundum personae unionem (6, 13. 7, 5. Ambr. fid. 4, 7, 76 qui eiusdem -ae habeat u. Vincent. Ler. exc. prol. l. 37. *al.*). 7, 11 ut a patre proprius et per -ae indifferentiam inseparabilis doceretur (9, 50). 7, 15 per nomen patris proprii -ae aequalitas demonstratur (9, 52 sq.). 7, 29 numquid absciditur -a ne maneat ..., cum accenso lumine ex lumine ... -ae nulla desectio sit? Anon. in I Cor. 013 quod ... *spiritus sanctus* interiora dei ... rimetur, quippe ut ⸤eiusdem -ae atque substantiae⸥ (*item* in Hebr. 03). 57A ex hoc loco ostenditur patris et filii et spiritus sancti unam esse -am virtutem et gratiam. Avg. c. Arian. 36 l. 17 contra eorum errorem graeco vocabulo *ὁμοούσιον* defendimus patrem et filium et spiritum sanctum, id est, unius eiusdemque substantiae, vel ut expressius dicatur, essentiae, quae *οὐσία* graece appellatur; quod planius dicatur: unius eiusdemque -ae. in euang. Ioh. 100, 4 (*ad 16, 14* de meo accipiet et annuntiabit vobis) non ... minor est filio spiritus sanctus, quasi filius accipiat a patre et spiritus sanctus a filio quibusdam gradibus -arum. Ps. Avg. quaest. test. 45, 2 quod ... unus ad unum dixit, non aliam -am significavit, sed personam: cum enim deus unus sit, tres tamen personae sunt. 97, 8 non personis significatur unitas, sed -a. Vincent. Ler. comm. 13, 6 alia est persona patris, alia filii, alia spiritus sancti, sed tamen patris et filii et spiritus sancti ... una eademque -a. Fvlg. Rvsp. trin. 3, 1 quid tria? nec essentias nec substantias nec -as dicere ausi sunt *patres,* ne aliqua forte diversitas crederetur essentiarum aut -arum aut substantiarum; sed dixerunt tres personas, unam essentiam. *al.* **b** *respiciuntur duae -ae, sc. divina et humana, Christi*: Tert. carn. 5, 7 proprietas condicionum, divinae et humanae, aequa utique -ae cuiusque veritate dispuncta est. Gavdent. serm. 19, 16 in ipso et humanae -ae condicionem et divinam perspicias potestatem. Ambr. fid. 1, 14, 91 utramque -am hic significare videtur in Christo, et divinitatis et carnis (2, 7, 58 consors u. -ae, id est humanae atque divinae. 2, 9, 77 Rvfin. Orig. princ. 2, 6, 2. *al.*). 2, 5, 42 hominis -am gerit. incarn. 5, 45 recte ... secundum -am suam et caro passa est nec ea corporis passione verbi -a mutata est (6, 55. Vincent. Ler. comm. 12, 8 ipsam v. -am putabat esse discissam. 13, 1. *al.*). Rvfin. Orig. princ. 1, 2, 1 alia est in Christo deitatis eius -a ... et alia humana -a. 1, 3, 1 vel divina eius -a vel humana. Avg. agon. 1, 1 ipse dominus iam triumphantem -am hominis portans. gen. c. Manich. 2, 24, 37 l. 16 (*respic. Ioh. 1, 14* verbum caro factum est) non commutationem -ae dei significat, sed susceptionem inferioris personae, id est humanae. nat. bon. 31 qui non in sua -a, qua deus est, sed in nostra, quam de femina adsumpsit, pro nobis mortuus est. serm. 186, 1 idem deus, qui homo, et, qui deus, idem homo non confusione -ae, sed unitate personae (Facvnd. defens. 1, 4, 15 sq. 1, 5, 2). Vincent. Ler. comm. 16, 4 ut neque -arum distinctio unitatem personae dividat neque *eqs.* (Facvnd. defens. 7, 7, 4). *al.*

**IV** *per euphemismum indicantur pudenda* (*subest, ut vid., metonymia ad differentiam sexus spectans, cf. e. g. supra p. 172, 49 sqq. 178, 38 sq.; similem usum exhibet vox q. e. φύσις, sed infra gr. resp. potius αἰδοῖον, e. g. l. 45. 59*): **A** *genitalia*: **1** *hominum vel deorum*: **a** *feminarum*: Cic. div. 2, 145 parere quaedam matrona cupiens ... visa est in quiete obsignatam habere -am (*narratur simile somnium* Tert. anim. 46, 5). Varro rust. 2, 4, 10 nostrae mulieres ... -am, qua feminae sunt, in virginibus appellant porcum. Obseq. 51 puella ... gemina feminea -a mortua nata (*cf.* 53 mulier duplici -a inventa). Rvfin. hist. mon. 28, 3, 5 secreta -ae. Plac. med. 3, 16 rec *β* (*tit.* ut concipiat femina) inliniat sibi -am de coagulo eius *sanguinis leporis.* **b** *virorum* (*cf.* Gloss. -a: *πρόσθεμα* [*plura v. vol. X 1, 1074, 50 sqq.*], *ceterum supra p. 177, 24*): Cic. nat. deor. 3, 56 cuius *Mercurii* obscenius excitata -a traditur, quod aspectu Proserpinae commotus sit. Tert. adv. Val. 1, 3 *membro virili mysteriis venerato* -ae venerandum nomen allegorica dispositio praetendens (*pertinet simul ad caput primum*). Min. Fel. 9, 4 eos *Christianos* ferunt ... sacerdotis colere genitalia et quasi parentis sui adorare -am. Serv. auct. Aen. 2, 632 simulacrum barbatae Veneris ... cum sceptro et -a virili **(**statura *restituendum [e loco sim. Macr. Sat. 3, 8, 2] putat Timpanaro, Contributi di filol., 1978, 545***)**. Schol. Iuv. 6, 73 pueri vocales fibulas in -is habent, ne coeant. Vvlg. iud. 3, 22 per secreta -ae alvi stercora proruperunt (*vix recte hebr. loco obscuro vertit*). Marcell. med. 33, 49 -a genitalis maior et solidior videbitur. 33, 71 -ae sive veretro virili remedium. *al.* **c** *sine distinctione sexus*: Phaedr. 4, 16, 5 -ae partis veste quas celat pudor. Firm. math. 2, 24 vertebrae in Libra, -a in Scorpione, femora in Sagittario. 7, 20, 10 aut in -a nocebit aut in auribus *Mars.* 7, 21, 9 in -a grave vitium faciet *Mars.* Diosc. 3, 22 p. 386, 7 (*gr. 3, 22, 4 αἰδοῖα*). *al.*

**2** *animalium (fort. addas p. 185, 75)*: *femininorum*: Atell. inc. 4 hircus vetulus capreis -am ligurrit (*in imag. de homine*). Cic. div. 1, 36 fetus *mulae nuper* exstitit in sterilitate -ae (*nisi ad caput primum*). Varro rust. 2, 2, 14 deterrent ab saliendo et fiscellas e iunco aliave qua re, quod alligant ad -am *ovium.* 2, 7, 8 -am equae. Plin. nat. 10, 181 rabies ea *suum* aceto mitigatur -ae adsperso. 22, 36 si quadrupes fetum non admittat, urtica -am fricandam monstrant. 24, 146 partus omnium animalium extrahit -ae circumlitum *semen ari.* *al.* *masculorum vel sine distinctione sexus*: Plin. nat. 20, 57 iumenta urinam reddere ... tradunt, si trito *allio* -a tangatur. Apvl. met. 3, 24, 6 mihi *in asinum mutato* ... -a crescebat. 7, 26, 5 non tantum -am verum etiam caput ... isto asino demere. Hyg. astr. 2, 23, 2 eum *asinum* ... cum Priapo contendisse de -a. Pelagon. 153 -a, qua meiat *equus* (*cf. Hippiatr. gr. I p. 174, 14 τοῦ αἰδοίου*). Chiron 132. 135. Diosc. 2, 154 p. 238, 10 radix eius *herbae* inposita omnibus animalibus -(am) eorum siccat (*gr. 2, 168 αἰδοῖον*). *al.*

**B** *alia*: Varro rust. 3, 12, 4 foramina -ae *leporum* (*cf. Plin. nat. 8, 218* quot sint corporis cavernae ad excrementa lepori). Obseq. 26 puer solidus posteriore -ae parte genitus (*cf.* 40 posteriore -a solidus). Diosc. 2, 17 p. 191, 6 disurie ..., si in caberna -ae fuerint (*cf. gr. 2, 34 τῷ οὐρητικῷ πόρῳ*). Ps. Theod. Prisc. ves. vit. 1 pori ... -ae.

**CAPVT TERTIVM:** *i. q. origo, nativitas*: CIL III 14354$^{29}$ (*sub imag. Mithrae e petra nati; saec. II*) -ae dei Prudens **(***item ad Mithram pertinet, ut vid.*: Inscr. Iugosl. Hoffiller-Saria 234 [*saec. II$^{2}$/III*] ⟨n⟩aturae ⟨Fla⟩vius Exorat(us) ⟨ex⟩ vot(o)**)**. Lact. inst. 1, 12, 7 in quo *sole* est -a et causa gignentium: nam sine solis igneo calore neque nasci quidquam neque augeri potest. Victric. 7 l. 6 primordia carnis ex carne esse suscepta ipsamque sibi fuisse -am. Evcher. laud. her. 11 percussa silice exundantes aquas sitientibus praebuit *deus* et ... imposuit subitam latentibus venis -am. Cassiod. var. 9, 3, 5 aurum ... per bella quaerere nefas est, ... in sua

*[Hajdú]*

vero -a iustitia. ARATOR act. 1, 195 (*Petrus Iudaeis*) *cur* homicida ... lingua -ae percussit iter? (*197sq.* quae *propago* saucia voce parentum in lucem punita venit). CONC. Brac. a. 561, 3, 7 si quis dicit diabolum non fuisse prius bonum angelum a deo factum nec dei opificium fuisse -am eius.

*deriv.*: naturabilis, naturalis.

*compos.*: connaturalis (*aliter vol. IV 344, 78*), extra-, *fortasse* supernaturalis; connaturo; naturificatus. *Hajdú.*

**nātūrābilis,** -e. *a* natura *iuxta* naturalis (*cf. e. g.* rationabilis *iuxta* -lis). [*falso trad.* CIC. Tusc. 3, 12 (natura *vel* naturale *edd.*), *dub. trad. l. 14; olim adv.* naturabiliter *falso edebatur pro* naturaliter VEREC. in cant. 2, 5 l. 40.]

*i. q. naturalis: pro adi.*: APVL. Plat. 2, 12 p. 238 sollicitudinem et laborem, si -es essent ..., appetibiles ducebat esse. EVSEB. EMES. serm. 6, 17 (*antea*: ad naturam) quae *virgines* ... cadunt, ad leges -es (naturales *man. sec. et edd.*) deducuntur, quae autem custodiunt, etiam naturam transcendunt. *pro subst. neutr.*: APVL. flor. 15, 20 fertur *Pythagoras* ... penes Anaximandrum Milesium -ia commentatus. *N. H.*

※**nātūrālis,** -e. *a* natura. *scribitur c. apice* -rá- LAVD. Turiae 2, 63; *litt. gr.* GLOSS. iurispr. *ἄδετ N 6 νατουράλια.* *notatur* nat *fort. in cod. V* GAIVS inst. 1, 1 tit. (*cf. ed. Studemund, 1874, 282*); *de titulis v. p. 193, 46.* NOT. Tir. 42, 74 -is. *compar.* -ior AVG. serm. 313F, 2 coll. Morin p. 134, 25 BOETH. mus. 1, 21. *al.* (*cf.* magis -is CELS. 5, 26, $27^B$ ASCON. Pis. p. 11, 10 QVINT. inst. 9, 4, 3), *superl.* -issimus CHALC. comm. 35. PHILO *p. 198, 5sqq.* (*cf.* maxime -is COLVM. 4, 10, 3 QVINT. inst. 1, 3, 10. *al.* AMBR. off. 1, 26, 123). *de notione*: QVINT. inst. 9, 4, 5 id est maxime -e, quod fieri natura optime patitur. SYNON. Cic. p. 430, 1 insitum. ... nativum. -e. infucatum *eqs.* GLOSS. -is: *φυσικός. αὐτοφυής.* -em: genetivum. *al., cf. e. g. p. 193, 63. 195, 23.* *legitur in orat. soluta inde a* RHET. Her., CIC., VARRONE *per totam latinitatem; occurrit in poesi singulis binisve fere locis apud* VARRONEM, LVCR., OV. (*ter*), AVIEN., AVSON. (*quinquies*), PAVL. NOL. *al.* [*confunditur in codd. maxime c.* natura CIC. orat. 177 part. 130. *al.* (*restit.* SCHOL. Cic. Bob. p. 137, 25; *falsa var. l. pro* n. CIC. Tusc. 3, 41 AMBR. fid. 1, 14, 91. *al., pro* n. talis COLVM. 4, 23, 3 ZENO 1, 5, 12 [*cf.* SEN. clem. 1, 25, 3 epist. 124, 18]); *ceterum restit.* CELS. 4, 27, $1^D$ add. l. 19.]

*i. q. ad naturam pertinens, φυσικός* (*quod gr. resp., nisi aliter indicavimus; pertinet ad naturam rerum universam vel singulorum animantium; pro subst. masc. p. 195, 75, neutr. imprimis p. 197, 55. 199, 57, ceterum e. g. p. 190, 58. 192, 14. 194, 23. 57sq.*; -e est *c. struct. verbali p. 191, 13. 194, 48. 196, 30. 197, 64. 198, 9,* -ius est *p. 197, 41*).

*exempla sic digerenda esse putavimus*:

**I** *relatione communi respicitur, quod proprium est naturae uniuscuiusque vel quod natura ortum, fundatum est*:

**A** *usu sollemni*:

**1** *in universum spectat ad*: **a** *viventia, crescentia: p. 190, 1* (*sc. de eorum affectibus, partibus, actionibus variis; de coitu vel exoneratione ventris p. 190, 65; de ipsis hominibus p. 191, 4*). **b** *inanima (corp. vel incorp.): p. 191, 55.*

**2** *technice*: **a** *in iure et vita publica: p. 192, 59* (*generatim de ipso iure p. 192, 62, de anno sim. p. 193, 11, de obligationibus p. 193, 21; c. respectu nativitatis p. 193, 46*). **b** *in philosophia et religione: p. 194, 15* (*respiciuntur varia p. 194, 15sqq. [usu christ. p. 195, 28], divinatio p. 195, 50, doctrina de deo sim. p. 195, 59* [*in theologia christ. p. 196, 12*]). **c** *in ceteris disciplinis respicitur, quod non arte, sed natura paratum est: p. 196, 46* (*in rhet. et gramm. p. 196, 47, in arithm. sim. p. 197, 28*).

**B** *cum acumine* -is *indicat qualitatem, qua definitur proprietas alicuius: p. 197, 44.*

**C** *transfertur ad id, quod dicitur fieri solere vel facile intellegendum esse: p. 197, 70.*

**II** *relatione peculiari respicitur*: **A** *quod de natura agit: p. 198, 18* (*de nomine p. 198, 52*). **B** *quod respondet naturae alicuius, ei aptum est: p. 198, 74.* **C** *quod proprium est rerum naturae* (-is *fere pro gen.* naturae): *p. 199, 27.* **D** *quod pertinet ad partes corporis pudendas: p. 199, 44.*

*adv.* nātūrāliter *p. 199, 72,* nātūrālitus *p. 205, 23.*

**I** *relatione communi respicitur, quod proprium est naturae uniuscuiusque vel quod natura ortum, fundatum est neque opera hominis vel casu* (*opp. maxime* artificiosus *e. g. p. 190, 5sq. 192, 15. 195, 54,* manufactus *p. 191, 72. 192, 52. al., cf.* contra naturam *p. 190, 67. 74. al.; fere pro syn. est* ingenitus *e. g. p. 190, 11. 33. 194, 57,* insitus *e. g. p. 190, 6. 194, 52, cf.* secundum naturam *p. 194, 23. 42. al.; ceterum v. p. 192, 61. 194, 27*): **A** *usu sollemni*: **1** *in universum*: **a** *spectat ad viventia, crescentia*: **α** *homines* (*numina l. 23. p. 195, 59*): ① *exempla quaelibet*: Ⓐ *de qualitatibus et affectionibus tam animi quam corporis* (*exempla selecta inde a* LIV.): RHET. Her. 3, 16, 28 duae memoriae, una -is, altera artificiosa; -is est ea, quae nostris animis insita est et simul cum cogitatione nata *eqs.* (*ibid. iterum* [*opp.* artificiosae]. 3, 16, 29. *al.* CIC. de orat. 2, 360. SEN. contr. 1 praef. 18 [*opp.* ars]. *al.*). CIC. Cael. 11 qui se *in aetate iuvenili* ... cum disciplina domestica, tum etiam -i quodam bono defenderet (Brut. 130 -e quoddam stirpis b. degeneravisse. NEP. Thras. 1, 3 SEN. nat. 4 praef. 11. LACT. inst. 6, 9, 8 -i et ingenito b. *al.*). de orat. 1, 117 si quid -e forte non habeant *adulescentes eqs.* (*cf. 115* naturae muneribus ornati). Brut. 93 *Galbam* vis ... animi et -is quidam dolor dicentem incendebat (LAVD. Turiae 2, 63 -is d. extorquet const⟨ant⟩iae vires. *al.*). orat. 177 animus aurium nuntio -em quandam in se continet vocum omnium mensionem. *al.* BELL. Alex. 13, 2 aliud -is sollertia *Alexandrinorum*, aliud urbis copia subministrabat (*cf. p. 199, 39*). NEP. Att. 9, 1 perpetua -is bonitas (SEN. clem. 1, 1, 6 [*opp.* ad tempus sumpta]). OV. met. 9, 730 *utinam dei* -e malum saltem et de more dedissent ([*opp.* prodigiosa ... cura ... Veneris]. SEN. epist. 14, 4 -ia m. ..., inopia atque morbus). 14, 684 *Vertumnus* -e decoris munus habet (*cf.* decor -is *vel* decus -e: TERT. cult. fem. 1, 2, 4 bonum feminarum -is decoris. AVSON. 17, 5 [330 S.], 2. AMBR. off. 1, 19, 83 non ... adfectatus d. corporis, sed -is. ENNOD. carm. 1, 4, 75 *Veneris. al.*). LIV. 7, 4, 7 si quid in eo *filio* exiguum -is vigoris sit *eqs.* (VAL. MAX. 1, 7, 2 animi. *al.*). 21, 4, 6 cibi ... desiderio -i, non voluptate modus finitus (27, 45, 11. CVRT. 10, 5, 32 veneris intra -e d. usus. *al.*). SEN. contr. 9, 6, 2 -i quodam deploratae mentis adfectu morientibus gratissimum est commori (PS. QVINT. decl. 14, 6 amor et odium -es videa⟨n⟩tur a., veneficium sunt, cum iubentur. *al.*). VAL. MAX. 5, 4, 3 praeter -em amorem *patris* (CVRT. 7, 4, 11 -is eorum, quae excogitaveris, a. POMER. 3, 25. *cf. p. 194, 40*). CELS. 5, 26, $27^B$ donec colorem ... ulceri magis -em reddidisse videatur (5, 28, $15^B$ -i c. mutato. CAEL. AVR. chron. 3, 5, 70 ISID. orig. 4, 8, 23). SEN. epist. 11, 1 -ia corporis aut animi vitia ([*seq.* infixum et ingenitum; *opp.* arte]. PETRON. 128, 3 numquid ab aliquo -i v. formam meam excaeco? QVINT. decl. 345, 6 v. infirmitatis ... -i. *al.*). PLIN. nat. 7, 180 mortes repentinae ..., quas esse -es docebimus (*al., v. vol. VIII 1507, 27sq.; sim.* GELL. 13, 1, 8 *αὐτόματος ... θάνατος* quasi -is et fatalis, nulla extrinsecus vi coactus. *al.; cf. e. g. p. 192, 40*). *al.*

Ⓑ *de variis rebus ad homines pertinentibus* (*exempla selecta inde a* CELSO): ① *in universum*: VARRO rust. 2, 1, 3 *primum in vita humani generis* gradum fuisse -em, cum viverent homines ex iis rebus, quae inviolata ultro ferret terra. SEN. contr. 7, 5, 13 *Croesi filius* mutus in periculo patris -ia vocis impedimenta perrupit (corr- *trad.*). CELS. 1 prooem. 13 *necessariam esse notitiam* -ium actionum (*ibid.* 19 -es ... corporis a. appellant, per quas spiritum trahimus *eqs. al.* CAEL. AVR. acut. 2, 1, 3). 8, 10, $3^B$ brachii *deligandi* -is habitus (CAEL. AVR. acut. 3, 4, 38. *al.; cf. ibid.* 3, 14, 114 -i positione). SEN. epist. 92, 14 -ia instrumenta ([*explicatur ibid.* -bus bonis ..., ut valetudine, ut membrorum integritate]. QVINT. inst. 12, 5, 5 -ia ... i., vox, latus, decor. EVSTATH. Basil. hex. 6, 1, 8). QVINT. inst. 12, 10, 41 athletarum corpora ... non ... esse -ia atque ab illa specie, quae sit concessa hominibus, abhorrere (*opp.* validiora ... exercitatione). GELL. 2, 2, 9 inter filium magistratum et patrem privatum publicos honores cessare, -es et genuinos exoriri. 18, 10, 10 *σφυγμός* ... est intentio motus et remissio in corde ... -is, non arbitraria. TERT. anim. 53, 3 ad ... rescissionem vitalium, id est -ium finium, situum, ⌊officiorum⌋, *sc. in moriente* (⌊ ⌋ *minus generaliter l. 75*). INSCR. christ. urb. Rom. 19951 (*a. 352*) Renatus dibitum ⌊natural(e)⌋ solvit (*exspectes* naturae, *cf. vol. V 1, 106, 24sqq.*). *al.* *neutr. pro subst.* (*cf. p. 191, 3*): HIL. in psalm. 1, 12 necessitate -ium (*respic. somnus, cibus sim.; postea*: negotii corporalis intercessione). CONC.$^S$ I 5 p. 175, 32 *ut Christus* primitus Adae prioris -ia custodiret, dum nascitur ex muliere *eqs.* CAEL. AVR. acut. 1, 15, 150 *viae corporis* sunt ... adeo densatae, ut neque -ia ... reddantur (*de variis materiis in corpore obviis ut*: 1, 17, 181 separando a -bus aliena, hoc est cruditate corrupta [*inde corr.* 2, 9, 47, *ubi* animalia *ed. princ.*]). ② *respicitur coitus vel exoneratio ventris* (*haec l. 71. 75. p. 191, 3; cf. l. 59. p. 191, 37*): VET. LAT. Rom. 1, 26sq. (cod. 89. *al., sim.* VVLG.) *feminae* inmutaverunt -em usum in eum usum, qui est contra naturam; similiter ... masculi relicto -i usu faeminae accensi sunt *in masculos* (*inde* TERT. coron. 6, 1 *Paulus* -em u. conditionis in non -em masculos et feminas inter se demutasse affirmans. AVG. nupt. et concup. 2, 20, 35. *al.; c. respectu mingendi*: CAEL. AVR. chron. 5, 4, 64 urinam u. solito ac -i deponere). TERT. adv. Marc. 5, 15, 3 libido ... *non* matrimonio adscribitur, sed extraordinariis et non -bus et portentosis luxuria⟨e⟩. FIRM. math. 5, 2, 11 qui ad -es coitus venire non possint, sed qui contra naturam praepostero libidinis furore rapiantur. PS. AVR. VICT. epit. 21, 6 secedens ad officia -ia (*al., v.*

[*Ottink*]

*vol. IX 2, 524, 19sq.; c. respectu coeundi*: RVFIN. Orig. in gen. 3, 6 p. 46, 26 o. -bus coitus et generationis). AMM. 30, 1, 20 convivii domino per simulationem -is cuiusdam urgentis egresso. *al.*

(c) *de ipsis hominibus (cf. p. 193, 48. 195, 46): in imag.*: VET. LAT. Eph. 2, 3 (Mar. Victorin. *ad loc. al.*) -es filii irae (*explicat* MAR. VICTORIN. secundum naturam carnis geniti. *ceterum v. p. 202, 4sq. et vol. VII 2, 366, 49sqq.*). *c. respectu qualitatis, quae cui natura contigit*: MAR. VICTORIN. defin. p. 35, 4 homo qualitatibus in mente positis ... quasi quidam vel -is vel artifex vitae gubernator impletur (*cf. p. 34, 21* ingenio valet, artibus pollet). SEDVL. op. pasch. 4, 20 dominus ... caecum conspicit -em (*cf. carm. pasch. 4, 251* genitum ... caecum). PLIN. phys. Bamb. 11, 11 surdos non -es, quamvis multos annos non audierint, curat.

(II) *locut.* -e est *c. struct. verbali* (*cf. l. 34. 54*): CELS. 1, 3, 7 cum ... -e sit potione aestuantem stomachum refrigerari, frigentem calefieri. SEN. benef. 4, 15, 4 (*nisi ad C*) *beneficio* infeliciter dato indulgere tam -e est quam liberis pravis (*item c. inf.*: nat. 7, 1, 4 [*1* ita ... compositi sumus, ut *eqs.*] -e est magis nova quam magna mirari. *al.* QVINT. inst. 12, 10, 44 [*antea: uti* adiutoriis, quae sunt ... nobis concessa natura] lacertos exercitatione constringere ... -e est. MIN. FEL. 27, 8 -e est ... odisse, quem times. *al.*). dial. 11, 18, 7 -e est ..., ut semper animus ab eo refugiat, ad quod cum tristitia revertitur (PLIN. nat. 11, 144 plerisque *hominibus* ... -e, ut nictari non cessent. HIER. in Ier. 2, 31, 2 -e est, ut unusquisque genitale diligat solum. in Mich. 7, 5 l. 278 -e est, ut nurus socrum et socrus oderit nurum).

**β** *animalia: de eorum qualitatibus, affectibus, actionibus sim.* (*exempla selecta inde a* SEN. *philos.*): CIC. nat. deor. 2, 125 milvo est quoddam bellum quasi -e cum corvo. VARRO rust. 3, 7, 1 *columbae* propter timorem -em summa loca in tectis captant. 3, 16, 3 de incredibili earum *apium* arte -i (*antea*: natura ... tribuit). OV. met. 10, 117 -i ... pavore *cervi*. SEN. epist. 121, 7 ut in -em motum etiam dolore prohibente nitantur *animalia*. CVRT. 4, 5, 3 *avium* -is levitas. COLVM. 6, 2, 11 fame ... bovem emendare, nam eum vehementius adficiunt -ia desideria quam plagae (6, 24, 2 in id ... tempus -ia congruunt d. [*sc. in venerem, ut* 6, 27, 7]). PLIN. nat. 8, 68 *cameli* odium adversus equos gerunt -e. 8, 188 arieti -e *est* agnas fastidire. QVINT. inst. 1, 2, 20 *congressus* non hominibus solum, sed mutis quoque animalibus -is est. APVL. met. 1, 2, 3 quoad lassitudinis incommodum alvi solitum ac -e praesidium eliquaret *equus*. *al.* *de partibus corporis*: COLVM. 7, 3, 4 *aries* cum sentiat se velut quodam -i telo capitis armatum (LACT. opif. 2, 3). LACT. opif. 3, 13 -bus munimentis. ANTHIM. 22 sagina -is (*opp.* adiecta).

**γ** *arbores, herbas, fruges: de ipsis* (*cf. l. 58*): VARRO rust. 1, 41, 4 fici ... semen -e intus in ea fico, quam edimus. 3, 16, 13 si pabulum -e non est *eqs.* (*opp.* serere). PAVL. FEST. p. 94 fenus appellatur -is terrae fetus. SIC. FLACC. grom. p. 107, 15 -es ... arbores ... finales (OPTAT. 6, 8, 5 [*opp.* fraude componit]). VET. LAT. Rom. 11, 24 (cod. 78. *al., sim.* VVLG.) si ... tu ex -i excisus es oleastro et contra naturam insertus es in bonam olivam (*in imag. ut e. g.* PAVL. NOL. epist. 19, 2 p. 140, 2 -is o. duritiam ... in corde servamus). *al.* *de earum qualitatibus, actionibus* (*cf. e. g. p. 194, 72*): VITR. 2, 9, 6 *abies* rigore -i contenta non cito flectitur ab onere. COLVM. 11, 2, 69 -em contemplare maturitatem *uvarum* (*ibid. iterum* [*postea*: naturae m.; suapte natura]. IAVOL. dig. 33, 2, 42). 12, 19, 2 -is sapor *vini* (*postea*: suapte natura placere). PLIN. nat. 16, 99 sunt aliae -es *germinationes herbis* quibusdam praeterque vernam. 17, 12 *arbores* foliorum ... amissione languidas -e est avide esurire. *al.*

**b** *spectat ad inanima*: **α** *corporalia* (*exempla selecta inde a* VITR.): VARRO Men. 370 calliblepharo -i palpebrae tinctae (*iocose pro nullo fuco*). rust. 1, 14, 1 tutelarum, *sc. saepimentorum,* genera IIII: unum -e, ... quartum fabrile (*explicatur ibid.* -e saepimentum, quod opseri solet virgultis ..., quod habet radices. *cf.* APVL. met. 4, 6, 3 convalles ... spinetis aggeratae et ... repositae -em tutelam praebentes). 3, 11, 1 ubi sit -is aut lacus aut stagnum aut manu facta piscina. 3, 14, 2 locus is melior, quem ... tangit ros; qui si -is non est ..., manu facere oportet roscidum (VITR. 5, 12, 2. FORTVN. rhet. 2, 3 l. ... -is, ut in mari [*opp.* positivus, ut in civitate]. ANON. de mach. bell. 6, 1. *al.*). CAES. civ. 3, 40, 2 *Pompeius* molem tenuit -em obiectam. BELL. Alex. 72, 1 tumulus ... -is, velut manu factus (VITR. 2, 1, 5. FEST. p. 355 [*an* STILONIS*?*]). LIV. 24, 39, 8 (*respic. Henna*) ob insignem munimento -i locum (*cf.* VITR. 2, 9, 15 *castelli* munitione [PANEG. 7, 8, 6]. HEGES. 4, 16, 2 munimine). 36, 17, 4 *Thermopylae* unus inter duo maria clausis omnibus velut -is transitus. VITR. 1, 1, 7 in cursibus ... et circuitionibus ... spiritus -es aliter atque aliter fiunt ([*v. Fleury, 1990, ad l.*]. 9, 8, 2 vim s. -is). FEST. p. 206 -e saxum prominens in mare ([*opp.* manufactum]. COLVM. 7, 6, 6 caprile vel -i s. vel manu constratum. PLIN. nat. 36, 77 s. -i elaborata *sphinx*. VITAE patr. Iurens. 25). PAVL. FEST. p. 22 cum antiqui duos omnino -es colores nossent, id est album et nigrum (VLP. dig. 32, 70, 12). CELS. 2, 17, 1 siccus calor ... quarundam -ium sudationum, ubi e terra profusus calidus vapor aedificio includitur, *ut Baiis* (3, 21, 6). SEN. nat. 4, 13, 5 *sanus stomachus* -bus fomentis contentus est (*nisi ad p. 199, 5*). epist. 21, 10 *hortuli* sitim ... -i et gratuito remedio, *sc. aqua,* sedant (*cf. l. 51*). 90, 8 sine arte ... -e invenire sibi aliquod receptaculum. COLVM. 9, 1, 2 si -is defuit aqua *in loco vivarii faciendi,* ... inducitur fluens (THEOD. PRISC. log. 31 a. -ium beneficia. ORIBAS. syn. 1, 29 tit. Aa p. 83, 18 [*gr.* αὐτοφυῶν]. *al.*). PLIN. nat. 4, 84 *Hypanis* fluit manu facto alveo in Bucen, -i in Coretum (GAIVS dig. 41, 1, 7, 5. CIL XII 107, 7 [*a. 163*] in -em a. CASSIOD. var. 7, 6, 2). 33, 86 *chrysocolla parata* curā multum *est* infra -em illam (*cf. 87* nativa). HYG. grom. p. 75, 23 -es petrae pro signis (SIC. FLACC. grom. p. 106, 29 ITIN. Anton. Plac. rec. A 18, 2. *al.*). SENT. leg. Aug. pr. pr. (CIL III 567) 18 lapides (LIB. col. II p. 262, 2 -bus signatis l. GROM. p. 302, 12. *al.*). *al.* *neutr. pro subst.* (*usu generali, cf. p. 195, 24*): CIC. top. 69 ut anteponantur *in comparatione* ... animata inanimis, -ia non -bus, artificiosa non artificiosis. TERT. apol. 20, 3 monstris et portentis -ium forma turbatur. *al.*

**β** *incorporalia*: (I) *qualitates, vires, situs sim.* (*exempla selecta inde a* VITR.): CIC. part. 36 *spectantur* in locis ... illa -ia, maritimi an remoti a mari, plani an montuosi *eqs.* div. 2, 117 de vi loci, *sc. Delphorum,* agitur neque solum -i, sed etiam divina (VITR. 8, 6, 12 vi -i vaporis. SEN. nat. 5, 5, 1 habere aëra -em vim movendi se). VARRO rust. 1, 6, 1 dicam prius de -i *forma fundi* ([*antea*: quam *f.* natura dat ..., quod alius ager bene natus, alius male]. 1, 7, 1. FIRM. math. 3, 3, 12 secundum -em signi f.). LIV. 5, 2, 7 *Veientes* muris situque -i urbem tutantes (5, 6, 9. *al.* CVRT. 3, 4, 2 [*antea*: manu ponimus]. *al.*). 33, 8, 4 victa -i difficultate locorum (SCRIB. LARG. 107 propter d. -em vitiorum). VITR. 1, 4, 3 calor cum excoquit e rebus firmitatem et vaporibus fervidis eripit exsugendo -es virtutes (7, 9, 1 *minii*). 5, 12, 3 hoc ... munus -e habent ea loca (*cf.* SEN. epist. 51, 1 cum *locus, i. Baiae,* habeat quasdam -es dotes). FEST. p. 273 rivus ... *est* tenuis fluor aquae, non spe consiliove factus, verum -i suo impetu. SEN. nat. 6, 14, 2 terrae ..., dum illis *venis* positio -is est, inconcussae manent. PLIN. nat. 34, 4 hactenus nobilitas in aere -is se habet; reliqua genera cura constant. 36, 63 Thebaicus lapis ... ad terenda collyria quadam utilitate -i conveniens. *al.* (II) *varia*: CIC. rep. 2, 30 (*in imag.*) -i quodam itinere et cursu (*respicitur commutatio rei publicae ut*: 2, 45 orbis, cuius -em motum atque circuitum a primo discite adgnoscere. div. 2, 6 -es esse quasdam conversiones rerum publicarum [*cf. Polyb. 6, 9, 10* αὕτη πολιτειῶν ἀνακύκλωσις, αὕτη φύσεως οἰκονομία]). 3, 34 nullus interitus est rei publicae -is ut hominis, in quo mors ... necessaria est (GAIVS dig. 16, 3, 14, 1 -em i. *rei*). 6, 12 cum ... hi numeri, *sc. septem et octo,* ... circuitu -i *annorum* summam tibi fatalem *aetatis* confecerint (*cf. l. 37*). VARRO rust. 2, 2, 20 *numerum ovium* faciunt alii maiorem, alii minorem: nulli enim huius moduli -es. LIV. 5, 4, 4 labor voluptasque, dissimillima natura, societate quadam inter se -i sunt coniuncta. VITR. 5 praef. 5 cum ... haec *in scribendo* -i modo sint a maioribus observata ([*sc. cybica ratione docentibus, v. ibid. 3sq.*]. 6, 1, 5 terminatio orientis et occidentis circa terrae librationem ... habere videtur libratam -i m. circumitionem, quam etiam mathematici ὁρίζοντα dicunt. PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 9, 1 cum ... Achelous -bus m. Herculem eluderet, modo in liquorem, modo in speciem draconis). SEN. dial. 6, 1, 6 illud ... -e remedium temporis (*cf. l. 4*). epist. 41, 3 specus ... non manufactus, sed -bus causis in ... laxitatem excavatus (TAC. hist. 1, 86, 3 *iter inundatum* a fortuitis vel -bus c. in prodigium et omen *vertebatur. al.; cf. p. 195, 10*). COLVM. 1, 6, 18 calore -i est opus, qui contingit positione caeli (*opp.* ignibus aut flammis). PLIN. nat. 23, 29 musta differentias habent -es has, quod sunt candida aut nigra *eqs.* (31, 74 -es d. *salis* tres [*opp. 81* facticii varia genera]). *al.*

**2** *magis minusve technice*: **a** *in iure et vita publica, sc. dicitur -e, quod non hominum lege, sed ipsa natura constitutum, firmatum sim. est*: **α** *generatim* (*passim disting.* civilis, *e. g. l. 63. p. 193, 4. 16. 26*): (I) *de ipso iure, norma sim.* (*cf. p. 193, 74*): (A) ius -e: CIC. Sest. 91 *ut homines olim* neque -i neque civili i. descripto ... dispersi vagarentur. part. 130 ut nostros mores legesque tueamur, quodammodo -i i. praescriptum est. rep. 3, 13 (*disting.* civile). GAIVS dig. 43, 18, 2 proprietas et civili et -i i. eius est, cuius et solum. FLORENT. dig. 1, 8, 3 quae in litore invenimus, i. -i nostra statim fiunt. TRYPH. dig. 12, 6, 64 libertas -i i. continetur et dominatio ex gentium i. introducta est. *al.* *definitur*: VLP. dig. 1, 1, 1, 3 ius -e est, quod natura omnia animalia docuit: ... non humani generis proprium, sed omnium animalium ... commune est (*disting. ius gentium ut*: 1, 1, 1, 4 *ius* illud *-e* omnibus animalibus, hoc *gentium* solis hominibus). PAVL. dig. 1, 1, 11 quod semper aequum ac bonum est ius dicitur, ut est ius -e (*disting.* civile). (B) *exempla varia*: CIC. rep. 3, 31 (*sec.* Lact. inst. 5, 16, 12, *qui rem, non verba attulit*) duas partes *iustitiae* ..., alteram civilem ..., alteram -em (*al., v. vol. VII 2,*

[Ottink]

*714, 56sqq.*). nat. deor. 1, 36 Zeno ... -em legem divinam esse censet (*al., v. vol. VII 2, 1249, 51sqq.*). IVLIAN. dig. 50, 17, 66 exceptionem iustam nec ab aequitate -i abhorrentem **(**GAIVS dig. 41, 1, 9, 3. VLP. dig. 47, 4, 1, 1 [*e Labeone*] -em potius ... quam civilem. MAR. VICTORIN. defin. p. 25, 25 [*opp.* constitutiva]. *al.***)**. GAIVS dig. 3, 5, 38 -is ... simul et civilis ratio suasit alienam condicionem *eqs.* **(**8, 2, 8 parietem, qui -i r. communis est, *demolire.* inst. 2, 66 quae traditione nostra fiunt, -i nobis r. adquiruntur. *al.* AVG. bon. coniug. 17, 20 si r. -is vel socialis admittit [*antea*: lege naturae]. *cf. l. 75. p. 195, 5. 199, 32***)**. TERT. Scap. 2, 2 humani iuris et -is potestatis est unicuique, quod putaverit, colere. *al.*

(II) *de temporis divisionibus*: CIC. part. 37 insunt ... in temporibus illa, quae temporis quasi naturam notant, ut ... dies, ut nox ..., quae sunt -ia; fortuita autem *sunt* sacrificia, festi dies. VARRO ling. 6, 12 caeli a -i discrimine civilia vocabula dies accesserunt (*aliter ed. Goetz-Schoell*). CENS. 18, 2 ad annum -em (20, 6 ut civilis a. ad -em exaequaretur. ISID. nat. 6, 2sq. a. ... partim civilem, partim -em, partim magnum ...; [3] a. -is est, cum se soli luna supponit, ut *eqs. al.*). 23, 1 de die ..., qui ut ... annus partim -is, partim civilis est; naturaliter dies est tempus ab exoriente sole ad solis occasum. FORTVN. rhet. 2, 3 (*de tempore*) aut -i, ut die, nocte, aut legitimo vel stativo ..., aut accidenti *eqs. al.*

(III) *de obligationibus variisque rebus, quae apud omnes homines valent, ratae habentur* (*sed de quibus actio civilis non competit [praeter l. 27. 43]; ad rem v. Kaser, Privatrecht I² 480sq.; saepius respiciuntur, qui in potestate domini sunt, e. g. l. 25. 33; de ipso obligato l. 29*): IAVOL. dig. 35, 1, 40, 3 (*antea*: dominus servo nihil debere *potest*) puto ... -e magis quam civile debitum spectandum esse **(**VENVL. dig. 46, 8, 8, 1. TRYPH. dig. 12, 6, 64 *dominus, quod manumisso solvit,* repetere non poterit, quia -e adgnovit d. [*quae seq., v. p. 192, 67*]. *al.; cf.* IVLIAN. dig. 46, 1, 16, 4 licet minus proprie debere dicantur -es debitores, per abusionem intellegi possunt debitores. *cf. etiam p. 190, 57***)**. IVLIAN. dig. 41, 5, 2, 1 possessio non solum civilis, sed etiam -is **(**41, 5, 2, 2. VLP. dig. 43, 16, 1, 9 [*antea*: sive civiliter sive naturaliter possideat]. 45, 1, 38, 7 quamvis civili iure servus non possideat, tamen ad p. -em hoc referendum est. PAVL. dig. 41, 2, 1, 1 dominium ... rerum ex -i p. coepisse. *al.***)**. 46, 1, 7 conveniens est huius -is obligationis *eqs.* **(**46, 1, 16, 3 [*opp.* civilis *ut*: VENVL. dig. 14, 6, 18. *al.*]. 46, 1, 16, 4 POMPON. dig. 12, 6, 19 pr. *al.***)**. GAIVS dig. 4, 5, 8 obligationes, quae -em praestationem *habent eqs.* (*cf.* PAVL. dig. 15, 1, 8 desiderat ... res -em dationem). inst. 3, 154ᵃ mortuo patre familias inter suos heredes quaedam erat legitima simul et -is societas. PAPIN. dig. 12, 6, 59 vinculum. VLP. dig. 2, 2, 3, 7 superesse ... -em causam, quae inhibet repetitionem (39, 1, 5, 9 c. operis novi nuntiationis aut -em aut publicam aut impositiciam: -em, cum ... aedificatur in nostro). PAVL. dig. 12, 6, 15 pr. indebiti soluti condictio -is est et ideo etiam, quod rei solutae accessit, venit in condictionem. TERT. virg. vel. 12, 1 (*in imag.*) *maturitatis indicia* sunt tabellae priores -ium sponsalium et nuptiarum. *al.*

**β** *speciatim c. respectu nativitatis* (*notatur in titulis fere saec. II/III* natur CIL VI 25841. IX 1887. XII 5194, natu VIII 3323, nat XII 731, na X 7822, n INSCR. Afr. Cagnat 173): (I) *de personis cognatione iunctis, quae constituta est*: Ⓐ *sanguine, non adoptione*: LIV. 42, 52, 5 *Alexander* -is erat *filius Persei* **(**[*opp.* Philippus ... adoptione f.]. 44, 44, 2 -is consulis Paulli ⟨f.⟩ [consulius *trad.*], adoptione Africani nepos. SVET. Tib. 52, 1 filiorum neque -em Drusum neque adoptivum Germanicum ... dilexit. *al.; cf. l. 64***)**. S. C. de Germ. (Zeitschr. Pap. Epigr. 55, 1984, 59) I 20 statuae D⟨rusi Germanici patris ei⟩us -is **(**[*suppl. coll.* LEGE de Germ. tab. Heb. 2]. SEN. contr. 9, 3 them. *al., v. vol. X 1, 672, 74sqq.***)**. VELL. 2, 112, 7 Tiberius adoptatus ab avo suo -i (AFRIC. dig. 37, 4, 14, 1 PAPIN. dig. 50, 1, 17, 9. *al.*). PLIN. nat. 36, 34 esse -em *parentem* Artemidorum (GAIVS inst. 2, 137 [*opp.* adoptivo patre]. *al.*). SVET. Tib. 55 nepotem ... ex Druso filio -em (VLP. dig. 38, 17, 2, 6). GAIVS inst. 1, 97 liberi (*al., v. vol. VII 2, 1303, 11sqq.*). CIL VI 25841 (*saec. II*) mater natur⟨alis⟩. *al.* Ⓑ *contubernio, non matrimonio legitimo* (*cf.* ISID. orig. 9, 5, 19 -es ... ingenuarum concubinarum filii, quos sola natura genuit, non honestas coniugii. GLOSS. III 181, 58 νόθος: -is. *ad rem v. Friedl, Der Konkubinat, 1996, 146sq. 371sq.*): PAP. Corp. 159ᵛ, 6 (*a. 127*) -em sibi filium in militia natum **(**[*sunt qui ad l. 49 trahant, ut etiam* 159ʳ, 3]. GAIVS inst. 1, 19. CIL X 1138, 7 [*a. 100/240*]. AVG. serm. 51, 26 de feminis, quae uxores non sunt [*opp.* f. coniugales]. COD. Theod. 4, 6, 6 pr. quos ex qu⟨olibet⟩ susceperint contubernio [*opp.* legitimis]. *al.***)**. GAIVS inst. 1, 19 filium filiamve aut fratrem sororemve -em (VLP. dig. 40, 2, 11. IORD. Get. 297 ex concubina. *al.*). VLP. dig. 40, 12, 3 pr. -bus ... hoc idem praestandum, ut *eqs.* (*masc. pro subst. ut e. g.* NOVELL. Theod. 22, 1, 8. *al.*). CIL VI 25711 (*saec. III*) *ancilla* fecit parenti -i suo. HERMOG. dig. 37, 14, 21, 3 -es liberi liberti (*al., v. vol. VII 2, 1303, 14sqq.*). *al.*

(II) *de iure variisque rebus ad nativitatem pertinentibus*: GAIVS inst. 1, 89 qui nascitur *ex ancilla manumissa,* liberum nasci -i ratione fit (VLP. dig. 25, 3, 5, 16 parens, quamvis ali a filio r. -i debeat *eqs. al.; nisi ad p. 193, 5*). 1, 156 non sunt agnati, sed alias -i iure cognati (1, 158 civilis ratio civilia ... i. corrumpere potest, -ia vero non potest. PAVL. dig. 38, 6, 4 si -es *liberi* emancipati ... sint, habent i. -e liberorum. *al.; cf. p. 192, 62*). VLP. dig. 1, 7, 17, 1 pupillorum adrogatio permittenda est his, qui ... -i cognatione ... ducti adoptarent (MOD. dig. 38, 10, 4, 2. *al.*). 50, 1, 6, 1 filius civitatem, ex qua pater eius -em originem ducit, non domicilium sequitur (*cf.* COD. Theod. 5, 6, 2 patriis -bus). SCHOL. Cic. Bob. p. 137, 23 adoptione ... venit in familiam Metellorum et, cum illi fuisset nomen ... -e (naturae *trad.*) Cornelio Scipioni, reformatum est, ut esset Q. Metellus Scipio (COD. Theod. 12, 1, 123, 3 qui honores aliquos consecuti -e n., *sc. decurionis,* dignitate mutarunt. *aliter p. 198, 54*). COD. Iust. 7, 24, 1 pr. *quod ab hostibus* contra -em libertatem inductum est (*postea*: quae libera constituta est).

**b** *in philosophia et religione*: **α** *quolibet respectu*: (I) *de bono, quod natura constitutum petitur*: CIC. leg. 1, 31 *voluptas* habet quiddam simile -is boni (ac. 1, 21 de summo ... atque -i b. LACT. inst. 3, 8, 4 *facultas generandi* est quidem b. -e, summum tamen non est). fin. 2, 34 (*antea*: ut ea, quae prima data sint natura, appetat *animal*) in his primis -bus voluptas insit necne, magna quaestio est **(***respic.* τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν. *cf.* 2, 35 frui principiis -bus [*al., v. vol. X 2, 1307, 60sqq.*]**)**. 3, 61 iis, qui pluribus -bus frui possint, esse in vita manendum **(**[*cf. 60* plura ..., quae secundum naturam sunt]. *item neutr. pro subst. de iisdem*: 4, 58 illa ... -ia nominantur, quae coniuncta cum honestis vitam beatam perficiunt [*antea*: quaeque secundum naturam sint]**)**.

(II) *de affectibus, perturbationibus, quae secundum naturam animum movent* (*opp.* opinabilis, voluntarius *sim. l. 36sq. 41sqq. al.; iuxta est* necessarius *l. 28. 40*): CIC. fin. 1, 45 *cupiditates* et -es et necessariae, ... -es ... nec tamen necessariae, ... nec -es nec necessariae **(***partitio Epicuri ut*: 2, 26 Tusc. 5, 93. *ceterum*: SEN. dial. 7, 1, 1. epist. 16, 9 [*opp.* caecam]**)**. 4, 25 (*antea*: ex natura ... habere appetitionem) nos ... oportet, ut prima appetitio -is postulat, haec, *sc. animum corpusque nostrum,* diligere (4, 32. 4, 39 quam vocant ὁρμήν. nat. deor. 3, 33 a. ... et declinatio -is; adpetuntur ..., quae secundum naturam sunt, declinantur contraria. CHALC. comm. 165). Tusc. 3, 74 quae *mediocritates perturbationum* si -es sunt, quid opus est consolatione? (*opp.* opinabiles). 3, 80 quicquid esset in aegritudine mali, id non -e esse, sed voluntario iudicio et opinionis errore contractum. 4, 43 *Peripatetici* perturbationes ... non modo -es esse dicunt, sed etiam utiliter a natura datas. 4, 60 *perturbationes non* habere quicquam aut -e aut necessarium. 4, 76 si -is amor esset *eqs.* **(**[*opp. perturbationem* opinabilem ..., iudicio susceptam ..., voluntariam]. GELL. 12, 1, 23 [*opp.* civilis et opinabilis]**)**. 4, 79 ira **(**[*syn.* secundum naturam; *opp.* motus animi ... opinabilis ac voluntarius]. SEN. dial. 3, 6, 5. 3, 7, 1**)**. off. 1, 18 in hoc genere, *i. scientiae cupiditate,* et -i et honesto. *al.* SEN. dial. 7, 13, 4 quae ex eis *voluptatibus* intra -e desiderium resistant **(**[de- *codd.*]. epist. 16, 9 -ia d. finita sunt [*opp.* ex falsa opinione nascentia]. *al.; cf. p. 190, 25***)**. epist. 57, 4 non est hoc timor, *si quis ad subita inhorrescit,* sed -is adfectio inexpugnabilis rationi. *al.* -e est *c. struct. verbali*: SEN. dial. 6, 7, 3 non esse hoc -e, luctibus frangi (*item c. inf.*: epist. 78, 14 -e est mali sui fine gaudere. *al.*). epist. 116, 2 -e est ..., ut desiderio amici torquear.

(III) *de partibus vel qualitatibus animi*: CIC. fin. 1, 31 (*de prolepsi Epicuri*) quasi -em atque insitam in animis nostris ... notionem, ut ... *bonum* esse appetendum ... sentiamus. Tusc. 3, 12 est natura[bi]le (natura *Giusta*) in animis tenerum quiddam atque molle, quod aegritudine ... quatiatur. TERT. anim. 10, 2 *quidam volunt animam non simplicem esse, sed* aliam illi substantiam -em inesse, spiritum. 16, 1 -e ... rationale credendum est, quod animae a primordio sit ingenitum. 20, 1 omnia -ia animae ut substantiva eius ipsi inesse et cum ipsa procedere (38, 1 omnia -ia a. ipsi substantiae inesse. *al.*). 41, 1 *ut in anima corrupta* tamen insit et bonum animae illud principale, illud divinum atque germanum et proprie -e. *al.*

(IV) *de variis, quae (qui p. 195, 45) sunt secundum naturam* (*exempla potiora selecta; huc vergit e. g. p. 192, 37sqq.; cf. etiam B et IIA1*): Ⓐ *exempla quaelibet* (*saepius in doctrina de rerum natura*): CIC. rep. 1, 39 *hominibus* causa coeundi est non tam inbecillitas, quam -is quaedam hominum quasi congregatio (*sim. e. g.* leg. 1, 16 quid sit homini a natura tributum, ... quae -is societas inter ipsos. fin. 3, 65 nos ad ... -em communitatem esse natos). fin. 1, 18 hunc, *sc. deorsum ferri,* -em esse omnium corporum motum *censet Epicurus* **(**ac. 2, 121 quidquid aut sit aut fiat, -bus fieri ... ponderibus et m. fat. 23 *Democritus* accipere maluit necessitate omnia fieri, quam a corporibus individuis -is m. avellere. COLVM. 4, 28, 2 tres esse m. ... in omni surculo -es; unum, quo germinet *eqs. al.***)**. 2, 91 -es divitias ... parabiles esse **(**[*cf. 90* sapientem locupletat ipsa natura, cuius d. Epicurus parabiles esse docuit]. SEN. epist. 119, 5 sapiens d. -ium est quaesitor**)**. ac. 2, 135 mediocritates illi *veteres Academici* probabant et

*[Ottink]*

in omni permotione -em volebant esse quendam modum (Cato 46 cuius *voluptatis* est fortasse quidam -is m. SEN. epist. 39, 5 cupiditas, quae -em m. transilit. *al.* QVINT. inst. 8, 6, 76 est hyperbole virtus, cum res ipsa, de qua loquendum est, -em m. excessit. AVG. c. Iulian. 4, 14, 68. *al.*). nat. deor. 2, 23 id ipsum, *sc. esse deos,* rationibus physicis, id est -bus, confirmari (div. 2, 61 *Chrysippus* -em ... r. omnium reddet; nihil ... fieri sine causa potest [*antea*: naturae ratione]. VITR. 1, 1, 17 *machinas* numero -busque r. inventas *ab Archimede aliisque. al.; in figura commutationis*: TERT. anim. 43, 12 haec erit somni et r. -is et natura rationalis. *aliter p. 199, 32*). div. 2, 143 hoc inerat in rebus futuris et causas -es habebat, an ... casus effecit? (fat. 9 nostrarum voluntatum atque appetitionum sunt c. -es et antecedentes. 14 si -is est c., cur in mari Fabius non moriatur, in mari Fabius mori non potest. *al.* SEN. nat. 2, 55, 3 -em ... et adsiduam [*opp.* raram fortuitamque]. *al.; in titulo libri Papirii Fabiani*: CHAR. gramm. p. 135, 20 causarum -ium *libro* II. *al.*). VITR. 1, 4, 5 *principiorum* mixtionibus -i temperatura figurantur omnium animalium ... qualitates (1, 4, 6. 2, 7, 2). 8 praef. 1 *principiorum* inter se cohaerentiam -i figuratione ... efficere qualitates. SEN. dial. 7, 17, 2 quare cultius rus tibi est quam -is usus desiderat? *al.* *usu generali significantur* τὰ φυσικά (*nisi quaedam trahas ad IIC*): VITR. 9, 6, 3 de -bus ... rebus Thales Milesius *scripsit* (LACT. inst. 3, 8, 29 ad causas r. -ium [*postea*: quidquid de caelo physici delirant]. CHALC. comm. 304 ideae sunt exempla -ium r. AVG. civ. 8, 3 p. 323, 13 physicis, id est -bus, r. perscrutandis. *al.*). SEN. epist. 88, 26 *sapiens* causas -ium ... quaerit (*item neutr. plur. pro subst.*: TERT. anim. 18, 3 ideas ..., exempla ... -ium istorum manifestorum. 43, 6 dialecticos in dubium deducentes totam -ium et extranaturalium discretionem [*postea*: citra naturam]. AMBR. in psalm. 36, 1 *liber* Ecclesiastes de -bus ..., Proverbia de moralibus [*cf. p. 198, 36*]. *al.*). Ⓑ *in doctrina christiana*: TERT. coron. 6, 1 *legem* habes communem ... in -bus tabulis, ad quas et apostolus *provocat* ... 'nec natura ... vos docet?' ([*I Cor. 11, 14*]. *sim. e. g.* IREN. 4, 13, 1 -ia legis ..., quae etiam ante legisdationem custodiebant *probi.* 4, 15, 1 per -ia praecepta, quae ab initio infixa dedit hominibus *deus* ..., hoc est per decalogum *eqs.* GAVDENT. serm. 10, 18 [*sec. Rom. 2, 14*] -is lex est illa, qua gentes legem litterae non habentes naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt). 7, 2 a communione -is disciplinae converti ad proprietatem christianam. adv. Marc. 5, 16, 3 creatori ... -is agnitio debetur, ex operibus intellegendo (pudic. 9, 14). PELAG. in Rom. 7, 17 'habitat in me peccatum'; habitat quasi hospes ..., ut accidens scilicet, non -e (*item generaliter*: CAELEST. Aug. perf. iust. 2, 3. *al.; c. respectu p. originalis*: AVG. gen. ad litt. imperf. p. 460, 21 dici ... p. -ia, quae necesse est committi ante misericordiam dei. VEREC. in cant. 4, 27 p. -ium propriorumque indulgentiam. *al.*). AVG. c. epist. fund. 34 mala de talibus naturis non posse auferri et ideo -ia debere accipi (gen. ad litt. imperf. p. 460, 7 m. ... non esse -ia, sed omne, quod dicitur m., aut peccatum esse aut poenam peccati. *al.*). *al.* *de paganis* (*qui olim revelatione divina carentes naturam sequebantur*): TERT. pudic. 10, 6 *paenitentiam* -bus magis peccatoribus competere ... quam voluntariis (*cf. 10, 1* quam *ethnicorum ignorantiam* sola natura ream deo faciat). FILASTR. 156, 10 *doctrina* -ium ..., id est gentium credentium (*opp.* credentium et circumcisorum).

**β** *respicitur divinatio sim.*: CIC. div. 1, 12 astrologorum aut sortium – ea enim fere artis sunt – aut somniorum aut vaticinationum – haec enim duo -ia putantur – praedictione. 1, 37 de -i divinatione, *sc. Pythiae* ([*cf. 38* vis illa terrae *eqs.*]. 1, 110 altera d. est -is ...; quae physica disputandi subtilitate referenda est ad naturam deorum. 1, 127 [*opp.* artificiosa]. 2, 70). 2, 29 tauri opimi iecur ..., quid habet -e, quod declarare possit, quid futurum sit? (*antea: vim* cum rerum natura ... coniunctam). 2, 34 ut distantium rerum cognatio -is appareat ([*postea*: ex coniunctione naturae]. 2, 142). *al.* TERT. anim. 46, 11 (*de somniis*) solacium -is oraculi.

**γ** *respicitur doctrina de deo* (*Christo p. 196, 21. 35. al., Aeone p. 196, 1. 9, angelis p. 196, 10*): Ⓘ *generatim*: Ⓐ *de deo, qui est secundum naturam, deque eius theologia* (*vergit in notionem q. e. verus sim., cf. enim quae infra opp.*): CIC. nat. deor. 1, 32 *Antisthenes* popularīs deos multos, -em unum esse dicens, tollit vim et naturam deorum ([*Philodem. de piet. Pap. Herc. 1428, 21, 28* κατὰ δὲ φύσιν *confert Dyck, comm. 2003, ad l.*]. *inde* MIN. FEL. 19, 7 LACT. inst. 1, 5, 18. *ceterum*: AVG. civ. 6, 6 p. 255, 19 [*opp.* civiles *et* fabulosos, *ut* p. 255, 22]. p. 255, 28 [*opp.* ab hominibus institutos]). SCHOL. Germ. Bas. (p. 55) 1 l. 7 quaeritur, cuius Iovis *Aratus in prooemio* meminerit, utrumne ⌞fabulosi⌟ an -is ([⌞ ⌟ *item opp.* LACT. inst. 1, 11, 37]. *ibid.* l. 8. LACT. inst. 1, 11, 38 [*opp.* de quo poetae loquantur]). TERT. adv. Marc. 5, 4, 5 physicae, id est -is, superstitionis elementa pro deo habentis. AVG. civ. 6, 5 tit. de tribus generibus theologiae secundum Varronem ..., fabuloso ..., -i ..., civili (6, 5 p. 254, 2 mythicon et physicon, id est fabulosum atque -e. *al.; cf.* theologia -is: 6, 5 p. 253, 8. 6, 8 p. 261, 33 a -i, quae philosophorum est. *al.; v. et vol. X 1, 2063, 48 sqq.*). *masc. pro subst. de Aeone quodam gnosticorum*: IREN. 2, 14, 8 l. 174 ex Logo et Zoe ... emissum esse ... -em et Delectamentum (*cf. 1, 1, 2* Autophyes et Hedone). Ⓑ *de qualitate, substantia sim.* (*neutr. pro subst. l. 7*): SEN. frg. 122 *deo* -is est virtus ([*opp.* illam didicit]. *ibid.* quamvis ... -is *v.* illi sit, sibi illam dedit, quoniam deus ipse natura est). TERT. adv. Marc. 1, 22, 3 omnia ... in deo -ia et ingenita ..., ut sint aeterna ([*opp.* obventicia et extraneа]. 1, 23, 1 sicut -ia, ita rationalia ... in deo o.). 1, 22, 5 non posse quid deo non licet, nedum -bus suis fungi. adv. Val. 10, 5 *Enthymesin,* spiritalem ... substantiam illam ut -em quendam impetum Aeonis, sed informem (*sim.* IREN. 1, 2, 4). MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 11 l. 11 in incorpora atque ἄυλα -i sua substantia munda atque puriora (*sc. in angelos sim.*). *al.*

(II) *speciatim in theologia christ. respicitur natura personarum trinitatis* (*cf. p. 198, 58*): Ⓐ *exempla varia*: TERT. adv. Val. 27, 1 esse etiam demiurgo suum Christum filium -em (HIL. c. Const. 15. PELAG. frg. Migne suppl. 1, 1547 quomodo ... verus *f.* nisi -is, quomodo -is nisi eiusdem substantiae? AVG. fid. et symb. 4, 6 -is ... f. de ipsa patris substantia. *al.; cf. p. 193, 50*). MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 3 l. 24 cum in principali -ique primae divinitatis exordio primum sit quod est vivere, secundum ... quod vita *eqs.* HIL. syn. 16 quod ... ex se deus ... genuit, non deseruit ... -is proprietatem substantiae (AMBR. spir. 2, 12, 135 *unus* est cum patre filius ... per s. -em. *al.*). 18 impiam creaturae ex nihilo opinionem ... professio -is generationis exstinguat (trin. 9, 41 FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 36, 2). 57 diversitatem in patre et filio -is abominamur essentiae (FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 27, 3. *al.*). AVG. in Gal. 24, 7 si filius dei in -i aequalitate patris manere vellet *eqs.* (FVLG. RVSP. epist. 8, 15 -is ... divinitatis a. *al.*). FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 36, 2 veritatem -is ... paternitatis (36, 3). CONC.[S] IV 1 p. 74, 7 -es patres *Christi, qui est ex semine David* (p. 74, 24. CASSIOD. hist. 7, 3, 18 *filium* consubstantialem ..., quod proprium est genuini verique filii ex vero et -i p. nascentis [*gr. Theodoret. 4, 3, 13* ἐξ ἀληθινοῦ καὶ φύσει πατρός]). *al.* -e *est c. struct. verbali*: HIL. trin. 10, 28 *Christus,* cui -e fuit omnem humanarum infirmitatum inhibere naturam. FVLG. RVSP. incarn. 4 quarum *personarum trinitatis* -e hoc est, ut, cum inseparabiles sint, confundi non possint. *al.* Ⓑ *de unitate naturae* (*fere pro gen.* naturae): *humanae et divinae, quae est in Christo*: HIL. trin. 9, 1 l. 35 cum -em unitatem incorporalis divinitatis habitatio corporalis efficeret ([*l. 29* naturae u.]. IOH. MAXENT. Conc.[S] IV 2 p. 10, 15 substantialem sive -em u. BOETH. c. Eut. 7 l. 640 M. *substantia humanitatis* divinitati -i u. coniuncta est. *al.*). IOH. MAXENT. Conc.[S] IV 2 p. 12, 3 -is, non socialis adunatio sive unitio in Christo (PETR. Fulg. Rusp. epist. 16, 5 essentialem sive -em factam *esse* naturarum u. RVSTIC. c. aceph. p. 1193[D] u. -em et non personalem. *al.*). p. 18, 2 *duabus substantiis* -i, non personali conventione unitis (p. 26, 27). *divinae, quae est in personis trinitatis*: FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 37, 16 nulla est ... in trinitate diversitas -is nominis, ubi est ipsa unitas -is (ad Monim. 2, 11, 2 sancta -is u. et aequalitas et caritas trinitas. *al.*).

**c** *in ceteris disciplinis respicitur, quod non ipsarum arte, non positione sim., sed natura, ipsa re paratum est*: **α** *in arte rhet. et gramm.* (*metrica e. g. l. 62. 65; cf. p. 199, 16*): Ⓘ *generatim* (*simul huc spectat p. 190, 5. 14*): CIC. de orat. 3, 125 si est honestas in rebus ..., de quibus dicitur, existit ⌞ex re -is⌟ quidam splendor in verbis (⌞ ⌟ ex rei natura *vel* ex rei -is *var. ll.*). 3, 198 *etiam veteres oratores* -e illud, quod aures hominum flagitabant, tenebant ..., ut ... essent paria, quae dicerent. Brut. 36 (*in imag.*) *cum* -is inesset, non fucatus nitor *in oratione.* 111 in Scauri oratione ... -is quaedam inerat auctoritas (221). part. 54 -is et ⌞non⌟ explanata oratio (⌞ ⌟ *del. Bornecque*). PETRON. 2, 6 pudica oratio non est maculosa ..., sed -i pulchritudine exsurgit. QVINT. inst. 2, 17, 5 quidam -em esse rhetoricen volunt, *non inter artes numerandam.* 10, 1, 43 quidam solos veteres legendos putant neque in ullis aliis esse -em eloquentiam ([*opp.* lascivia deliciaeque]. 12, 10, 40). 11, 3, 10 in dicendo curam et artem ... ut adfectata et parum -ia ... improbare. *al.* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 2 p. 163, 31 *sapientia persuadet* nunc -bus verbis, nunc per eloquentiam (*ibid.* p. 163, 33). AVSON. 15 (335 S.) l. 36 novem -ia metra (POMP. gramm. V 125, 12 isti pedes m. -ia non faciunt). MART. CAP. 3, 232 *litterae* aut -es sunt, *sc. in loquendo,* aut effictae, *sc. in scribendo* (*postea*: natura ... insinuante *eqs.*). MARTYR. gramm. VII 188, 6 sq. -i longa minime carebit paenultima *syllaba*, id est si non fuerint trisyllaba, quae -em longam non habebunt paenultimam (*opp. e. g. p. 186, 11* longam positione paenultimam). *al.*

(II) *speciatim pertinet ad*: Ⓐ *formationem originemque verborum singulasque formas*: *quae sequuntur normam communem, analogiam*: VARRO ling. 8, 21 sq. declinationum genera sunt duo, voluntarium et -e; ... (22) -em declinationem dico, quae non a singulorum oritur voluntate, sed a co⟨m⟩muni consensu (8, 23 *est* ⟨in⟩ d. voluntaria ... anomalia, in -i magis analogia. 10, 15 voluntaria d. refertur ad consuetudinem, -is ad [o]rationem. *al.* SERV. Aen. 1, 100 'Sarpedontis'

[*Ottink*]

usurpavit *Homerus*; -is enim d. est 'Sarpedon, Sarpedonis'. *al.; sim.* declinatus: Varro ling. 9, 34 [*opp.* voluntarios; *item* 9, 62, *si recte coni.* d.]. 10, 83**)**. 9, 34 duo genera ... analogiae, unum -e ..., alterum voluntarium (*sim. ibid.* [*postea*: ea⟨s⟩ natura faciat]). 10, 61 in -bus casibus (*opp.* ⟨im⟩positiciis). Serv. Aen. 12, 401 Doricae linguae est 'Paean', -e enim est 'Paeon'. Ambr. fug. saec. 3, 16 ('nobis decebat' *Hebr. 7, 26; cf. e. g. vol. V 1, 131, 19sqq.*) apostolus -bus magis quam vulgatis aut secundum artem utitur verbis (Isid. orig. 2, 16, 2 latine ... loquitur, qui v. rerum vera et -ia persequitur nec a sermone ... praesentis temporis discrepat). *al.* *quae putantur ducta esse a natura, pertinere ad initia loquendi sim.*: Gell. 10, 4 tit. P. Nigidius ... docuit nomina non positiva esse, sed -ia **(**[*cf. 1* vi et ratione naturae, *2* φύσει]. Char. gramm. p. 135, 5 [*sec. Varronem ling. 8, 35*] analogia in -bus n. tantum servatur [*opp.* voluntariis]. Consent. gramm. V 343, 10 simplicibus et veris et -bus n. *al.***)**. 10, 4, 3 verba esse -ia magis quam arbitraria. Serv. gramm. IV 408, 2 genera ... aut -ia sunt, aut ex auctoritate descendunt **(**Consent. gramm. V 343, 7 g. nominum, quae -ia sunt, duo sunt ..., masculinum et femininum. 343, 24 duo g. -ia seu principalia sunt masculinum et femininum [*opp.* neutrum ..., quod ... artificale quidam putant]. 343, 28 *neutrum* alii ... -e g. ... putant. *al. apud eundem***)**. *al.* Ⓑ *vim verborum propriam, non translatam*: Qvint. inst. 9, 1, 4 *est* tropos sermo a -i et principali significatione translatus ad aliam **(**[*postea: dictio* propria]. Gaivs inst. 4, 134 in praescriptione de facto quaeritur, quod secundum -em s. verum esse debet. Hil. ad Const. 2, 4, 2 *quorundam error* veritatem -is s. eludit, ne quid maneret in sensu**)**. Serv. Aen. 2, 132 ('bellicum canit') non est figura, sed sermo -is. Mart. Cap. 4, 358 rebus sua sunt verba, quae -ia atque etiam propria dicimus, ut 'lapis' (*opp. 359* aliena ..., quae ratione aliqua mutuamur).

**β** *in arithmetica, architectura, musica sim.*: Vitr. 1, 2, 7 -is ... decor sic erit, si ... templis saluberrimae regiones ... eligentur (*cf. 5 decor* perficitur statione ..., seu consuetudine aut natura). 2 praef. 5 antequam -es ⌊res⌋ incipiam explicare, de aedificiorum rationibus ... anteponam (⌊ ⌋ *sc. variarum materiarum, cf. enim* 2, 1, 8 de -bus materiae r. ... disputabo). 5, 4, 3 diatoni ..., quod -is est, facilior est intervallorum distantia (*antea opp.* ab arte *et* subtili sollertia. *cf.* Boeth. mus. 1, 21 *genus* diatonum ... durius et -ius, chroma vero iam quasi ab illa -i intentione discedens). Chalc. comm. 35 septem numerus laudatur a Pythagoreis ut optimus et -issimus et sufficientissimus **(***de eodem*: 37 -is ..., quia *eqs.; generaliter*: Boeth. arithm. 1, 23, 4 l. 31 ponatur ... -is n. hoc modo: i, ii, iii [*antea*: positis in -i constitutione numeris]. *al.***)**. Fav. Evl. 18, 2 ordinem -em *numerorum* (*cf. l. 39*). Boeth. arithm. 1, 4, 4 l. 7 impar ... numerus est ..., cuius in duas inaequales summas -is est sectio. 2, 4, 3 l. 36 -ius est quemlibet numerum quantas in se retinet, tot unitatibus designare quam notulis. *al.*

**B** *cum acumine quodam* -is *indicat qualitatem, qua definitur proprietas alicuius* (*sc. ut distinguatur ab alio; exempla potiora*): **1** *vario usu*: Cic. de orat. 3, 115 cum, quae forma et quasi -is nota cuiusque sit, describitur, ut si quaeratur avari species, seditiosi. Vell. 2, 11, 2 -em nobilitatis superbiam (*nisi ad C*). Sen. dial. 9, 17, 6 *animi remissio non peteretur,* nisi -em quandam voluptatem haberet lusus iocusque. Qvint. inst. 1, 1, 1 id (*sc. dicere, cogitare*) est homini -e, ac sicut aves ad volatum ... gignuntur, ita nobis propria est mentis agitatio. decl. 319, 8 -is improbis hominibus dilationis est cupiditas. Op. imperf. in Matth. 42 p. 870[in.] proprium ... -e est angelorum omnino separatos esse ab usu libidinis. Boeth. Porph. isag. p. 12, 19 hoc ... ei, *i. risibile homini,* semper est -e ut et equo hinnibile (*gr.* σύμφυτον). *al.* **2** *neutr. pro subst. de ipsa proprietate*: Cic. Cato 33 ut et infirmitas puerorum ... et senectutis maturitas -e quiddam habeat, quod suo tempore percipi debeat. Sen. nat. 4 praef. 4 habent hoc in se -e blanditiae: etiam cum reiciuntur placent. Tert. apol. 1, 13 quid hoc mali est, quod -ia mali non habet, timorem, pudorem *eqs.*? anim. 32, 9 (*disting. substantia eiusque natura*) mollitia lanae, mollitia plumae: pariant, *sc. paria sunt,* -ia rerum, substantiva non pariant. adv. Marc. 4, 1, 10 cur ... non et antithesis ad -ia reputasti contrarii sibi semper creatoris? Serv. auct. Aen. 1, 177 Nigidius de hominum -bus (*errore pro* de h. natura, *cf. Kroll, RE XVII 205, 61sqq.*). *al.* **3** -e est *c. struct. verbali* (*cf. l. 53*): Sen. dial. 4, 6, 2 gaudere laetarique proprium et -e virtutis est (*item c. inf.*: Qvint. decl. 381, 2 sceleratis -e est alienam conscientiam fugere. Qverol. p. 46, 2). Hil. trin. 9, 13 adscribens vitam ... deo, cui est -e quod vivit. Evseb. Emes. serm. 20, 6 -e ... est lumini, ut per eum visibilia videantur.

**C** *transfertur ad id, quod dicitur fieri solere vel facile intellegendum esse, sc. non mirum, apertum, usitatum esse sim. tamquam natura ortum* (*exempla potiora; cf. e. g. p. 191, 15*): **1** *vario usu*: Liv. 34, 4, 12 ut, quod alii liceat, tibi non licere aliquid fortasse -is aut pudoris aut indignationis habeat, sic *eqs.* Vell. 2, 128, 4 (*nonnumquam homines novi ad summos honores provecti sunt*) haec -is exempli imitatio, ad experiendum Seianum ... propulit *Tiberium.* Petron. 132, 13 quid ... mali feci, si dolorem meum -i convicio exoneravi? Qvint. inst. 4, 1, 9 est ... -is favor pro laborantibus. Papin. dig. 18, 7, 5 quod ... -em habet intellectum, ne scilicet qui careret minoribus fruatur maioribus. Serv. Aen. 1, 369 est -is interrogatio 'qui estis', 'unde estis' *eqs.* *al.* *superl.* -issimus: Philo quaest. in gen. 4, 167 venatio ... esca fuit ei *Isaac*; ⌊-issimum⌋ ... dictum est (⌊ ⌋ *adv. intellegit Petit in indice*; naturalis *var. l.*). 4, 201 coniectura ... rationabilis simul ac verisimilis, quantum vero ad intellectum -issima. 4, 220 auspicia -issima et aptissima. **2** -e est *c. struct. verbali*: Sen. contr. 7, 2, 8 -e est ..., ut quod in nullo patrono fieri oportuit, indignius sit factum in Cicerone patrono **(**Ascon. Pis. p. 11, 10 magis ... -e est, ut Piso recenti reditu invectus sit in Ciceronem ..., quam post anni intervallum. Qvint. inst. 4, 1, 12 cum sit -e, ut iudices iis, quos libentius audiunt, etiam facilius credant. *al.* Plin. epist. 4, 17, 3. *al.***)**. Qvint. inst. 7, 1, 26 cogitemus ..., quid -e sit primum responderi. Vlp. dig. 50, 17, 35 nihil tam -e est quam eo genere quidque dissolvere, quo colligatum est (*item c. inf.*: Porph. Hor. carm. 3, 18, 15 -e est ... omnibus *eqs.*).

**II** *relatione peculiari respicitur*: **A** *quod de natura agit* (*fere de rerum natura sub 1, de singulorum natura sub 2*): **1** *de philosophia, quaestionibus, dictis, scriptis sim.* (*opp. passim* moralis *et* rationalis *sim.*): **a** *vario usu*: Cic. part. 64 in obscuris -busque quaestionibus (Vitr. 1, 1, 7 Sen. epist. 88, 24 Qvint. inst. 1, 4, 4. *al.; cf. l. 46*). Sen. epist. 88, 24 est aliqua pars philosophiae -is, est aliqua moralis, est aliqua rationalis **(**89, 9 [*explicatur*: rerum naturam scrutatur]. *al., v. vol. X 1, 470, 76sqq.; cf.* Boeth. trin. 2 l. 68 M. *tres* speculativae partes, -is ..., mathematica ..., theologica**)**. 89, 12 Cyrenaici -ia cum rationalibus sustulerunt et contenti fuerunt moralibus. Gell. 17, 21, 14 Empedocles ... in philosophiae -is studio floruit (*al., v. vol. X 1, 2027, 33sqq.*). Mar. Victorin. rhet. 2, 14 p. 270, 9 hanc θέσιν civilem moralemve teneamus, non illam, quae apud philosophos -is est. Ambr. in Luc. praef. 2 *sapientia* aut -is ... aut moralis aut rationalis (*ibid.* sapientiae -is, quae ea, quae supra naturam vel naturae sunt, conprehendat. Rvfin. Orig. in exod. 3, 3 p. 166, 12. *al.*). in psalm. 36, 1 scriptura divina vel -is vel mystica vel moralis est; -is in Genesi, in qua exprimitur, quomodo facta sunt caelum, maria *eqs.* Cael. Avr. acut. 1, 8, 56 ex -i tractatu, quam Graeci physiologiam *vocant.* *respicitur liber sacrae script., qui dicitur Ecclesiastes* (*cf. p. 195, 27*): Ambr. Isaac 4, 23 Proverbia eius *Salomonis* moralia, Ecclesiastes -is, in quo quasi vanitates istius despicit mundi, mystica sunt eius Cantica canticorum. in psalm. 118 serm. 1, 3, 1 Salomon librum de Proverbiis scripsit, quo moralem locum uberius expressit, -em in Ecclesiaste, mysticum in Canticis canticorum. Rvfin. Orig. in cant. prol. p. 76, 9 *Salomon* primo ... in Proverbiis moralem docuit locum ...; secundum vero, qui -is appellatur, comprehendit in Ecclesiaste, in quo multa de rebus -bus disserens et ... vana ab utilibus ... secernens relinquendum vanitatem monet. *al.* **b** *in titulo libri* (*cf. p. 195, 14. 197, 63*): Sen. nat. 6, 17, 3 in ... quaestionum -ium causis *Asclepiodoti* **(**[*nisi* q. *delendum, v. e. g. Vottero, ed. 1989, 30sqq.*]. Svbscr. Sen. nat. cod. H Senecae naturalium q. ad Lucilium ... liber quartus [*sim. al.*]**)**. Plin. nat. praef. 1 libros -is historiae *confeci* (*de eodem opere*: Svet. vita Plin. p. 93, 2 Gell. 10, 12, 1. *al.; cf.* Hier. in Ier. 3, 75, 2 scriptores -is h., tam bestiarum ... quam arborum ..., quorum principes ... Aristoteles ... *et* Plinius).

**2** *de nomine, testimonio sim. alicuius naturam indicante* (*nisi intellegas nomen respectu naturae alicuius impositum, ut spectet ad I; aliter p. 197, 11*): Vlp. dig. 1, 1, 4 cum uno -i nomine homines appellaremur, iure gentium tria genera esse coeperunt **(**Pavl. dig. 38, 10, 10, 4 alterum, *i. 'adgnatus',* ... civile, alterum, *i. 'cognatus',* -e n. est. Hil. trin. 7, 10 [*disting.* nuncupatio *arbitraria loquentis; antea*: rei nomen intellegentiam rei adfert]. *in doctr. christ. de trinitate*: Tert. adv. Marc. 3, 15, 2 dei ... n., quasi -e divinitatis, potest in omnes communicari, quibus divinitas vindicatur [*postea*: Christi ... n. non ex natura ..., sed ex dispositione]. Ambr. spir. 3, 19, 148 per -is n. unitatem. *al.***)**. 50, 16, 49 'bonorum' appellatio aut -is aut civilis est (*seq. p. 203, 24*). Tert. anim. 43, 8 *medici somnum* in lethargo non -em notantes testimonio ⌊-i⌋ respondent (⌊ ⌋ *sc. somnum -em esse. in eadem re*: 43, 9 -em indicem). virg. vel. 4, 7 -e vocabulum est 'femina', -is vocabuli generale 'mulier', generalis ... speciale 'virgo' **(**[*cf. Eugraph. Ter. Haut. 1003* femina sexus est, mulier et aetas]. 5, 12 [*ad gen. 2, 23*] Eva cognominatur, personali iam v., quia -e praecesserat. Ps. Avg. un. trin. p. 1210 v. ... appellativum -e et personale 'spiritus sanctus', proprium vero 'deus'**)**. Serv. auct. ecl. 6, 63 ('amarae corticis') est epitheton -e **(**Aen. 1, 127 e. alia -ia sunt, alia ad tempus. Schol. Verg. Veron. Aen. 2, 173 ['salsus ... sudor'] critici ... -ia ⟨e. a poetis⟩ nusquam inhoneste putent locari. Hor. epod. 16, 39 ['muliebrem luctum'] e. -e ..., quia omnis luctus mollis est**)**.

**B** *quod respondet naturae alicuius, ei aptum, conveniens est* (*sc. de eo, quod extrinsecus infertur; res inhaerentes v. sub I*): **1** *genera-*

*tim*: Cic. ac. 2, 127 est ... animorum ... -e quoddam quasi pabulum consideratio ... naturae (Tert. anim. 24, 5. *aliter p. 191, 42; cf.* Cic. nat. deor. 2, 122 ad -es pastus capessendos [*121* natura eum *p.*, qui cuique aptus erat, comparavit]. Plin. nat. 28, 55 *calidos potus* non esse -es. Orig. in Matth. ser. 37 p. 70, 8 propria et -i esca. *fort. huc p. 192, 3*). Tusc. 1, 43 *animo* -is est sedes, cum ad sui simile penetravit (*cf.* nat. deor. 2, 124 aquam quasi -em domum *anatum*). Nigid. Gell. 10, 4, 4 *sicut in nutu* motus ... capitis ... a natura rei, quam significat, non abhorret, ita in his vocibus, *sc. 'vos' et 'nos'*, quasi gestus quidam oris et spiritus -is est. Bell. Alex. 12, 4 nautici homines ... ad -e ac domesticum bonum, *sc. classem,* refugere cupiebant. Colvm. 4, 10, 3 *ubi* molles ... hiemes, optima et maxime -is est autumnalis *putatio.* Proc. dig. 41, 1, 55 *si* aprum meum ferum in suam -em l a x i t a t e m dimisissses *eqs.* (Vlp. dig. 41, 1, 44. *sim.* Gaivs dig. 41, 1, 3, 2 *cum* in -em libertatem se receperit *animal eqs. al.*). Plin. nat. 12, 58 prior atque -is vindemia *turis. al.*

**2** *speciatim*: **a** *de ordine sim. apte imposito* (*in arte rhet.*): Cic. Brut. 209 omnium ... causarum unum est -e principium, una peroratio. Varro rust. 1, 1, 11 de his rebus dicam sequens -es divisiones. Qvint. inst. 7, 2, 15 cum ... de facto quaeritur, -is o r d o est, ut *eqs.* (*al., v. vol. IX 2, 956, 7 sqq.*). 9, 4, 61 sensus omnis habet suum finem poscitque -e intervallum, quo a sequentis initio dividatur. Fortvn. rhet. 3, 1 *duo modi dispositionis* -is et artificialis (*cf.* Schol. Cic. Gron. D p. 301, 25 dispositione -i). **b** *de imagine vel narratione congrua vero*: Vitr. 10, 6, 2 iustam cocleae -emque imitationem. Pavl. dig. 11, 1, 13 pr. quia falsae confessiones -bus convenire debent. Filastr. 137, 3 quomodo esse potest haec *anima peccatis foeda* dei -is i m a g o? (137, 4).

**C** *quod proprium est rerum naturae* (*fere pro gen.* naturae; *exempla certiora, cf. e. g. p. 195, 19*): Lvcr. 6, 30 quod *malum* fieret -i ... seu casu seu v i, quod sic natura parasset (Iavol. dig. 19, 2, 59 si vi -i, veluti terrae motu hoc acciderit *eqs.* Lact. inst. 1, 5, 20 Chrysippus -em vim divina ratione praeditam ... deum nuncupat. *al.*). 6, 760 *quae de locis Avernis inepte narrantur,* omnia ... -i r a t i o n e geruntur (Gaivs inst. 1, 1 [= dig. 1, 1, 9] quod ... -is ratio inter omnes homines constituit, id ... vocatur ... ius gentium [*sim.* 3, 154. dig. 41, 1, 1 pr. *ius gentium* r. -i inter omnes homines peraeque servatur]. *al.; aegre disting. argumenta petita a rerum natura p. 195, 5*). Liv. 44, 37, 6 id, *sc. lunae defectus,* quia -i o r d i n e statis temporibus fiat, ... sciri ante ... posse (Isid. nat. 39, 1 -is ordinis perturbata temperie inficiuntur elementa). Vitr. 1, 1, 18 cum ... talia, *sc. maxima,* ingenia ab -i sollertia ... paucis viris habere concedatur *eqs.* 9, 1, 2 *in utroque polo* -is potestas ... conlocavit ... cardines *mundi.* Apvl. met. 2, 28, 3 miserere per caelestia sidera ..., per -ia elementa. Tert. anim. 43, 8 medici omne contrarium vitali salutari auxiliari extra -es cardines relegant. *al.*

**D** *quod pertinet ad partes corporis pudendas* (*cf. p. 188, 19; imprimis de genitalibus tam feminarum, e. g. l. 48. 63, quam masculorum, e. g. l. 49. 67, sed aliter de ano, intestino recto, ovorum ductu sim. l. 51. 55 sq. al.; respiciuntur animalia l. 60 sqq. al.; syn.* genitalia *l. 61,* necessaria *l. 62*): **1** *adi.*: Cels. 1 prooem. 49 ex -bus p a r t i b u s carne prolapsa *expiravit mulier* (7, 18, 1 in -bus p. circa testiculos). Colvm. 6, 30, 8 manus ... inseritur alvo et obsessi -es e x i t u s adaperiuntur (Scrib. Larg. 192 *ixia* ventrem ... et omnes -es e. supprimit). 8, 7, 2 ne *gallinis pluma* stercore l o c a -ia exulceret (Pelagon. 152, 1 ut spongias calidas l. omnibus -bus admoveas [*Hippiatr. gr. I p. 169, 18 χώραν*]. Chiron 748. *al.*). Firm. math. 6, 31, 48 -e mulieris c o r p u s (8, 4, 6 in -i c. *Virginis. aliter p. 190, 50*). Rvfin. Adamant. 5, 9 per -es m e a t u s virginis *Mariae* (*aliter*: hist. 3, 6, 8 digestionum m. [*gr. τοὺς τῶν αἰδοίων πόρους*]. Vict. Vit. 1, 7). *al.* **2** *neutr. pro subst. de ipsis pudendis*: *p l u r.*: Cels. 1, 9, 3 frigus inimicum est ... -bus, ossibus. 2, 7, 15 feminae ... oras -ium suorum ... scabere coguntur. 4, 28, 1 est etiam circa -ia vitium, nimia profusio seminis. *al.* Colvm. 6, 27, 10 detrita scilla -ia eius *equae* linuntur (*item a n i m a l i u m*: 6, 30, 4 [*antea*: foramini, quo manat urina; *postea*: genitalia]. *al.*). Firm. math. 4, 19, 19 *Venus* vitia facit circa -ia et necessaria. Ivst. 1, 4, 2 per somnum vidit ex -bus filiae ... vitem enatam. Non. p. 107 -ia muliebria. Didasc. apost. 62, 11 cum ⌊-ia⌋ profluunt uxoribus vestris, nolite convenire illis (⌊ ⌋ *loca, non sanguis; v. vol. X 2, 2803, 4 sq.*). Theod. Prisc. gyn. 8 ad inferiora -ia (naturam *ed.*). Canon. Turner I p. 178 rec. V de eunuchis; de his, qui -ia sibi desecant vel qui se castrant (*gr. aliter*). *al.* *s i n g.*: Cels. 4, 27, $1^{D}$ add. l. 19 huic accedit ipsius -is d o l o r (*ibid.* l. 37). 5, 26, 13 *sanguinis* pars per -e descendit. 7, 26, $1^{C}$ inter imas oras super -e positum *iter urinae.* 7, 26, 4 per -e eius *mulieris* (*cf.* Ps. Diosc. herb. fem. 49 -i mulieris). *Ottink.*

*adv.* ※**nātūrāliter.** *de gradatione: solum posit. legi testatur* Ps. Asper gramm. suppl. 55, 5 sq. -ius aut ... -issime dici non potest. *tamen occurrit compar.* -ius *apud* Boeth. *p. 202, 72 (adi. praedic. intellegendum est* in herm. comm. pr. 2, 14 p. 215, 16, *sed cf.* magis -r Avg. *p. 201, 21); superl. non legitur* (*cf. p. 198, 7*). *de notione v. l. 51 nec non ad singulos locos p. 202, 6. 36 et* Cassiod. compl. in Iudam 1, 10 -r, id est corporaliter. *legitur singulis fere locis apud* Cic. (*bis*), Varronem, Caes., Bell. Alex., *saepius inde a* Vitr., *maxime in arte gramm., iure, philosophia (sed deest* Sen. *phil.) et apud Christianos; alienum est nimirum a poesi.*

*i. q. modo naturali, secundum naturam sim.* (*subiunximus notiones deflexas sub IB; pro syn. occurrunt* naturā *p. 201, 11* [*cf.* per n. *l. 55*], necessitate *l. 61. p. 201, 57. 67,* per se(se) *l. 69. p. 201, 3. 203, 48,* proprie *p. 203, 28. 204, 31* [*disting. p. 204, 34*], secundum substantiam *p. 204, 26 [cf.* substantialiter *p. 202, 14. 34. 72. 204, 40], sim. al.; opp.* contra naturam *l. 64. p. 204, 69. al.,* fortuitu *p. 201, 75,* positione *p. 202, 40. 49. 203, 34. al.* [*cf.* positive *p. 202, 47*], voluntarie *p. 202, 25* [*cf.* voluntate *l. 60. p. 201, 57*], usurpative *p. 203, 26. 46, sim. al.*): **I** *iuxta verba vel praedicatum nominale* (*ita ut de tota sententia iudicetur p. 201, 21. 203, 53* [*etiamne l. 24?*]): **A** *notione communi, sc. modali, fere i. q. ita, ut alicuius natura (vel ipsa rerum natura) constitutum est*: **1** *usu originario*: **a** *generatim; illustratur condicio*: **α** *hominum, animalium; cum respectu potius*: ⓘ *animi eorum*: Varro ling. 7, 93 'euax' (*Plaut. Men. 127*) verbum nihil significat, sed effutitum -r est (*tamen adfectum indicari docent Palaemon aliique, v. e. g. Char. gramm. p. 311, 10 sqq.; cf. infra p. 201, 61*). Caes. civ. 3, 92, 4 est quaedam ... alacritas ⌊-r innata⌋ omnibus, quae studio pugnae incenditur (⌊ ⌋ *c. abundantia quadam*). Vitr. 9 praef. 14 cum ... cogamur -r inventionibus *Archytae aliorumque* ... moveri *admiratione.* Vell. 2, 92, 5 -r audita *praeterita praesentibus* visis l a u d a m u s libentius (Pass. Petr. Paul. long. 7). Qvint. inst. 3, 8, 40 an ... -r apud plurimos plus valeat malorum timor quam spes bonorum. 11, 3, 61 *adfectus* veri -r erumpunt, ut dolentium ..., sed carent arte ([*62 ficti* carent natura]. *cf.* 11, 3, 88 cum ipsis vocibus -r exeunt gestus). decl. 276, 9 potuit *aliquis* ... -r f u i s s e timidus (Evstath. Basil. hex. 8, 3, 9 *aves quaedam* -r aemulatrices sunt vel ex hominum traditionibus eruditae [*gr. p.* $172^{C}$ *ἐκ φύσεως ..., ἐξ ἀσκήσεως*]. Orig. in Matth. ser. 61 p. 142, 30 qui -r sunt ingeniosi [*opp.* per exercitationem]. Oribas. syn. 5, 49, 4 La *et* Ab p. 85 timidi sunt -r [*gr. δειλοὶ ... τὴν φύσιν*]. *et saepius*). Min. Fel. 24, 9 de diis vestris animalia muta -r iudicant *rectius.* Sol. 30, 21 *rhinoceros* -r (naturali telo *var. l.*) alvum *elephanti* petens. Veg. mil. 3, 12, 5 animis ... hoc -r evenit, ut trepident *ante pugnam.* Ambr. hex. 2, 1, 3 -r aestimare, quae dicimus probabiliter, ac simplici mente ... pensare ..., non secundum philosophiae traditiones *eqs.* Hier. in Gal. 6, 10 l. 49 hoc, *sc. 'diem perdidi',* ... sine lege ..., sine salvatoris ... doctrina -r et dixit et fecit *Titus. al.* ⓘⓘ *corporis eorum* (*saepe apud medicos c. respectu status sani*): Vitr. 3, 1, 3 corporis centrum medium -r e s t umbilicus (Tert. cult. fem. 2, 3, 3 femina sit -r speciosa. Theod. Prisc. log. 6 est ... urina -r, quae ... sanitatem manifestet, rubra mediocriter. *al.; cf. l. 46*). Cels. 3, 6, 7 non febricitare eum, cuius venae -r ordinatae sunt teporque talis est, qualis esse sani solet. 5, 28, $1^{A}$ corpus ... durius, quam -r oportet (*item in c o m p a r a t i o n e*: 5, 28, $2^{B}$ *locus* mollior ..., quam esse -r debet [*sim.* 6, 6, 14. 7, 12, $3^{B}$. 8, 10, $1^{E}$]. 8, 15, 1 brachium extenditur minus ... quam -r). 7, 7, $8^{E}$ ut -r se h a b e a t *palpebra* (*item refl.* 8, 4, 15. *ceterum*: Chiron 160 crura inligata habebit non -r. Theod. Prisc. log. 6 *urina* habens -r nebulas. Ps. Soran. quaest. med. 16 *corporis integritatem* qui *κατὰ φύσιν* habet, id est -r, sanus est semper. *al.*). 7, 26, $1^{A}$ inflammatio ... *urinam* r e d d i -r prohibet (Cael. Avr. chron. 5, 10, 109). *al.* Plin. nat. 11, 130 quaedam animalium -r calvent. Qvint. inst. 11, 3, 28 *vox pubescentis* -r impeditur. Tert. virg. vel. 8, 1. Rvfin. Orig. princ. 2, 11, 4 p. 187, 12 oculus -r lucem requirit (*syn.* per naturam). Hippocr. aer. 3, 4 *mulieres* partum nescientes non -r (*sc. sed morbo; gr. φύσει*). Soran. p. 48, 12 quae *mulieres* nullam valitudinem habentes -r non p u r g a n t u r ([*gr. p. 97, 22 φυσικῶς, Cael. Aur. gyn. 2, 2* natura cessante]. p. 49, 4. 49, 13 -r vel aetate [*postea*: contra naturam; *gr. p. 98, 23 φυσικῶς, Cael. Aur. gyn. 2, 4* naturae causa]). Conc.$^{S}$ I 5 p. 258, 15 -r esurimus, non voluntate hoc patimur, sed necessitate (*cf. p. 147, 26* natura esurimus; *gr. I 1, 6 p. 116, 20 φυσικῶς*). Pomer. 3, 6, 5 *in dormiente* -r ... expellitur *semen* (*opp.* turpiter). *al.* *respicitur mors*: Evseb. Emes. serm. 26, 5 nos ... -r suscipimus mortem (*opp. Christus* contra naturam patiens). Verec. in cant. 8, 9 l. 24 aegroto ... -r consummato. Hist. Apoll. rec. B 30 si ... senectae tuae -r accidisset (*per euphemismum, cf.* humanitus *vol. VI 3, 3098, 53 sqq.; rec. A* si ... aliqui casus mihi evenissent).

**β** *arborum, herbarum*: Vitr. 8, 1, 3 *aquae* signa, *sc. herbae quaedam,* ... non sata, sed -r per se procreata. Colvm. 3, 9, 8 *vitis* -r laetatur tepore. 4, 29, 4 post hiemem, cum et gemma se et cortex -r movet. arb. 4, 1 *vites* -r in sublime procedunt. Amm. 24, 3, 13 arbor ... -r odoris dulcedinem concipit. Serv. georg. 2, 9 creandarum arborum -r tria sunt genera; ... cetera usus invenit favente natura. *al.*

**γ** *rerum variarum*: *corp.*: Bell. Alex. 8, 1 omnia ... litora -r aquae dulcis venas h a b e r e (Iren. 4, 29, 2 *mare rubrum* -r sic se habere,

*[Beikircher]*

*sc. transitum praestitisse* [*opp.* ex virtute dei; *gr.* φυσικῶς]). VITR. 1, 4, 10 proprietates locorum -r pestilentes aut salubres *esse* (8, 2, 9 si -r esset calida *aqua. al.* CHROMAT. in Matth. 9, 2 l. 72 *mel* per sese ... -r dulce est [*opp.* cura diligentiae humanae]. *al.*). *al.* PLIN. nat. 24, 41 pissasphaltos mixtā bitumini pice -r. VLP. dig. 39, 3, 1, 10 si aqua -r decurrat, aquae pluviae arcendae actionem cessare (*in eadem re*: 39, 3, 1, 15 si aqua pluvia ... noceat non -r, sed opere facto. 39, 3, 1, 22 [*e Labeone*]). AMM. 24, 4, 10 turres ... montem ... -r editum aequabant. RVFIN. Adamant. 3, 13 p. 137, 2 aerugo non -r inest metallo, sed accidit per neglegentiam (*gr.* κατὰ φύσιν ..., κατὰ σύμβασιν). *al.* *incorp.*: VELL. 1, 17, 6 -r ..., quod procedere non potest, recedit (*syn.* naturā [mature *Acidalius*]). QVINT. inst. 2, 12, 3 sunt in hac parte, *qua agitur de vi orationis,* quae imperitos etiam -r fallant; nam et divisio ... speciem virium minuit *eqs.* 3, 8, 6 est aliquid in omni materia -r primum (*respicitur ordo narrandi sim. ut*: 4, 2, 53 aliqua ... -r secuntur et cohaerent *in narratione.* PHILO quaest. in gen. 4, 195, 10 p. 72 relatio ... intelligibilis -r continet primo, quod *eqs.*). 5, 10, 74 cum ... -r congruant *argumenta.* POMPON. dig. 50, 17, 7 *non posse* eundem ... et testato et intestato decessisse; earumque rerum -r inter se pugna est ⌊'testatus' et 'intestatus'⌋ (*delendum vid.*). TERT. virg. vel. 4, 6 -r compendium sermonis et gratum et necessarium est, quoniam sermo laciniosus ... vanus est. AVG. nupt. et concup. 1, 9, 10 p. 222, 6 principatus ⌊magis -r⌋ unius in multos quam in unum potest esse multorum (⌊ ⌋ *fere pro '-ius est, ut esse possit'*). *al.*

**b** *speciatim*: **α** *in philosophia et religione* (*cf. supra p. 200, 37*): (I) *exempla varia*: CIC. div. 1, 113 *numquam* animus hominis -r divinat, nisi cum ... solutus est *a corpore.* APVL. Plat. 1, 12 p. 205 omnia, quae -r et propterea recte feruntur, providentiae custodia gubernantur. VET. LAT. Rom. 2, 14 (cod. 75. *al.* = VVLG.) gentes, quae legem non habent, -r quae legis sunt faciunt (*gr.* φύσει. *inde* GAVDENT. *p. 195, 34. cf.* TERT. adv. Iud. 2, 7 legem fuisse ... non scriptam, quae -r intellegebatur. AVG. epist. 175, 2 *legem* sive -r in corde conscriptam sive in litteris datam. *al.*). TERT. anim. 21, 6 inesse ... nobis τὸ αὐτεξούσιον -r (*cf.* AVG. spir. et litt. 33, 58 *liberum arbitrium* -r, cum crearetur, accepit *homo*). ARNOB. nat. 2, 3 quem *deum* esse omnes -r scimus, ... cum exclamamus 'o deus' (*sim. p. 204, 65 et* PS. CYPR. idol. 9 vulgus ... deum *unum* -r confitetur ...; dici frequenter audimus 'o deus' et 'deus videt' *eqs.; cf. e. g.* PELAG. in Rom. 1, 19 p. 13, 15 quod potest -r sciri de deo, quod sit et quod iustus sit). LACT. inst. 7, 9, 16 virtus ... prohibet iis bonis hominem, quae -r adpetuntur, et ad sustinenda mala impellit, quae -r fugiuntur (*cf. e. g.* RVFIN. Orig. princ. 3, 4, 4 p. 269, 25 quibus *voluptatibus* -r delectatur *caro.* AVG. civ. 19, 1 p. 347, 11 [*e Varrone*] quattuor esse quaedam, quae homines sine magistro, sine ullo doctrinae adminiculo ... velut -r appetunt, aut voluptatem ..., aut quietem *eqs.*). CHALC. comm. 225 p. 241, 1 cuius *animae* -r motiva vis *est* (*cf.* AVG. lib. arb. 3, 7 -r movetur *anima.* PRISC. LYD. solut. 1 p. 47, 7 *anima* si semper eam *vitam* infert, semper eam habet secundum essentiam et -r). AMBR. fid. 3, 3, 19 angelus immortalis est *non* -r, cuius immortalitas in voluntate est creatoris (*cf.* RVFIN. Orig. princ. 2, 9, 2 p. 165, 20 quaecumque *virtus* ... inerat *angelorum* substantiae ..., non -r inerat, sed beneficio conditoris effecta). RVFIN. Orig. princ. 1, 3, 7 p. 60, 7 *deus* omnibus, ut essent -r, praestitit *inoperationem* (*sim.* ORIG. in I reg. 11 p. 20, 20 nihil eorum, quae sunt, hoc ipsum, quod sunt, -r habent, *sed a deo.* AVG. civ. 5, 11 p. 210, 24 a quo *deo* est quidquid -r est. *al.*). MACR. somn. 1, 12, 10 cum vera discimus, ea recognoscimus, quae -r noveramus. CASSIAN. inst. 4, 39, 3 per quam *caritatem* universa, quae prius non sine poena formidinis observabas, absque ullo labore velut -r incipies custodire (*inde* REGVLA mag. 10, 89 BENED. reg. 7, 68). IOH. MAXENT. Conc.$^{S}$ IV 2 p. 26, 40 quidquid fit -r, non voluntate sed necessitate fieri intellegitur (*sec. Nestorianos*). *al.* *de natura verborum*: BOETH. herm. 16a27 -r nominum nihil est, sed quando fit nota *secundum placitum* (*v. 16a19; gr.* φύσει). in herm. comm. pr. 1, 2 p. 46, 10 sqq. vocum significativarum aliae sunt -r, aliae non -r; -r est vox significativa ut ea, quae dolores -r monstrat *eqs.* (*cf.* comm. sec. 1, 1 p. 23, 2 voces ... atque litteras ... non esse -r, sed positione). CONC.$^{S}$ IV 2 p. 96, 17 cum *verbum de mente profectum* sit -r idem *ac mens,* aliud subsistentialiter habetur, ita et dei verbum *eqs.* (*Greg. Nyss. Migne gr. 45, 16*$^{C}$ κατὰ τὴν φύσιν).

(II) *in physica*: CIC. fat. 48 (*in fine libri mutilo*) declinare ... atomis ... -r ⟨...⟩ (*sc. tributum esse sim.; antea*: tributum est necessitate naturae). VITR. 8, 3, 10 *aquis quibusdam* efficitur ... crusta lapidea; ... hoc ... ita videtur -r *fieri,* quod *eqs.* (8, 3, 18). CHALC. comm. 81 p. 132, 1 epicyclus intellegatur ... *ferri* ... -r adversum totius mundi volatum (PS. AVG. categ. 10, 88 *gravia* -r feruntur ad terram. *al.*). AMBR. hex. 3, 2, 7 quomodo terra invisibilis, cum omni corpori -r species et color insit? (*cf. gr. 4, 2 p. 81*$^{A}$ φυσικῶς). EVSTATH. Basil. hex. 1, 10, 1 -r necessarieque situi eius *telluris* esse decretum, *ut media sit* (*gr. p. 24*$^{C}$ φυσικὴν ... καὶ ἀναγκαίαν τὴν θέσιν. *antea*: non fortuitu vel sponte nec aliqua sorte). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 1, 3 p. 349$^{D}$ -r sunt divisa *elementa* (*gr.* τῇ φύσει). *al.*

(III) *in doctrina christ. de perditione et de salute*: VET. LAT. Eph. 2, 3 (Fort. Aug. c. Fort. 16. *al.*) conversati sumus in desideriis carnis ... et eramus -r filii irae (*gr.* φύσει, *Mar. Victorin. ad l.* naturales f., *Vulg.* naturā f.; *explicationes selectae*: AVG. pecc. mer. 1, 23, 33 cuius *irae* -r filii sunt, qui ... trahunt ... originale peccatum. 2, 10, 15 -r, hoc est originaliter. *aliter Fort. ibid. 18, qui refert ad* contrariam naturam tenebrarum; *Ambrosiast. ad l.* immutata non substantia, sed mala voluntate). II Petr. 2, 12 (Ps. Aug. spec. 110) qui velut pecora -r in luem et perniciem nati (*gr.* ζῷα γεγεννημένα φυσικῶς [φυσικά *var. l.*], Aug. nupt. et concup. 2, 8, 20 animalia procreata -r in ... interitu, VVLG. pecora -r in ... perniciem [*sine p. p. p.*]). IREN. 1, 6, 2 *haeretici se* non per operationem, sed eo, quod sint -r spiritales, ... salvari dicunt (*gr.* φύσει. *cf.* 3, 20, 1 l. 33 *ne homo* iactaretur, quasi -r similis esset deo. RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 5 p. 77, 25 *neminem* substantialiter vel -r esse ... immaculatum *praeter deum. sim. al.*). 1, 23, 3 *non* esse -r operationes iustas, sed ex accidentia. 4, 37, 2 si ... -r quidam boni, quidam vero mali facti fuissent (*gr.* φύσει. *cf.* RVFIN. Orig. princ. 3, 4, 5 p. 270, 24 diversas naturas esse animarum ..., quae -r vel salvandae sint vel periturae). AVG. civ. 13, 3 p. 559, 15 *ut culpa protoplastorum* -r sequeretur in nascentibus ceteris (*cf.* EVOD. fid. 9 si aliquos -r dicimus malos *esse,* propter originem veteris peccati dicimus). c. Faust. 6, 8 p. 299, 19 omnia ..., quae -r sunt, in ordine suo bona sunt (*cf.* nat. bon. 19 omne, quod -r est, bonum est. *sim. al.*). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 71, 3 *si* necessitas peccati membris est inserta -r. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 5, 18 p. 78, 23 voluntarie et non -r filius est dei homo *pius* (*gr.* φύσει). *al.*

(IV) *in theologia christ.* (*gnosticorum l. 28 sq.; cf. p. 204, 30. 74. 205, 18*): (A) *exempla varia*: IREN. 2, 17, 5 l. 72 -r impassibile est *paternum lumen* (*de Aeone ut ibid.* l. 80 universos ... -r impassibiles et immutabiles esse). 3, 12, 12 l. 430 *Marcionitae* duos -r dicentes deos distantes ab invicem (*cf.* 4, 1, 1 *illum* -r et deum et patrem esse ..., demiurgum vero -r neque deum neque patrem esse). FAVSTIN. trin. 7, 1 l. 29 spiritus sanctus usque adeo vere et -r sanctus est, ut hoc ei -r et verum sit vocabulum (*idem respicitur*: RVFIN. Orig. princ. 1, 8, 3 p. 100, 18 -r ... vel substantialiter sancta est *natura sp. sancti.* PS. VIGIL. THAPS. trin. 5, 50 rec. II *quemadmodum potuit sp. sanctus* -r, hoc est dealiter, in invicem, *i. in se et in patre,* consistere, nisi quia de ipsa unita natura divinitatis est? *al.*). PELAG. in Rom. 16, 27 p. 126, 15 sq. *deus* solus -r sapiens ⌊est⌋ (*om. codd. aliquot*), sicut -r bonus, ... sed nos institutione boni vel sapientes esse possumus (*cf.* RVFIN. Adamant. 3, 9 -r deus bonus est ..., positione vero homo dicitur bonus [*gr.* κατὰ φύσιν]). CASSIOD. in psalm. 50, 14 l. 450 est proprium patri, quod -r sine initio ante saecula genuit filium. *al.* (B) *respiciuntur duae naturae Christi*: IREN. 3, 16, 1 putative eum *Christum esse* passum -r impassibilem exsistentem (*cf. e. g.* FILASTR. 92, 2 ⟨carne⟩ -r, non divinitate dolente). NOVATIAN. trin. 24, 8 *filius dei filium Mariae* connexione sua ... filium ... dei facit, quod ille -r non fuit (*sim.* CONC.$^{S}$ I 5 p. 74, 2 qui non -r, sed positive vel filius vel deus dicatur [*sec. Nestorium ut* p. 74, 34 unus qui sit -r, et alius positione]). RVFIN. Adamant. 3, 9 verbum dei -r dicimus filium *esse,* ceteros vero homines positione vel adoptione (*gr.* κατὰ φύσιν). AVG. conf. 7, 9, 14 quod sit filius ... 'non rapinam arbitratus esse aequalis deo', quia -r id ipsum est (*sec. Phil. 2, 6 ut*: QVODV. symb. 1, 3, 14 non rapuit *filius,* quia -r habuit. *al.*). pecc. mer. 2, 24, 38 p. 110, 5 ille, qui de deo -r natus est, nasci etiam misericorditer de carne dignatus est (*cf.* IOH. MAXENT. Conc.$^{S}$ IV 2 p. 24, 42 sq. qui ... -r erat sine initio natus ex patre, ... in tempore -r nascitur nobis ex matre). DIONYS. EXIG. Conc.$^{S}$ I 5 p. 239, 29 *Christus* tradens ei *morti* proprium corpus, quamvis -r ipse vita sit (*gr. I 1, 1 p. 37, 13* κατὰ φύσιν, *altera vers. I 2 p. 48, 23* secundum naturam). *al.*

(V) *in arte logica* (*cf. p. 201, 18*): RVFIN. Orig. princ. 2, 9, 1 p. 165, 3 -r ..., quidquid infinitum fuerit, et inconpraehensibile erit (*gr. ibid. p. 164, 6* τῇ ... φύσει). AVG. mag. 8, 24, 6 ea ... regula, quae -r plurimum valet, ut auditis signis ad res significatas feratur intentio. PS. AVG. categ. 9, 62 ea, quae necesse est, in ea *definitione* -r inveniri (*item in definiendo*: BOETH. categ. 13a19 cui -r unum insit, ut igni calido esse [*gr.* φύσει]. top. Arist. 134a5 *quidam,* quod -r inest, volens *significare* [*gr.* φύσει]. *al.*). 19, 162 est unum prius -r a duobus (*cf.* PRISC. gramm. II 423, 16 hic *singularis* -r primus est numerorum). 20, 168 *quaedam* -r simul sunt, ... ut verbi gratia si simplum et duplum ponamus, necesse est simul esse -r (*sim.* BOETH. categ. 14b27 [*gr.* φύσει]). BOETH. arithm. 1, 5, 4 l. 30 quae *species, sc. par et impar,* -r vim numeri substantiamque componunt. in Porph. comm. pr. 1, 8 p. 21, 25 proprio ..., id est risibili, quod solus habet homo *nec aliud animal,* -ius substantialiusque disiungitur *homo a deo quam mortalitate.* Porph. isag. p. 15, 18 priora sunt -r genera *quam species* (*gr.* τῇ φύσει). *al.*

**β** *in iure et vita publica respicitur, quod non lege constitutum est, sed ipsa natura societatis humanae* (*vel rerum p. 203, 20 sqq.; opp.* civiliter

[Beikircher]

*l. 4. 9. al.; arcuimus 2b infra, quo vergunt etiam l. 3. 8; ceterum cf. l. 72. p. 201, 5sqq. 18. 204, 12*): IAVOL. dig. 41, 2, 23 pr. adita hereditate omnia quidem iura ad nos transeunt, possessio tamen nisi -r comprehensa ad nos non pertinet. 41, 2, 24 peculium, quod servus civiliter quidem possidere non posset, sed -r tenet (PAPIN. dig. 10, 2, 35 agros. 41, 2, 49 pr.; *notione obligandi*: AFRIC. dig. 46, 1, 21, 2 quamvis et -r teneatur *fideiussor.* VLP. dig. 46, 2, 1, 1 [*opp.* civiliter]). POMPON. dig. 30, 26, 2 *si res legatae* vel -r indivisae sint vel sine damno *dividi non possint.* 46, 3, 107 verborum obligatio aut -r resolvitur aut civiliter; -r veluti solutione *eqs.* (*cf.* MARCIAN. dig. 46, 3, 49 solutam *esse* pecuniam ... -r, si numerata sit creditori). VENVL. dig. 43, 26, 22, 1 (*e Labeone*) quo magis -r possideretur, nullum locum esse tutoris auctoritati (VLP. dig. 43, 16, 1, 9 [*opp.* civiliter]. *al.*). GAIVS dig. 41, 3, 5 -r interrumpitur possessio, cum ... alicui res eripitur. SCAEV. dig. 35, 2, 56, 2 decem *milia sestertium,* quae defuncto -r debebantur *a servo* (TRYPH. dig. 12, 6, 64. VLP. dig. 46, 3, 5, 2 ex pacto -r [*opp.* ex stipulatione]. *al.*). VLP. dig. 4, 4, 16, 4 (*e Pompon.*) in pretio ... venditionis -r licere contrahentibus se circumvenire (*sim.* PAVL. dig. 19, 2, 22, 3). 5, 3, 25, 11 *donando* ad remunerandum sibi aliquem -r obligaverunt (44, 7, 14 *servi* civiliter quidem non obligantur, sed -r ... obligantur. *al.*). 39, 3, 1, 23 agri naturam esse servandam et semper inferiorem superiori servire atque hoc incommodum -r pati. *al.* *de die naturali*: CENS. 23, 2 *v. p. 193, 18.*

**γ** *in arte gramm.* (*generaliter de natura verborum v. p. 201, 58*): Ⓘ *respicitur notio verborum*: VLP. dig. 50, 16, 49 (*antea p. 198, 61*) -r 'bona' ex eo dicuntur, quod beant. METROL. p. 137, 25 'pes' dupliciter ... pronuntiatur: uno modo eo, quod sit -r pes, alio modo, quod usurpative per manus metiatur. AMBR. Noe 15, 53 (*respic. gen. 7, 21* mortua est omnis caro) quod et secundum litteram liquet et proprie ac -r carnis corruptelam ... expressit. HIER. hom. Orig. in Ezech. 4, 7 p. 367, 19 nomen dei, *sc. Adonai,* quattuor litterarum est, quod interpretatur -r deus. EVSEB. GALLIC. hom. 10, 2 l. 45 'deum credere' -r deum scire est, 'in deum' vero 'credere' hoc est fideliter eum quaerere *eqs.* Ⓘⓘ *respicitur mensura verborum, syllabarum*: MAR. VICTORIN. gramm. 5, 4 *syllabae longae* aut -r longae sunt aut positione fiunt (SERV. Aen. 1, 73 'conubio' nu brevem posuit, cum -r longa sit. POMP. gramm. V 107, 21 *'lux'* longa est sine dubio -r. *et passim*). VICTORIN. gramm. VI 193, 11 si paenultima -r producta fuerit ([*opp.* positione longa]. SERV. gramm. IV 423, 26. *al.; cf.* SERV. Aen. 1, 41 'unius, illius ...' -r media producitur syllaba. PRISC. gramm. III 510, 17 *quaedam verba* producunt i paenultimam in praeterito -r. *sim. al.*). SERV. Aen. 1, 116 'ibi' et 'ubi' -r breves sunt (1, 185 cum 'tot' -r brevis sit, 'totus' producitur. *et saepius*). 2, 417 cum 'Eous' e -r longum habeat, metri necessitate correptum est (MARTYR. gramm. VII 188, 10. *al.*). *al.* Ⓘⓘⓘ *respectu vario*: SERV. Aen. 1, 5 ('quoque et') duas coniunctiones separatas -r nemo coniungit, sed hoc ... a poetis causa metri fit. 2, 12 quae *verba defectiva* corrupta sunt -r, ut 'odi'. 11, 522 in 'es' vel in 'is' quando usurpative, quando -r exeant nomina, sola diminutio indicat (*e. g. 'vulpecula', 'turricula'*). gramm. IV 421, 9 non -r sonant *consonantes* (*antea*: per se sonant *vocales*). POMP. gramm. V 241, 25 quae *adverbia* -r a se nata sunt (*e. g. 'cras'; opp.* quae aliunde originem ducunt, *e. g. 'docte'*). *al.*

**2** *transfertur ad eam rationem, qua quid*: **a** *iudicatur evidens, consentaneum vel sollemne esse, tamquam naturale sit* (*cf. p. 197, 70*; -r *spectat ad totam sententiam praeter l. 59*): QVINT. inst. 4, 2, 76 narravit accusator, ... adiecit invidiam ...; exspectat -r iudex, quid narretur a nobis *defendentibus.* POMPON. dig. 1, 2, 2, 5 -r evenire solet, ut interpretatio *legum* desideraret prudentium auctoritatem (*c. eadem abundantia*: VEG. mil. 2, 21, 4 cum -r equites a peditibus soleant discrepare). SERV. Aen. 11, 50 -r ... queritur *poeta* de errore mentis humanae. EVGRAPH. Ter. Andr. 306 *iuvenis amore aeger consilio servi* respondet ... -r, quod omnes, cum valemus, aliis dare consilium possumus. **b** *re ipsa, proprie fieri dicitur* (*usu derivando ex 1bβ, cf. imprimis l. 3. 8*): VLP. dig. 29, 5, 3, 19 *testamentum* aperire ... ille videtur, qui -r aperit, sive sint signatae *tabulae,* sive non sint ⸤ligatae⸥, sed tantum -r clausae ([⸤ ⸥ *temptaverim coll. vol. VII 2, 1391, 20*; leg- *trad.,* signatae *Mommsen*]. 29, 5, 3, 23). PAVL. dig. 41, 2, 1 pr. (*e Labeone*) possessio appellata est ... a sedibus quasi positio, quia -r tenetur ab eo, qui ei insistit. MIN. FEL. 29, 8 signum ... crucis -r visimus in navi, cum velis tumentibus vehitur.

**B** *notione deflexa*: **1** *adv.* -r *non significat tam modum quam instrumentum vel saepius respectum, ut sit fere i. q. per naturam, secundum naturam, quod attinet ad naturam sim.* (*saepe spectat ad naturam alterius ac subiecti sententiae; exempla potiora*): **a** *generaliter, sc. secundum rerum naturam*: POMPON. dig. 8, 3, 20, 1 servitus -r, non manu facto laedere potest fundum servientem, quemadmodum si imbri crescat aqua in rivo (*cf. more sollemni dictum p. 201, 7*). TERT. adv. Marc. 5, 16, 3 qui *deus Marcionis* -r sit ignotus nec usquam nisi in euangelio sit revelatus (*cf.* resurr. 2, 8 adversum deum mundi omnibus -r notum de testimoniis operum. Scap. 2, 1 unum deum colimus, quem omnes -r nostis, ad cuius fulgura ... contremiscimus. *aliter p. 201, 34sq.*). CHALC. comm. 61 *forma mundi globosa* -r intellegi ... potest, siquidem omnia *ponderosa* ... ad unum punctum medietatis commeent. SERV. Aen. 3, 205 'attollere visa': -r dixit, quotiens enim propinquamus litoribus, ... exsurgere terra videtur (AMBR. Noe 6, 14 p. 422, 26. 423, 23 [*opp.* mystice]). CAEL. AVR. chron. 2, 10, 124 Asclepiadem non -r putredinis differentiam ab Erasistrato constitutam expugnasse. IORD. Get. 69 *Dicineus vates* fysicam tradens -r propriis legibus vivere *docuit Gothos.*

**b** *c. respectu naturae propriae*: **α** *hominis eiusque corporis*: *in iure*: PAVL. dig. 4, 5, 7 pr. ut *in tutelis vel hereditatibus deferendis* personae -r designentur (*postea*: deferunt hereditatem senatus consulta 'matri' et 'filio'). *in religione christ.*: HIL. trin. 8, 15 *ut* nos ... in eo *Christo* -r inessemus, ipso in nobis -r permanente (*respic. Ioh. 6, 57* qui edet carnem meam *ut*: 8, 16 nos -r secundum carnem per eum vivimus, id est naturam carnis suae adepti). AVG. civ. 10, 29 p. 448, 29 *deus* -r indidit nobis, ut beati ... esse cupiamus (*fere pro 'naturae nostrae indidit'*). *exempla cetera*: THEOD. PRISC. eup. faen. 97 loca, *i. membra luxata,* -r custodita (*antea*: pro locorum natura fasciolis continenda *membra. cf.* POMER. 3, 15, 2 ut saluti *corporis* ... -r consulamus). CASSIOD. Ios. antiq. 8, 234 p. 238 *rex arefactam* manum sibi -r restitutam gaudebat (*gr. κατὰ φύσιν. respic. III reg. 13, 6* facta est sicut prius fuerat). ORIBAS. syn. 1, 34, 1 Aa p. 88, 21 vitalis locus est distemperatus ⸤-r⸥ (*deest gr.*). PRISC. LYD. solut. 1 p. 51, 9 *animus et corpus* coaptari ... sibi invicem, sed non uniri -r. **β** *rerum variarum*: IREN. 2, 29, 3 -r ... et secundum substantiam emissa esse tria genera ... a Matre: primum ... materia *eqs.* DIOSC. 3, 149 p. 437, 18 *genus quoddam anthemidis* -r erantimon appellant (*gr. 3, 137, 2 ἰδίως*). CASSIOD. Ios. antiq. 2, 295 *fluvius* potabilis existebat, licet -r videretur esse mutatus (*gr. κατὰ φύσιν*). **γ** *dei vel Christi*: FILASTR. 66, 3 non ... est homo ... de deo proprie ac -r, id est de divina illa substantia patris, ... genitus ut unicus filius. RVFIN. Orig. princ. 1, 1, 8 p. 25, 11 -r videri impossibilis est *deus* (*sec. Ioh. 1, 18*). PS. VIGIL. THAPS. trin. 10, 53 (*inde* LEPOR. 4) verbum caro factum est, sed ... solum proprie personaliter, non cum patre ... -r. EPIST. pontif. 670 Schwartz p. 93, 26 si aliquid -r inde removetur, ex quibus ... integer Christus est (*antea*: si quaelibet earum *naturarum* ... proprietas exinde subtrahatur). CONC.[S] II 2, 1 p. 65, 36 *non* -r dico *Christum* (*gr. II 1, 1 p. 165, 29 φυσιολογῶ. cf. II 3, 1 p. 152, 1 non* de natura disputo domini). IOH. MAXENT. Conc.[S] IV 2 p. 5, 13 duas naturas ... Christi ... -r sive substantialiter ... credimus. *al.*

**2** *singularia*: **a** *fere i. q. de rerum natura*: AGENN. grom. p. 25, 15 omnium ... honestarum artium, quae sive -r aguntur sive a⟨d⟩ naturae imitationem proferuntur, materiam optinet ... geometria. **b** *fere i. q. in rerum natura* (*cf. p. 183, 40*): GROM. p. 302, 7 *quadratarii* -r dolantes ... ex monte terminum eminentem monti *constituerunt* (*ubi terminus arte factus figi non potuit; cf. p. 302, 12* lapides naturales).

**II** *iuxta nomina* (*exempla minus dubia; ad I relegavimus, quibuscumque accedit copula, e. g. p. 200, 41. 201, 2*): **A** *adi. vel part. pro adi. (addidimus etiam pro subst. adhibita); adv.* -r *refertur ad naturam*: **1** *corporis rerumque sensibus percipiendarum*: VITR. 2 praef. 4 portum -r tutum (*cf.* 2, 8, 11 locum -r ... munitum). COLVM. 3, 6, 4 -r infecunda vitis. PLIN. nat. 10, 192 *non* sunt -r surdi, ut non idem sint et muti. CALP. decl. 2 p. 3, 4 -r fuscos artus. VLP. dig. 32, 70, 12 *versicoloribus* neque album neque -r nigrum contineri nec alterius coloris naturalis (MARCELL. med. 22, 41). HIER. hom. Orig. in Ezech. 12, 1 p. 433, 5 (*in imag. de eloquiis dei sec. psalm. 118, 103*) haec -r dulcia cum assumpserint credentes. MARCELL. med. 2, 7 ossicula ... duo -r forata. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 126 -r vel ⸤contra naturam constituta⸥ (*sc. morbo vitiata*). ALC. AVIT. epist. 57 p. 86, 12 productis -r paenultimis syllabis ... ponenda *verba.* ORIBAS. syn. 1, 29, 1 La p. 83, 19 de aquis -r calidis est ... ⟨nit⟩rosa et salsa *eqs.* (*sim.* Aa; *gr. τῶν αὐτοφυῶν λουτρῶν. cf. tit. La et Aa* de naturalibus aquis calidis). *al.* **2** *animi rerumque incorporearum*: VELL. 2, 60, 5 inter ... -r dissimillimos ... crescebat odium (*sc. inter Antonium et Octavianum*). COLVM. 6, 37, 2 -r sopitum pecudis ingenium. APVL. met. 10, 2, 3 noverca ... -r impudica. TERT. apol. 17, 6 'deus videt' et 'deo commendo' ...: o testimonium animae -r christianae ([*cf. p. 201, 34sqq.*]. FILASTR. 111, 1 nasci ⸤paganos⸥ -r non c., id est rerum natura ..., non a deo ... creari [⸤ ⸥ paganos ⟨nos⟩ *Marx*]). NOVATIAN. cib. Iud. 3, 12 -r in pecoribus constituta (*disting.* vitiosa quaeque in hominibus contra naturam commissa). PRVD. cath. 7, 181 corpus istud molle -r captumque *voluptatibus.* BOETH. arithm. 1, 9, 1 l. 5 ad indivisibilem -r ... unitatem. VEREC. in cant. 2, 5 l. 40 viam ... legis vel per sanctos corporaliter factae vel -r mentibus attributae (*cf. p. 201, 29*). CASSIOD. Ios. antiq. 16, 220 p. 467 rex Arabum ... -r segnis (*gr. νωθὴς τὴν φύσιν*). *al.* **3** *dei, Christi*: IREN. 4, 24, 2 verbum *dei* -r ... invisibilem. FILASTR. 92, 4 divinitate -r impassibili. PS. AMBR. symb. Westra

[Beikircher]

p. 417, 15 in patre et filio -r una substantia personaliter distincta nominibus. FVLG. RVSP. serm. dub. 1, 8 F. ut unigenitus patris -r coaeternus de virgine temporaliter nasceretur. ad Tras. 1, 3, 1 l. 118 Christum ... vel deum de patre -r verum, vel hominem ... perfectum.

**B** *subst.* (*cf. p. 204, 49*), *fere pro adi.* naturalis: *de rebus* (*iuxta subst. verbale praeter l. 10. 14*): TERT. cult. fem. 2, 2, 1 quem *decorem* -r invitatorem libidinis scimus (*nisi supplere malis inf.* esse). CHIRON 750 de equarum abortus et mixtiones -r quemadmodum debeant facere, *qui alunt iumenta* (*item c. respectu rei genitalis* [*cf. p. 199, 45*]: DIDASC. apost. 56, 25 *si qui more Iudaeorum* custodiunt consuetudinaria -r, seminis sui cursus et adproximationes mulierum). AGENN. grom. p. 20, 10 si ... vox (vos *trad.*), quam varia verborum significatione dividimus, naturalis est, verborum significatio -r sui exigit institutionem (*fere pro* naturalem ... i.). PLAC. med. 9, 19 rec. *α* ⌊adipem caninum -r⌋ cum ... oleo veteri remisse stillato in aures (⌊ ⌋ *sc. non sale conditum sim.*). ENNOD. opusc. 3, 16 p. 335, 3 -r illud terrenum decus *membrorum ... nullis* artificiis adiuvatur. *de animantibus*: AVG. in Rom. 48, 3 nos ... non -r *filios* in adoptionem filiorum vocare dignatus est *Christus* ([*cf. p. 193, 49*]. *respicitur Christus*: PS. VIGIL. THAPS. trin. 3, 71 rec. II [*cf. rec. I* natura fili]. CONC.[S] I 5 p. 74, 1 unum -r f. ..., alterum societate coniunctum. p. 287, 6 ex deo -r et verum f. [*cf. ibid. p. 142, 14* vere naturaque; *gr. I 1, 7 p. 65, 3* φύσει καὶ ἀληθινόν]). *Beikircher.*

*adv.* **nātūrālitus.** *inter adv. in 's' exeuntia affert* PS. ASPER gramm. suppl. 54, 10. *i. q. naturaliter*: APVL. met. 1, 12, 1 sensi -s quosdam affectus in contrarium provenire. SIDON. epist. 8, 1, 2 linguas cote livoris -s acuminatas (-ter *var. l., ut* 9, 11, 2 mentibus vis haec -s inest, ut *eqs.*).

*deriv.*: naturalitas.

*compos.*: in-, *fortasse* supernaturalis (*de* con- *v. p. 189, 6*); *cf.* extranaturalis.

**nātūrālitās,** -ātis *f.* *a* naturalis. *i. q. qualitas naturalis*: TERT. anim. 16, 1 (*antea*: naturale ... rationale credendum est) *quod irrationale* coadoleverit in anima ad instar iam -is, quia statim in naturae primordio accidit. 43, 6 de somni -e *dubitare.*

**nātūrāliter** *v. p. 199, 72,* **nātūrālitus** *v. l. 23.* *Ottink.*

**[nātūrātim:** preter spem, raptim, preter opinionem GLOSS.[L] I Ansil. NA 141 (cod. Paris.; *cf.* RA 180 raptim: †nuturatim). *vox nescio quo modo corrupta est; cogitare possis e. g. de* matur⟨e proper⟩atim.**]**

**[nātūrātus** *affertur ex opere medii aevi, sc. Arist. lat. rhet. 1, 15, 1376b22, ed. Spengel 1867, p. 236, 28.***]**

**nātūrificātus,** -a, -um. *a* natura *et* facere. *i. qui factus est proprietas naturalis*: TERT. adv. Val. 29, 4 *animae, quibus semen spiritale additur,* -ae iam spiritalis condicionis germanitate certam obtinebunt salutem.

**1. nātus** *v.* nascor. *N. H.*

**2. *nātus,** -ūs *m.* *a* nasci. *scribitur* gn- CIL XI 3724. *de formis*: SERV. gramm. IV 433, 36 nomina unum casum habentia tantum ut -u, tabo (*sim. al., sed v. sub II*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 434, 11 maior -u. senior. grandis -u. magno -u. longaevus. grandaevus *eqs.* *legitur inde a* PLAVTO, ENN., TER., LVCIL., CIC.; *raro in versibus sublimioribus, sc. singulis fere locis apud* VERG., HOR., OV., SIL., IVVENC., AVSON. (*bis*), CLAVD. (*ter*), CYPR. GALL. (*quinquies*), MAR. VICTOR., ORIENT. [*restit.* LIV. 45, 6, 9 maximum natu[m]; *falso trad.* VAL. MAX. 9, 3 ext. 3 *Hannibal* novem annorum -u *iuravit eqs.* (natus *corr. cod. unus; del. Heraeus, Philologus 59, 1900, 434sq., cf. p. 206, 48*).**]**

*i. q. nascendi actio vel origo vel tempus, quod quis inde ab ea vixit, sc. aetas, anni* (*spectat fere ad homines, ad animum p. 206, 72, deum p. 206, 8*): **I** *abl.* ***nātū:** **A** *respicitur potius, ad quantam aetatem quis pervenerit* (*saepe comparatur cum aetate aliorum*): **1** *abl. nudus pendens ex adi.* (*sc. masc. aut fem. praeter l. 63; ἀπὸ κοινοῦ e. g. p. 206, 24. 31; iunctura pro compos. ponitur* PROB. inst. gramm. IV 115, 7 sqq. omnis generis nomina, quae *abl. sing.* ... u littera terminantur, ... *in nom. sing.* una hac forma definiuntur ... et ad hoc exemplum declinantur: ... hic et haec maior -u et hoc maius -u, huic ... maiori -u ...; hi et hae maiores -u et haec maiora -u [*alia exempla adduntur* app. gramm. IV 194, 4 minor -u, pessimus -u, maximus -u]): **a** grandis (*cf. l. 48. p. 206, 57 nec non* LIV. 29, 29, 6 regnum ad fratrem regis ... pergrandem -u ... pervenit): PLAVT. Aul. 159 sed est grandior -u: media est mulieris aetas. *et saepe, v. vol. VI 2, 2180, 59sqq., ubi addas e. g.* CHALC. transl. p. 21[A] g. -u, ut qui ad nonagesimum iam adpropinquaret *eqs.* (*gr. brevius*).

**b** parvus (*cf. vol. X 1, 557, 78sq.*): PLAVT. Persa 350 parva -u ... praecipio patri. *superl.* minimus: CIC. Cluent. 107 -u m., ingenio ... par eis. LIV. 2, 28, 9 m. quisque -u. *al.* VVLG. II par. 21, 17. *al.* *compar.* minor: CIC. Brut. 101 cum ... Scaevolam sibi m. -u generum praetulisset. Lael. 32. *al.* VARRO rust. 1, 17, 4 facilius *operarii* ... iis *aetate maioribus* quam ⌊minori⌋ -u sunt dicto audientes (⌊ ⌋ *ed. Flach, 1996,* minore *trad.; v. Giusta, Per il testo delle 'res rusticae' ..., 2006, 66*). frg. Non. p. 236, 26 minoris -u capite aperto erant. LIV. 28, 43, 8. 44, 35, 6 *id* placebat ... minoribus -u (maioribus *cod.*). SEN. contr. 2 praef. 5 ego tanto m. -u *declamatorem* quam ipse eram audiebam. VELL. 1, 10, 3 *v. l. 18.* SEN. dial. 10, 11, 1 senes ... m. -u se ipsos esse fingunt. 11, 15, 5. SVET. Tib. 2, 4 *P. Clodius* minori -u in adoptionem se dedit. *al.*

**c** magnus (*posit. non legitur*): **α** *compar.* maior (*exempla sec. rem digesta v. vol. VIII 126, 80sqq.*): ENN. frg. var. 64 *Saturnus,* qui m. -u erat, postulat, ut ipse regnaret. LVCIL. 218. CIC. inv. 1, 48 ut maioribus -u assurgatur. Quinct. 39 virum bonum ... m. -u nolebas ... appellare. Phil. 2, 52 neque principes civitatis ... neque m. -u. de orat. 1, 239 m. -u et iam consularis. Brut. 100 audivi ... ista ... de m. -u. rep. 2, 55. Tusc. 1, 3 qui *Livius* fuit m. -u quam Plautus et Naevius (*sunt, quibus sit gloss.*). Cato 41 fam. 15, 2, 6. *al.* CAES. Gall. 2, 28, 1. *al.* VARRO rust. 2, 10, 2 quam alios. 3, 6, 2. frg. Non. p. 551, 14 antiquae mulieres m. -u bibebant *id.* SALL. Iug. 25, 4 m. -u nobiles. hist. frg. 2, 92 NEP. Them. 2, 8. Timoth. 3, 4 non cessit m. -u auctoritati. LIV. 1, 32, 10. 31, 48, 2. *al.* RVT. LVP. 1, 21. VELL. 1, 10, 3 ex iis *filiis quattuor* duos m. -u ..., duos minores -u. VAL. MAX. 5, 5, 1 m. -u minori et fortissimus inbelli. 9, 11 ext. 1 (*opp.* minor *solum*). *al.* SCRIB. LARG. 13. 171. LEX Malac. (CIL II 1964) 1, 31. TAC. hist. 1, 15, 2. *al.* PLIN. epist. 2, 14, 3. 8, 14, 4 SVET. Claud. 15, 3. *al.* INSCR. Canus. Chelotti 51 (*aet. Trai.?*) ⟨m⟩aiores -u. FLOR. epit. 1, 7, 9. FRONTO p. 110, 15 quibus *officiis* senator aetate et loco minor m. gradu atque -u senatorem ... colit. GAIVS inst. 1, 106 an minor -u m. -u adoptare possit. GELL. 2, 15, 1 m. ... -u a minoribus colebantur. 2, 15, 6. 4, 11, 7 *Aristoxenus id* videtur cognovisse e Xenophilo Pythagorico, familiari suo, et ex quibusdam aliis -u m., qui ab aetate Pythagorae ⟨haud multum aberant⟩ (*suppl. recc.*). APVL. apol. 27, 9 m. -u non est iuvenem aspernata. *al.* VET. LAT. deut. 5, 23 (cod. 100 *et* VVLG.) m. -u vestri (*gr.* γερουσία). I Petr. 5, 1 (Ps. Aug. spec. 47) ego testis Iesu Christi passionum similiter m. -u (*gr.* συμπρεσβύτερος, *Vulg.* consenior). CYPR. epist. 64, 3, 1 (*opp.* infantes). DARES 8 ut m. -u minoribus imperarent. INSCR. Année Épigr. 1995 n. 641 filius m. -u. *al.* **β** *superl.* maximus: TER. Ad. 881 id mea minime refert, qui sum -u m. *al., v. vol. VIII 126, 75sqq., ubi addas* NEP. Ages. 1, 3 CVRT. 4, 11, 2. 7, 8, 12. VLP. dig. 34, 5, 10 pr. *fratrum* m. -u. IVST. 2, 10, 2 CLAVD. DON. Aen. 1, 650 p. 128, 18 CLAVD. 22, 8. *al.*

**d** *ceterae iuncturae*: PLAVT. Bacch. 124 tantus -u deorum nescis nomina (APVL. apol. 10, 8 disce ... vorsus Platonis ... si ... t. -u potes litteras discere). IVVENC. 1, 216 Anna fuit -u gravior (CLAVD. 26, 485). AMM. 26, 9, 5 provectior. HEGES. 1, 1, 4 senior -u frater. ORIENT. comm. 2, 246 iunior.

**2** *abl. (sc. qual.) cum adi.*: NEP. Dat. 7, 1 maximo -u filius (*al., v. vol. VIII 127, 49sqq.; cf. supra p. 205, 48*). FRONTO p. 194, 4 tanto -u senem.

**3** *abl. (sc. mensurae q. d.) iuxta verbum*: TERT. resurr. 45, 5 *corpus et anima* contemporant fetu, coaetant -u. CAEL. AVR. acut. 2, 29, 154 qui annum sextum -u excesserint.

**4** *abl. cum gen.* annorum *tot* (*cf. p. 205, 53*): INSCR. Année Épigr. 1979 n. 431 (*Mogontiaci; fort. ante aet. Claud. sec. Boppert, Zivile Grabsteine aus Mainz, 1992, 122 n. 75*) *liberta* ann(orum) nat(u) XX et ... filius an(norum) VIII (*nisi* nat(a), *sed cf.* CIL VI 9289 p. 3469 mortuus est annorum -u XX).

**B** *respicitur potius, quis in temporum ordine sit prior aut posterior* (*cf. vol. VIII 127, 65sqq.*): CIC. de orat. 2, 58 minimus -u horum omnium Timaeus *historicus* (ISID. expos. in gen. 6, 5 occiditur Christus caput populi minoris -u a populo Iudaeorum maiore -u). Brut. 77 cum hoc Catone grandiores -u fuerunt C. Flaminius *eqs.* NEP. Iph. 1, 1 talis dux, ut non solum cum suis compararetur, sed ne de maioribus -u quidem quisquam anteponeretur (ISID. *supra*). TEST. (CIL VI 10229) 3 filium -u primum (*cf.* prior -u: GELL. 3, 11, 4 Hesiodum -u p. *quam Homerum.* APVL. apol. 103, 3. TERT. adv. Marc. 3, 24, 9 Iudaeorum ... dispositio in Esau, p. -u et posteriorum adfectu filiorum. AVSON. 13, 38 [254 S.], 6. CLAVD. carm. min. 30, 118 inde Serena minor, p. hinc Thermantia -u. SIDON. epist. 2, 10, 2). GELL. 3, 11 tit. Hesiodum esse quam Homerum -u antiquiorem. 17, 21, 18 quibus Socrates ... -u ... posterior fuit, sed quibusdam temporibus isdem vixerunt (AVG. epist. 188, 6 te filia ... vicit -u p., actu prior, genere ex te, honore ante te. CYPR. GALL. gen. 1323 postremum -u *filiorum, i. Beniamin*). TERT. adv. Val. 9, 2 novissima -u Aeon. AMBR. patr. 11, 48 (*spectat ad gen. 49, 22*) *Ioseph* paene ultimus -u. VVLG. III reg. 1, 6 secundus -u post Absalom. CYPR. GALL. gen. 1472 anterior.

**C** *exempla varia*: TER. Haut. 645 animus -u ⌊gravior⌋, ignoscentior (⌊ ⌋ *i. maturior, maiore auctoritate praeditus coll. vol. VI 2, 2278, 67sqq.; aliter locum intelleximus ibid. 2283, 73*). *cum respectu originis, ortus*: APVL. flor. 14, 12 *Pythagoras* -u Samius. INSCR. suppl. Ital. n. s. 4

*[Schafer]*

p. 82 n. 58, 36 (*saec. III*) hominem barbarum natu Pannunium. PROB. app. gramm. IV 194, 4 pessimus -u. MACR. Sat. 7, 3, 7 Octavius ... -u n o b i l i s videbatur (HYD. chron. II p. 24, 128). HYD. chron. II p. 31, 196 interfectis aliquantis h o n e s t i s -u (199 cum rectore suo h. -u). GREG. TVR. Franc. 6, 45 multi ... m e l i o r e s -u ([meliori, maiores *var. ll.*]. 7, 19).

**II** *c e t e r i c a s u s*: TERT. adv. Marc. 4, 26, 13 *Christus non* retro negaverat -um (*nisi intellegas* se esse natum). SOL. 1, 68 (*e Plin. nat. 7, 47* auspicatius ... gignuntur) necatis matribus -us est auspicatior, *sc. caeso matris utero* (*vix est p. p. p.*). PRISC. gramm. III 270, 5 nasci ... ad unam rem pertinet ipsius -us.

*deriv.*: natalis. *Schafer.*

⊠**nāvālis,** -e. *a* navis (*item e. g.* PRISC. gramm. II 131, 4). *scribitur* nab- CIL *l. 71.* GLOSS. II 409, 30 (*cod. saec. VII*), -vil- GLOSS. NOT. Tir. 96, 4 -is. *al.* *abl. sing.* -i *testatur* CHAR. gramm. p. 175, 5 (*allato* VARRONE *p. 208, 11*), *sed* -ed *exhibet* INSCR. column. rostr. *p. 208, 7* (*cf. Wachter, Altlat. Inschr., 1987, 360*); *formas heteroclit. v. p. 209, 25. 26.* *de notione v. e. g. l. 22. p. 208, 24. 63. 209, 12 sqq. et* GLOSS. -is: ναυτικός. πλευστικός. *al.* *vox occurrit in term. techn. rei publicae fort. iam ad saec. IV a. Chr. revocandis (v. l. 35. 62), ceterum legitur inde ab* INSCR. column. rostr., PLAVTO.

*i. q. a d n a v e m p e r t i n e n s*: **I** *d e a n i m a n t i b u s, qui (in) navibus rem gerunt* (*cf.* GLOSS. -is: ⌊studiosus⌋ vel nauta [⌊ ⌋ *sec.* navus*?*]): **A** *i n r e m i l i t a r i e t v i t a p u b l i c a* (*de ipso munere v. p. 208, 17. 51*): **1** *d e c o p i i s, c l a s s e, n a u t i s* (*opp.* pedester *l. 34,* terrestris *l. 27. 30. 32*): **a** *i u n c t u r a e v a r i a e*: INSCR. column. rostr. (Inscr. Ital. XIII 3, 69) 7 ⟨c o - p i a s ... c⟩lasesque -es primos ornavet (*i.* -vit; *si recte suppl., addas vol. IV 905, 24. 906, 51 sqq. 80 sq.* [*opp.* terrestris]). CIC. rep. 2, 6 maritimus ... et -is hostis. BELL. Hisp. 32, 6 Cn. Pompeius ... ad -e p r a e s i d i u m Carteiam contendit (*al., v. vol. X 2, 890, 15 sq.*). LIV. 23, 48, 6 e x e r c i t u s terrestris -isque (*al., v. vol. V 2, 1396, 80*). 26, 20, 9 t u r b a -i mixta ex omni genere hominum (28, 36, 8 hostes, mixta inter milites -is t.). 36, 26, 5 a u x i l i a terrestria -iaque (45, 23, 2 [*eodem adi. opp.*]). *al.* *plur. pro s u b s t. m a s c.* (*sec.* pedester, *cf. vol. X 1, 970, 4 sqq. 20 sqq.*): CASSIOD. hist. 1, 8, 5 *Licinius se dedit* amissis ... pedestribus et -bus (copiis *add. A*[2]*; gr. Sozom. 1, 7, 5* τὸ ναυτικόν). **b** s o c i i -es (-es s. *e. g. l. 45. 48 sqq., sing. non nisi l. 53; hac iunctura, quam primitus de populis foederatis naves parantibus dictam esse liquet [ad rem cf. e. g. Liv. 26, 39, 5], significantur nautae, remiges [cf. appos. l. 50, syn. l. 52], vel etiam milites ex navibus pugnantes; cf. l. 75*): LIV. 9, 38, 2 (*a. 310 a. Chr.*) classis Romana ... cum adpulsa Pompeios esset, s. inde -es ad depopulandum agrum ... profecti *sunt* (*coll. l. 49 c o m p r e h e n d i v i d e n t u r tam nautae quam milites navibus impositi; item, si consideres voces distinctas, e. g.* 21, 50, 10 frumentum ... legionibus consulis s. que -bus ... praebiturum *regem.* 23, 21, 2 militi ac -bus [*4* classibus atque exercitibus]. 23, 48, 4 frumentum exercitui et s. -bus ... deesse. 45, 39, 4 legiones ... laureatae urbem inibunt et -es s.). 21, 50, 3 ut s. -bus adfatim instructam classem ita inopem m i l i t e habebant *Poeni* (*eodem opp., ut significentur soli n a u t a e*: 21, 61, 2 classicos m. -esque s. vagos. 22, 11, 7 navibus ... completis milite ac -bus s. persequi hostium classem. 22, 31, 3 ad populandum agrum ducti m. -esque s. 37, 16, 11 non m. solum, sed etiam -es s., ⌊remigum⌋ turbam, *armavit dux* [⌊ ⌋ nav‹al›ium r. *var. ll.*]. *al.; aliter l. 43*). 24, 11, 9 ut classis Romana s. -bus privata impensa paratis compleretur (*antea*: ex hoc edicto dati nautae). 26, 48, 6 Trebellius centurio legionis quartae et Sex. Digitius s. -is *de praemio certabant* (*significari vid. miles classicus, cf. 12* stare hinc legionarios milites, hinc classicos *alterutri faventes*). 32, 23, 9 -es s. relictis nuper classibus ad spem honoratioris militiae transgressi *ad hostes* (*cf. l. 68*). 36, 2, 15 *ut* in eam classem s. -es libertinos legeret (*cf. e. g.* 42, 27, 3 s. -es libertini ordinis). *al.* AMM. 21, 12, 11 OROS. hist. 4, 7, 12.

**2** *d e d e i s* (*epitheton referendum ad bellum -e*): PROP. 4, 1, 3 ubi -i stant sacra Palatia Phoebo. INSCR. numm. imp. II p. 73 n. 481 V i c t o r i a -is (p. 75 n. 503. *al. in nummis eiusdem aet. Flav.*).

**3** *d e m a g i s t r a t i b u s*: LIV. 9, 30, 4 (*a. 311 a. Chr.*) ut d u u m v i r o s -es classis ornandae reficiendaeque causa ... populus iuberet (*al., v. vol. V 1, 2254, 73. 75. 77 sq.*). VELL. 1, 9, 5 *triumphus* Octavii praetoris -is (*4* praetor, qui classi praeerat).

**B** *i n v i t a p r i v a t a*: PLAVT. Men. 350 adservatote haec sultis, ⌊-es pedes⌋ (*iocose de remigibus; cf. p. 209, 8*). frg. inc. 17 non ego te novi, -is scriba (*explicatur* FEST. p. 169 -is s., qui in nave apparebat, ... minimae dignitatis habebatur). CIL X 5371 (*liberae rei p., v. Année Épigr. 1991 n. 420*) *quidam* a r c h i t e c t u s -is (XII 723 [*saec. II*]. *cf.* VI 33833 [*saec. II*] harchitecto eabro [*i.* fa-] nabali). LIV. 28, 8, 14 contracta ... multitudine f a b r o r u m -ium *ad naves reficiendas* (*al., v. vol. VI 1, 10, 74 sqq.; masc. pro subst. per ellipsin*: CE 1191, 7 [*saec. I/II; cuidam* fa⟨bro -i⟩] tibi -es pauci damus ul⟨tima dona⟩ [*cf. 11* artifices ... so⟨dales⟩]). FRONTO p. 241, 5 *Arion Tarento Corinthum regressurus* s o c i o s -is Corinthios potissimum delegit (*cf. A1b*). INSCR. Ephem. Epigr. IX 748 (*Praeneste*) Fortu⟨nae primig⟩eniae ...; *quidam* mag‹ister› nava⟨lis⟩ (*i. magister navis, v. Degrassi, Scritti vari III, 1967, 293*; nava⟨lium⟩ *alii, ut spectet ad p. 209, 23*).

**II** *d e r e b u s* (*ipsam classem sim. v. sub I*): **A** *q u a e p e r n a v e s p a r a n t u r, g e r u n t u r s i m.*: **1** *r e s p i c i t u r b e l l u m n a v i b u s g e s t u m* (*opp.* terrestris *l. 8. 35. 37. al.*): **a** *d e h o n o r e, p r a e d a, p r a e m i o*: INSCR. column. rostr. (Inscr. Ital. XIII 3, 69) 16 -ed p r a e d a d (LIV. 27, 29, 8 cum magna terrestri -ique p.). CIC. Verr. II 5, 67 (*ironice*) *ut* t r i u m p h u s tibi -is decerneretur (ELOG. CIL VI 40952. LIV. 37, 58, 3. *al.; om. subst.* t. *nimirum* FAST. triumph. Capitol. *et* Vrbisalv. a. 167 a. Chr. [Inscr. Ital. XIII 1 p. 81 *et* 339] naval‹em› egit). VARRO frg. Char. gramm. p. 175, 7 c o r o n a -i (*al., v. vol. IV 980, 58 sqq., addas e. g.* LIV. perioch. 129, 4. *explicatur* FEST. p. 163 -i c. solet donari, qui primus in hostium navem armatus transilierit [*sim.* GELL. 5, 6, 18]). OV. ars 392 -i ... gener *Augusti* cinctus honore caput (*sc. corona*). VAL. MAX. 8, 14 ext. 1 Artemisium et Salamina, -is g l o r i a e *Themistoclis* fertilia nomina (PANEG. 8, 17, 3 IVST. 5, 4, 7. *adde* CIC. *l. 18*). **b** *d e m u n e r e v e l d e t o t a r e m a r i t i m a*: CIC. Manil. 54 *Rhodiorum* disciplina -is et gloria. Att. 10, 8, 4 -is a p p a r a t u s ei *Pompeio* semper antiquissima cura fuit (*al., v. vol. II 257, 21 sqq.*). LIV. 24, 12, 7 qui *T. Otacilius praetor* maritimae orae r e i q u e -i praeesset ([*opp.* exercitum]. 36, 3, 5 senatus ... decrevit vacationem rei -is eis colonis non esse. 44, 23, 6 rei -is gloria [*item* PLIN. nat. 9, 55. *cf.* AMM. 26, 3, 5 gloriosa illa -is rei certamina]. *al.* TAC. ann. 15, 46, 2 *tempestate* clades rei -is accipitur. SYNON. Cic. p. 442, 13 res civilis. ... res marina. res nautica. res -is. -ia). LIV. 37, 4, 5 L. Aemilius Regillus, cui -is provincia evenerat, ... profectus est. 37, 14, 1 L. Aemilio Regillo succedenti ad -e i m p e r i u m (FIRM. math. 8, 20, 9. *al. in eodem libro*). **c** *d e p u g n a s i m.* (*in ludis e. g. l. 30. 33*): CIC. Manil. 54 in -bus p u g n i s (*al., v. vol. X 2, 2547, 8 sq.; de naumachia* SVET. Dom. 4, 2). CAES. civ. 2, 22, 1 *Massilienses* p r o e l i o -i superati (*al., v. vol. X 2, 1654, 47 sq.; de naumachia ibid. 1650, 17 sqq.*). NEP. Them. 2, 3 peritissimos b e l l i -is fecit Athenienses (*al., v. vol. II 1851, 2 sqq.; addas* CIL I[2] 3031, 42 [*sed est fort. aet. imp. Aug. vel posterioris*]). VERG. Aen. 5, 493 -i Mnestheus c e r t a m i n e victor (*sc. remigandi* c., *ut* CLAVD. DON. Aen. 5, 65 p. 433, 20. *al.; in bello*: LIV. 24, 40, 17 [*opp.* terrestri]. *al., v. vol. III 884, 31 sq.*). LIV. 4, 34, 7 -is v i c t o r i a e *ad Fidenas partae* vanum titulum (*al.* SVET. Aug. 25, 3. *al.; cf. p. 207, 60*). 22, 42, 9 clades (CVRT. 4, 3, 14 [*opp.* terrestri]). *al.* **d** *d e v a r i i s r e b u s*: CIC. Verr. II 5, 131 hoc -e crimen ... defendere. PLIN. nat. 7, 148 in -i fuga. SIL. 14, 368 bellator ... -i claudens umentem indagine campum. FLOR. epit. 3, 10, 14 Caesar ... Mosellam -i p o n t e transgreditur (*al., v. vol. X 1, 2668, 42 sq.*). IVST. 6, 1, 8 Atheniensibus, etsi fractae sint opes, manere tamen -em u s u m (PANEG. 8, 11, 3 Romana res ... non magis terrestri quam -i usu vigebat). *al.*

**2** *r e s p i c i t u r q u a e l i b e t n a v i g a t i o*: **a** *g e n e r a t i m*: NON. p. 71, 15 VARRO ephemeride -i: '...' (*idem opus respici vid.* VEG. mil. 4, 41, 6 [*in cap.* de prognosticis] in libris -bus. *ad rem v. Dahlmann, RE suppl. VI 1252 sq.*). PLIN. nat. 5, 67 gens Phoenicum in magna gloria ... siderum -iumque ac bellicarum artium. CAEL. AVR. chron. 2, 14, 212 *pthisicis est* utilis -is gestatio. DRAC. laud. dei 2, 800 pedibus siccis iter est -e peractum *ab Iudaeis mare rubrum transeuntibus.* ISID. orig. 5, 17 Rhodiae leges -ium commerciorum sunt. **b** *s p e c i a t i m i n v i t a p u b l i c a d e m u n e r e n a v i c u l a r i o r u m*: COD. Theod. 6, 2, 24 praedia, quae -em sustinent f u n c t i o n e m (13, 6, 10 pr.). *ibid.* ut gravis sors ... -is esse non possit. 13, 6, 9 -em h a e r e s i m ... volumus custodiri (*al., v. vol. VI 3, 2502, 75 sqq.*).

**B** *q u a e n a v i u m s u n t, i i s d e s t i n a n t u r s i m.*: **1** *l o c a e t v a r i a*: CAES. Gall. 5, 22, 1 *ut* c a s t r a -ia ... oppugnent ([*cf. 5, 11, 5* naves subduci et cum castris una munitione coniungi]. LIV. 29, 35, 14 [-ia ⟨et⟩ c. *Gronovius*]. 30, 9, 6 [*disting.* stationem navium, *i. classem*]. *cf. neutr. pro subst. p. 209, 23*). civ. 2, 10, 7 *musculum bellicum* machinatione -i phalangis subiectis ad turrim hostium admovent. OV. fast. 1, 229 -is in aere *nummi* ... signata est *forma* (*239* puppem formavit in aere). VITR. 10, 4, 2 *organum ad aquam hauriendam* cum est -i (-is *var. l.*) ratione picatum. PAVL. FEST. p. 179 -is porta a vicinia -ium dicta (*ad rem v. Coarelli, Lex. topogr. urb. Rom., III 330*). STAT. silv. 4, 4, 6 Lydia qua penitus s t a g n u m -e coercet ripa (TAC. ann. 14, 15, 2. *de loco urbis q. d.* naumachia Augusti *v. Liberati, Lex. cit., III 337*). CLAVD. DON. Aen. 8, 445 p. 181, 12 *chalybs* si eat in -e opus aut rusticum ..., non erit vulnificus. PAVL. NOL. epist. 49, 2 p. 391, 28 marina iactatio et -is instructio (*postea*: artemone armari). RVT. NAM. 1, 621 otia vicinis terimus -ia silvis. **2** *p a r t e s, m a t e r i a, i n s t r u m e n t u m*: VERG. georg. 3, 29 in foribus *templi Augusti* ... faciam ... -i surgentis aere columnas (*sc. rostratas, v.* SERV. *ad l.; sim. in v i c t o r i a c e l e b r a n d a* spolia -ia: LIV. 37, 31, 6 Rhodios ... s. -bus decoratos. SVET. Aug. 18, 2; tropaeum -e: SIL. 6, 663 PANEG. 11, 19, 4). LIV. 26, 47, 9 *naves onerariae* cum ... -i ... m a t e r i a ad classem aedificandam (*al., v. vol. VIII 451, 12 sqq.*). VAL. FL. 8, 298 -em ... uncum. SIL. 12, 452 *dum Hannibal*

[Sannicandro]